Petrus morber

bought at Auction Amsterdam
Jan. 22. 1782. J. Adams.

J. Adams.

DN. HUBERTI

GIPHANII, JURISCONSULTI CLARISSIMI, ET SACR. CÆSar. Majest. Consiliarii summi,

COMMENTARII

IN TITULUM DIGESTORUM, de diversis Regulis juris antiqui, perutiles ac necessarii.

HISCE

ACCESSERUNT DEMUM LIBRI duo DN. IOANNIS RAMI IC. *acutissimi Commentariorum in regulas juris civilis & Canonici.*

NUNC PRIMUM IN GRATIAM jurisperitorum & in foro versantium, adjectis indicibus ac varietate characterum, ornatius editi.

FRANCOFURTI,

E TYPOGRAPHEIO IOANNIS Spiessii, ære Ioannis Iacobi Porssii.

ANNO M. DC. VI

B.

C.

Con-

Delicta

E.

F.

Fides

G.

H.

Here-

Is ex-

tur

[:] [:] Obli-

[:] [:] 2 Prin-

Quæ

Sori-

Verbum,

DN. Hu-



Dn. Huberti

GIPHANII IC. CLARISSIMI, ET SACR. CÆSAR. MAIEST. CONSILIarii summi, Commentaria in tit. Digestorum, de diversis regulis juris antiqui.

AD RVBRICAM TIT. DE DIvers. regul. jur. antiq.

Summaria.

1. *Mens humana omnia & singula capere non potest.*
2. *Regulæ cuiusque artis fiunt ex re & verbis.*
3. *Ratio inscriptionis huius tit. quæ: item quæ utilitas eius.* num. 6.
4. *Actiones semper ab heredibus & contra heredes incipiunt.*
5. *Ignorantia facti non nocet.*
7. *Iuris interpretatio ad solum Imperatorem spectat.*
8. *Regulæ tamdiu valent, donec allegatio specialiter probetur.*
9. *Iudicis est, regulam in pronunciando sequi, si exceptio non est probata.*

CVM homines mortalium sapientissimi, neq; rationis humanæ singulares fructus, neq; res verbaq; singula nominatim, in quaslibet artes comportare possent, notiones plerasq; cõmunes, ac generalia quadã præcepta ex communibus affectionibus & proprietatibus rerum subjectarum collegerunt, quib. infinitam multitudinem similium complecterentur, &c. ut summè necessarium in juris nostri arte à compilatoribus digestorũ acri quoq; judicio observatum est. Etenim constitutionum, SCtorum, Responsorum, edictorum, Regumque decisiones ferè omnes circa hypotheses ac casus speciales versantur, quæ singula humana † mens capere nequit, juxta illud D. Iustin. *in l. ult.* § *si quid in verbis*, quia omniũ, inquit, habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis quàm mortalitatis est. *c. de vet. iur. enucl. an.* ideoque absoluto veteris juris opere in finem Digestorum commentarii loco duos generales titulos, qui nihil omittunt, quod hactenus specialiter à Papiniano circa varias hypotheses disputatum erat, Digestorum compilatores subjecerunt: quorum alter *de verbor. significat.* alter *de*
2 *Reg. iur.* inscribitur, siquidem ex re & verbis † regulæ cujusq; artis fiunt. Cæterùm ἐπὶ τὴν ἐπιγραφὴν duo potissimum observanda occurrunt.
3 1. Quæ sit ratio † inscriptionis. 2. quæ unius tit. utilitas. Inscribitur *de diversis iur. reg. antiqui:* licèt etiam vocabulum (*Diversis*) à nonnullis exem-

exemplarib. remotum videatur: magna tamen ratio est, ne id omittatur. Primò, quia illud in 2. florent. reperitur, à quibus recedere nefas, & sacrilegium putatur. Deinde jus (uti *in l. 1. & l. 10. de instit. & iur.* definitur) nobis in hoc tractatu est ars, quæ ideo præceptis ordine dispositis describenda esset; verùm regulæ sub hoc titulo positæ nulla methodi lege, de qua Ram. *lib. 2. dialect. cap. 17. & 18.* dispositæ leguntur, sed hinc inde & sparsim collectæ, neque sunt unius generis, sed plurium; neque uni negotio, sed diversis accommodatæ: quare minimè inscribi specialiter potuit, *de Regulis iuris*, qui nihil continuet. Non etiam sine ratione additur *iuris antiqui*: non enim hic referuntur, quæ de novo Iustin. introduxit, velut ab aliis Imperatoribus constituta sunt. Sed illæ regulæ, quæ ex antiqua jurisconsultorum prudentia, Iuliani, Sabini, Proculi, Papiniani, Celsi, &c. propagatæ, minimè novis Impp. constitutionibus abrogata originem capiunt, teste Cuiacio *in paratit. ff. h. titul.* Hæc enim Philosophia Iustin. nostro antiquum jus dicitur. *in l. apud antiquos. Cod. de furt. § igitur. in proœmio inst. & titul. Codic. de vet. iur.* Sic antiqua & vetus dicitur regula *in leg. in eo quod plus. 110. §. 1. & l. qui rem alienam. 166. infra hoc titul. §. final. institut. de satisdat.* Sic vetus dicitur illa, quæ est *in l. in contrahenda. ff. hoc titulo & leg. veteribus. ff. de pactis.* Vnde manifestum evadit, nullas sub hoc titulo

reperiri regulas juris antiqui hodie abrogatas. Cujusmodi antiqua illa regula, pro quo noxalem quis actionem suscipere cogitur, de eo adversus alium illi furti, actio conceditur. *l. cum servus. in fin. ff. de noxal. leg. 17. §. servus. ff. de injuriis.* quia in d. l. apud antiquos interpellata est. Sic nec illa hic regula reperitur: Ab heredibus &
4 in heredes † actiones non incipere. Item stipulationes, quæ in dando consistant, ad heredes quidem transeunt, non autem, quæ in faciendo: quoniam illa prorsus immutata est *in leg. unic. Cod. ut actiones ab hered. & contra hered.* hæc similiter in omnes heredes indistinctè transfertur: modò ejusmodi factum sit, quod æquè ab herede præstari possit, atq; à defuncto. *l. 12 Cod. de contrah. & committ. stipul* Præterea etiam non omnes regulæ reperiuntur, ut cujusmodi est illa, Noxa caput sequitur. *§. 1. inst. t. de noxi. action.*
5 item facti † ignorantia non nocet. *l. Regula. de juris & facti ignor.* Furtum non committit, qui voluntate domini rem contrectat. *l si quis servo. C. de furt.* plura Cuiac. *d. loco.* sicut autē personę scil. res & actiones, *§. fin. instit. de jur. nat. gent. ac civil. leg. 1. ff. de statu hominum*: ita quoque hæ leges sub triplici inveniuntur differentia, ut latè Wesemb. *in parat. hic* & Ioan. Ramus *in comment. regularum.*
6 Secundò de utilitate † si quæratur, ignorandum non est, nunquam certius auxilium dubiis in casibus quotidie de novo emergentibus peti posse, quàm ex his generalibus axiomatis auto-

ritate

ritate ejus, qui potuit, approbatis: Natura profectò rerum non patitur, ut omnes articuli omnesque casus quotidie emergentes sigillatim in legib. sint decisi, ne dicam in specie ita conscribi non potuisse, ut singulis ac novis causis mederi potuerint. *l. leges. cum seqq. ff. d. tit.* Ideoque in dubio ad generalia juris præcepta recurrendum est, & res per similia, ex quibus regulæ inductione & observatione quadam collectæ sunt, decidenda. *d. l. neque d. l. non poss. æquo & bono. l. placuit. Cod. de iudic.* Duarenus *in tit. de instit. & iur. cap. de interpretatione legis.* Cujus rei autorem non modò summum habemus pontificem Innocentium tertium. *in cap. inter dilectos &c. de fide instrument. & in capit. si diligenti. extra de foro competenti*, ut refert gloss. *in lib. 6. decret. circa rubricam huius titul.* Sed etiam ipsum Iustin. *in leg. si quis in conscribendo. Cod. de pact. l. antiquitatis, & leg. fin. Cod. de usufr. l. cùm acutissimi. Cod. de fideicommiss.* Neque hoc evertit, quod Constantinus *in l. 1. C. de ll.* & hoc cum Zenone *in lib. cum de novo. cap. eodem.* sancivit, interpretationem † juris solius esse Imperatoris, ideoque si super novo jure oriatur dubium, illud ad Imperatorem referendum. Etenim Imperatorum voluntas hæc est, non ut tollant artem interpretandi, qua ICtus perficitur, sed ut ostendant, interpretationem ejusmodi jus universum non facere. Licèt ea à judice approbata inter partes jus faciant, *l. res iudicata, ff. hoc titul. l.* 7

ingenuam. ff. de statu hominum. juncta *l. sæpè. ff. de re iudicata.* Vt autem aliqua legum vice fungatur, omnesque constringat, hic opus esse imperatoria auctoritate, *d. l. 1. & d. l. cum de novo.* Tanta ergò virtus regulæ est, ut qui regulam pro se habet, claram ac fundatam intentionem habere dicatur, secundum Philip. Francum *ext. hoc tit. circa rubricam.* Transferatque onus probandi
8 in adversarium, quippe tam diu regulæ † statur, donec specialiter allegatio probetur. Sebast. Vantius *in tracta. de nullitate processuum. cap. de defectu process. 59. numer. 118.* Inde Baldus *in cap. 1. extra de alienat. iudicii mutandi cau. facta.* & Azo *in summa Cod. tit. de probat. argumento l. ab ea parte. 5.*
9 *ff. de probat.* asserunt judicis † esse, regulam in pronunciando sequi si exceptio non sit probata. Ex quibus magnam hujus tit. utilitatem percipimus.

LEX I. PAVLVS LIB. XVI. AD Plautium.

Regula est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat. non ex regula jus sumatur, sed ex jure, quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & (ut ait Sabinus) quasi causæ conjectio est, quæ simul cum

eum in aliquo vitiata est, perdit officium suum.

SUMMARIA.

1. *Quæ universæ rei tractandæ causa communia sunt, ea ex methodi lege præcedere debeant.*
2. *Significatio regulæ varia.*
3. *Præcepta artium ex usu deprompta sunt, non usus ex præceptis.*
4. *Regulæ iuris ex iure fiunt, non ius ex regulis.*
5. *Definitio regulæ quæ: estq; hæc quasi causæ coniectio*num. 6.
7. *Omnis definitio in iure generalis est periculosa.*
8. *Tutelæ datio non recipit diem seu conditionem.*
9. *Servi conditionem dominorum deteriorem facere non possunt.*
10. *Regula Catoniana dicitur regula iuris.*

EX dialecticorum traditione notissimum est, ea quæ universæ rei † tractandæ causa 1
communia sunt, & notione prima, quales sunt rerum definitiones, tum ex lege καθ' ὅλου πρῶτον, tũ ex methodi lege præcedere debere. Ita enim opus omnib. suis partibus absolutum constabit, si principiũ ejus potiori lege nitatur, ut in simili Cajus loquitur *l. 1. ff. de orig. iur.* Ideoq; rectissimè

hæc regulæ definitio initio hujus tit. posita est, quę desumta ex *lib.16.* Pauli ad Plautium, in quo libro procul dubio si collatio inscriptionis cum *leg. Intinus ait 45. ff. de condition. & demonstrat. & leg. pen. ff. de regula Catonian.* instituatur, tractavit de regula Catoniana. Regulæ enim signifi-
2 catio † varia est, quandoque capsam junctam vel scorteam denotat, in qua inclusæ oleæ torcularis prælo subjiciuntur, *l. sed addes hoc 19. §. illud nobis. ff. locati* Columella *lib. 12. cap. 50. & 52.* Plinius *naturalis historiæ lib. 15. cap. 6. & 7.* quandoq; & amussim ac normam artificum, ab eo dicta, quod rectà ducat, nec aliò trahat. Hinc per metaphoram modò pro lege ac canone, eo quod recta & justa hominibus præscribat, eosque regat. *Can. & canon. & Can. Regula distinct.* Tertio, modò pro singulari aliqua vivendi norma, *d. Can. Regula.* qualis est regula D. Francisci *clementina exivi. de verb. signif.* Divi Bernhardi Sisternensium *Can.3.* cap.11. porrectum *ext. de regularibus*. Sumitur tamen etiam pro præcepto cujusq; artis, in qua significatione hic etiam capitur. Etenim sicut præcepta grammati-
3 ces † ac reliquarum artium ex usu deprompta sunt, non usus ex præceptis: ita quoque re-
4 gulæ juris † ex jure fiunt, non jus ex regulis. Lege nostra verum Catoniana regula jus præscribit, & præcipit, ut ex ea casus postea incidentes decidantur, ac jus sumatur nempe ne legatum purum relictum, quod

si te-

si testamenti facti tempore testator decessisset, inutile fuisset, valeat, quandocunq; testator decesserit *l.1,& seqq. ff. De reg. Catoniana.* Vt igitur Paulus demonstraret regulam Catonianam, impropriè regulam vocari juris à Plautio & Iuliano *in l.cum legato,17.ff.quand.dies legat.ced.* hanc regulæ definitionem subjecit, qua eam definit genere subintellecto ac forma, quæ in fine est, quippe † regula est collectio quædam rem 5
breviter enarrans. Hunc finem statim exponit, cum à materia, tum etiam ab effectu, & utrunque eleganti similitudine illustrat, annectens regulæ contrarium. Materiam dicit esse jus, ideoque non ex regula jus sumi, sed ex jure regulam. Adeoque esse quasi causæ connexionem, id est, summatim pluriũ specialium communem affectionem seu causam ac rationem annotat, siquidem causæ conjectio † est foren- 6
se vocabulum, eaq; nihil aliud (autore Dua. *in l. iurisgentium.7.§.quinimò, circa fin. ff. de pact. & lib.1. dispunct. cap.46.* approbante idem Cuiacio *in Paratit.*) quàm expositio argumenti causæ judici, apud quem agenda est facta: seu est brevis compendiosaque narratio, vel totius causæ propositio ac thesis, quo sensu *in l.12.tab.* scriptum erat in comitio aut in foro, ante meridiem causam conjicito, Cic. *lib 2.ad Heren.* Gellius *li.17.c.5.* Hinc metaphoricè dicit regulam esse quasi quandam conjectionem, id est, breve enunciatum ac thesin plurium similium eandem iten-

 ditatis

ditatis naturam habentium, qua de causa meritò exploditur vulgaris lectio à Decio defensa, est conjunctio. Etsi enim dici potest, sicut plures causæ ejusdem qualitatis conjungi ac in uno eodemque judicio cumulari possint. *l. Dominium. Cod. de iniuriis. l. 5. §. 1 ff. ad leg. Aquil.* Iason. *numero trigesimo quarto.* post Bart. *in l. edita. C. de edendo.* per *l. si idem. c. 11. ff. de iurisdicti. omnium iudic.* ita quoque plura exempla sub eadem regula conjungi. Earum similitudo non satis explicatur natura regulæ, neque etiam ita elegans est sicut prior. Cum verò materia regulæ jus sit effectum, subjicit, ostendēs regulam quidem subsistere ac ratam esse probationem, quamdiu in nulla vitia fuerint, ut *in præfatione circa fin.* supra dictum est, perdit etiam officium suum quoties à materia, unde sumpta est, transfertur ad aliam non ejusdem generis, aut quoties attributo peccetur, quod maximè fit, quoties ad alias circumstātias accommodatur, quæ facti qualitatem mutant. Vnde perfecta est
7 illa Iurisconsulti regula: omnem in jure † defensionem generalem esse periculosam *l. omnis infr. h. t.* cum facillimè in materia aut regulæ attributo peccari possit. Vti etiā monet Viglius *in tit. instit. de testam. ordinand. §. 1. num. 25.* In materia peccati, quādo regula, q̄ in certa aliqua juris parte valet, ad aliam facti speciem accommodatur. e. g. Regula est beneficium nemini invito datur. *l. invito, eg. infra. hoc d. tit.* Atqui libertas benefi-

beneficium est *l. 1. de bonis libertorum.* Si ergò hic ex regula jus sumendum est, eaque generaliter etiam de omni beneficio accipienda est, non etiam ex jure interpretanda, concludendum esset, ergò nemini invito libertas datur, quod falsum est, ex *l. ultim. Codic. de testament. manumiss. vers. licet in Romanam civitatem nemini servorum licitum sit recusare.* Sed inscriptio litem dirimit, quæ arguit *dict. leg. invito.* ad tractatum *de assignatione libertorum* pertinere, quæ necessitate nulla liberos astringit, cum assignatos sibi libertos eorumque hereditates liberè possint repudiare *l. 1. §. sed si is cui. lege quarta, ff. de assignandis libertis.* Servi autem nulla est voluntas libera repudiandi beneficium, antequam manumissus sit. *§. necessarius. Institution. titul. de heredit. qualitate & differentia.* unde apparet, regulam *dict. leg. invito.* non posse ad libertatem pertinere. Sic tutelæ dilatio non † reci- 8
pit diem aut conditionem, *l. actus legitimi. 77. infra hoc titulo.* Attamen testator filiis suis tutores constituens, diem, imò conditionem quoque adjicere potest, *§. ad certum. Institut. qui testamento tutor. dari poss.* Quare regula *dict. leg. actus legitimi* non de qualibet tutela, sed quæ ex lege est, & prætoris datione accipitur, *l. puto. §. sub conditione. Digestor. de tutelis.* Regula est: deteriorem conditionem † no- 9
stram servos facere non posse. *l. melior. 133. infra hoc titul.* Hinc dicendum esset servum quoque

que dominum non obligare si delinquat, quod falsum est, quia dominus eum aut noxæ dedere tenetur, aut noxam solvere. *l. 1. §. Quod igitur. De vi & vi armat. tit. instit. De noxal. action.* ideoque d. legis regula melior procedit in contractib. non in delictis. *l. servus. 20. cum seqq. de iureiurando. l. 3. §. si filiusfam. ff. de peculio.* Quapropter videndum est, unde quæque regula desumatur, ne in attributione materiæ peccetur, ac regula vitietur. In attributo circumstantiarum omnium facillimè erratur. Exempli gratia Legis Corneliæ regula est, ut occisor hominis vicissim occidatur. *§. item. leg. Cornelia. de sicar. instit. de public. iudi iis.* quid si occisus fuisset insidiator, vel causam præbuisset, vel defensione utendum fuisset, aut casu fortasse periit. Sanè hæ facti circumstantiæ jus mutant, ut occisor aut prorsus absolvatur, aut extraordinariè puniatur, propter regulam *l. ut vim. ff de iust. & iur. l. 1. C. de rei vindic.* De qua re plura Schneid. & Mynsing. *in §. item. l. Cornel. de sicar.* Atque illud est, quod Paulus dixit, quę simul cũ in aliquo vitiata est, officiũ perdit. Ex his colligitur, primò falsum esse, quod Decius post gl hic *numer. 5* Dynus *in procem.* ad hunc titulum juris canonici. *numer. 12.*
10 tradunt, ex regula jus † sumi, quia & Catoniana regula juris regula dicitur, & novi casus incidentes per regulas deciduntur, exemplo ejus, quod est *in l. si quis. C. si quis in conscribendo c. de pact.* Nam suprà audivimus Catonianam doctrinam impro-

impropriè juris regulam vocari. Neque jus ex regula sumitur, quoties novi casus ex ea deciduntur, sed per regulam docetur, ita nunc cautè à lege constitutum esse in simili casu. Deinde superiora nos docent, rectè Dynum *in d. proœm. num. 16 & seqq.* defendere cum gl hic exceptionem esse de regula, regulaque comprehendi, ita ut eam in casibus non exceptis confirmet. *l. Tribunus. §. ult. ff. de milit. testam. §. ut autem. Nov. de non alien. aut permut. reb. ad Eccles. pertin.*

LEX II. VLPIANVS LIB. I. AD Sabinum.

Fœminæ ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotæ sunt, & ideò nec judices esse possunt nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere.

SUMMARIA.

1. *Versantes in Republica commodum eius amplificare debent.*
2. *Fœminæ in multis deterioris conditionis sunt, quàm viri.*
3. *Appellatione masculi an fœmina contineatur.*
4. *Vxor prudens dicitur corona viri.*
5. *Fœminæ ab omnibus muneribus publicis removeri debent.*

Mulie-

6. *Mulieres à patrimonialibus non excusantur.*
7. *Patrimonialia munera quæ sunt.*
8. *Officia aut publica seu civilia, aut patrimonialia seu personalia.*
9. *Officium publicum quid.*
10. *Munera personalia quæ.*
11. *Mulier an arbitrium ante legem Constan. in se recipere possit.*
12. *Procuratoris officium an inter officia publica numeretur: hic quoque pro aliis agere non potest: secus pro se, parentibus & liberis intervenire potest.* num. 13.
14. *Absentes non debent manere indefensi.*

PERTINET hoc rursum ad tractat. *de munerib. & honoribus.* seu ad tracta. *de magistratib.* Cùm
1 enim omnes in repub. versantes † illud intueri debeāt, ut commodum Reip. amplificetur, necessarium visum, ut omnes cogerentur munera & officia publica sustinere. *l. fin. ff. de muner. & & honor.* & sanè in masculis nullum est dubium,
2 in fœminis dubitatur, cum in multis casibus † deterioris sint conditionis quàm viri. *l. in multis. 9. ff de stat. hom.* Econtra masculi appellatio-
3 ne † mulier continetur, *l. 1. de verb. sig.* imò æquè spectant ad conservationem humanæ societatis ac viri, nec suo carent ingenio, *c. dilect. extra. de arbitris.* Bocatius in libello *de clar. mulieribus.* refert, quamplurima optimè gesta à mulieribus. Vtuntur etiā dignitate virorum suorum, *l. fœmina.*

mina. ff. de senator. Et sacræ literæ uxorem prudentem † coronam viri appellant. Ex Homer. 4
Odyss. 8 apparet, uxores olim lites virorum disceptasse. Varro meminit initio civitatis Atheniensis mulieres occupasse dimidiā senatus partem. Verùm Vlpian. hic tradit jure Rom. aliter obtinere, nimirum fœminas ab omnibus
† officiis seu muneribus publicis removeri: id- 5
que partim moribus obtinuisse testatur, *l. cum prætor. 12. ff. de iudic.* partim prætorum edictis quoq; ac Senatusconsultis vel legibus arguunt. *l. nostra. l. 1. §. 2. ff. de postulando. l. 2. §. verba. ff. ad Senatusconsultum Velleian. l. 1. C. quan. mul. tut. offic.* Ratio est, earum levitas & inconstantia, sexus infirmitas & pudor. *d. l. 2. §. verba. dicta lege. 1. §. 2.* Quàm etiam inquietæ, quàm inverecundæ sint in foro, in senatu, in comitiis, satis exemplum Caiæ Afraniæ testatur, quam Calphurniam Vlpian. *in d. l. 1. §. 2. vers. origo.* appellat, infelicitatem quoque muliebris consilii idem Varro notat, dum dicit consilium mulierum Atheniensium numero viros vincentium, maximam inundationis causam præbuisse. Denique sunt sua officia virorum, sua mulierum. Quoties autem hi termini exceduntur, fit immixtio rei alienæ, quod improbatur, & contra pudicitiæ sexusque decorum est. Quare ab omnibus illis munerib. & honoribus repelluntur, qui quæve corporis vel animi aliquam intentionem requirunt. *l. 3.*

§. corpo-

§.corporalia.ff de mun.& honor. Quod hic quinq; exemplis illustratur, quorum quædam ad officia publica, quædam ad munera personalia spe-
6 ctant. Nam à patrimonialibus † mulieres non excusantur, cùm in iis neque corporis, neque animi intẽtione opus sit, patrimonialia n. mu-
7 nera sunt † sumtus patrimoniales propter ipsa patrimonia in publico expediendi, qui numerantur *in l. fin. §. patrimonium. ff. de mun. & honor.*
8 Reliqua verò munera aut officia publica † sũt, quæ aliàs civilia munera appellari solent, *l Munus.18.de verb. sign.* aut personalia munera. Offi-
9 cium † publicum est, quod consistit in honorifica Reipub. administratione, sive id cum onere, sive sine onere sit. *l. honor. 14. in prin & §.1 ff.de mun.& honor* & vocari solet honor. *l 1.eod.* Et definitur à Pomponio *in l pupillus. 139. §. munus publicum ff.de verb.sig.* personalia munera sunt, quæ
10 quidem † sine honore, animi tamen provisione & corporalis laboris intentione, non in quemlibet cadente. *d. l.3. §. corporalia.* sine aliquo gerentis detrimento expediũtur, sive ad rem privatam, qualis est tutela, cura, cum furiosi, prodigi, minoris, tum etiã bonorũ ex edicto Carboniano, sive ad causam publicam, qualis est syndicatus, quæstura, legatio, cura annonæ, frumentorum, aquæductus, viarum publicarum, thermarum, argentariarum, spectent. *l.1.§.1. cum seqq. d.l.fin. ff. de mun. & honor.* Et sanè sive magistratum geras, sive aliud publicum officium cum

cum dignitate, quod in administratione consistit, sive personale munus subeas, utrobique requiritur animi intentio. Quapropter mulieres non ab iis, quæ hic referũtur, sed ab omnib. aliis depelluntur. *d. l. 3. §. corporalia* Occurrunt autem hic quædam dubia, Primò, an mulier potuerit † ante legẽ Constãtinianam, quæ est *in l. 1. C. de arbitr.* in se arbitrium recipere? Videtur quod sic, maximè cùm Vlpianus hic non inserat, neque etiam sit munus publicum, sed privata quædam conventio. *argu. l. 5. ff. de re iudic.* sed Cuiacius *in observat. 23. libri de. mi tertii.* existimat, saltem ei permissum fuisse inter libertos suos, non etiam alios arbitrium suscipere, qua tamen concessione cœperint abuti, eumque abusum efflagitasse constitutionem Constantini. Deinde circa id, quod postulare hic prohibetur, notandum est, hoc verum esse, quoties pro aliis aut publica causa postulat, non etiam si pro se & suis; *d. l. 3 §. 2.* Hinc ex privata causa, vel si opus quoddam novum in publico fiat, quo sibi mulier metuit nocere, opus novum nunciare, ac ita se prætoriæ jurisdictioni committere potest. *l. de pupillo. aut. de nov. oper. nunc.* juncta *l. mulieri. de pupilli act.* sicut etiam neminem reum potest postulare ex crimine populari, nisi illud ad ejus privatam causam spectet. *d. l. mulieri.* Fallit etiam, si prætor sciens volensque eam ad postulandum pro alio admittat *l. servus. 7. de bon. possess.* ubi dicitur bono-

B rum

rum possessionem mulierem etiam alteri posse petendo acquirere. Petebatur autem olim pro tribunali postulatione solenni. *l. ultim. Cod. qui admit. ad bonorum possessionem. l. 1. de iu isd. &. omn. iudic.* Nam argumentatum ibi à simili: servum prætor à postulando repellit edicto, si tamen sciens conditionem servi, permittat eum pro alio postulare, valet, quicquid agit. Sic quoque licet mulier repellatur à tribunali, si tamen prætor neglecta edicti subtilitate & rigore eam admittat, valebit etiam, quicquid obtinuerit. Tertiò dubitari potest, cur hic interventio muliebris, quæ Senatusconsulto Velleiano prohibetur, *titul. ff. & C. ad Senatusconsultum Velleianum.* annumeretur officiis publicis? Revera enim intervenire vel fidejubere neque munus, neque officium publicum est, cum per stipulationem & alios contractus perficiatur, *l. 12. Codic. de fideiussor.* tradeturque inter privatos. Quare hic observandum est, non tantum removeri mulieres ab officiis publicis, quæ concernunt Rempublic. directè vel obliquè: sed etiam ab iis, quæ & re ipsa & intentione sunt privata, modò respiciant virile quiddam, & quod aliquando in detrimentum Reipublic. declinare potest. Ideoque paulo alienius hoc exemplum à regula videtur, nisi verba latè interpretaremur. Quar-
12 tò idem dubium oritur circa officium † procuratoris, quod nullibi inter officia publica refertur.

fertur. Sed illud quod hic traditur, accipiendum eſt de procuratura judiciali, non etiam extrajudiciali ad negotia, ſecundum Bartolum, hic per *l. 3. ff. de negotior. geſtion.* Nam & negotia gerere & noſtro nomine aliquid agere poteſt, modo in ſpeciem interceſſionis non incidat, *dict. lege 3.* Verùm judicia cùm ſint publica, *leg. 3. in fine. §. iudicandi. ff. de muneribus & honorib.* omnia quoque illa, quæ cum iis cohærent juxta regulam *l. cum principalis. infra hoc titulo.* cujusmodi ſunt acta, citationes, ſatisdationes, & officia procuratoria publici juris cenſeri debent. Cæterùm prohibitio hæc eò ſpectat, ne pro aliis poſſit † procuratorem 13 agere. *l. alienam. Codic. de procurator.* pro ſe tamen ac parentibus ſuis, itemque liberis intervenire non prohibetur. *l. fœminas. Digeſt. de procuratorib.* Nec non rectè admittatur, ſi defendere velit abſentem, quia propter abſentiam damnari poſſit. Quia publicè intereſt, ne abſentes † maneant indefenſi, *l. ſervum quoque.* 14 *33. §. publicè. Digeſt. de procurator.* Excipit etiam jus canonicum abbatiſſam, quæ monaſterii ſui procuratrix legitima eſſe poteſt. *l. cum dilect. ext. de confir. utili vel inutili.* ſunt alii, ut ante dictum eſt, quamplurimi gradus ad hanc regulam pertinentes, quale etiam eſt argentariorũ ac menſariorũ officium, quod publicum eſt, *l. argent. §. 1. de edend.* ne ſit teſtis mulier in teſtamento ſolenni. *l. ex eo. qui teſt. fac. poſſ.* Ne tutelam adminiſtret

nistret *l. 1. ff. de mun. & honor. l. 1. Codic. quan. mul. tutor. offic. fungi poss.* quanquam olim facilè potuerit liberorum suorum tutelam impetrare à principe. *l. ultim. ff. de tut. l. 2. Codic. quan. mul. tut. offic. fungi potest.* quod hodie ad eas ipso jure porrectum est, modo secundarum nuptiarum sint expertes, quibus olim jurejurando, sicut & SCto Velleiano renunciare tenebantur, *dict. leg. 2. cum ante seqq.* Posteà per *Nov. 94. §. quia verè remissum.* Ita tamẽ si causa fuerit secundas nuptias contrahere, & tutelam amittat & pœnis subjiciatur, quas sustinuisset, si jurasset.

§. 1. Item impubes omnibus officiis civilibus abstinere debet.

SUMMARIA.

1. *Impuberes ab iis quoque officiis repelluntur, à quibus fœmina.*
2. *Pupillus tribunatum gerere potest: non tamẽ testari antè legitimam ætatem iure militari.* numero tertio.
4. *Imperatoris est magistratus populi conferre, & eos creare.*
5. *Pupillus non tantum tribunus, sed etiam consul constitui potest.*
6. *Aliud est dispensare circa persona habilitatem, aliud circa iudicium.*

7. Præ-

7. *Prætor non est supra legem, sicut imperator: sed custos tantùm legis.* num.8.
9. *Minores 25. annorum decuriones facti, horum sportulas accipere possunt.*

CUM eadem & ferè major in impubere, quàm in fœmina sit ratio, cur ei officia publica, provisionem animi & corporis exigentia, denegentur: adeò inhabilis habetur *l. non tamen. 11 ff. de decur.* ne etiã ad honores & officia publica adhibeatur, quamvis necessitas penuriæ hominum id exigat *l. 2. in fin. ff. de iure immunitatis.* Quare à quibus officiis & muneribus fœminæ repelluntur, ab iisdem † multò magis 1
impuberes. Nec pugnat cum hac lege *l. ultim. C. de milit. testamen.* ubi refertur, pupillum † pos- 2
se tribunatum gerere, nec tamen jure militari ante † legitimã ætatem testari. Gerit hoc loco 3
ex dispensatione Imperatoris, cujus est † ma- 4
gistratus populi conferre, eosque creare. *l. 1. ff. ad leg. Iuliam de ambit.* Cùm omnia populi jura in se transfusa possideat, §. *sed & quod. Instit. de iur. nat. gent. & civil.* Sicut igitur populus potuit Barbarium servum prætorem facere, *l. Barbarius. ff. de offic. prætor.* Ita quoque imperator pupillum † non modo tribunum, *d. l. ultim.* sed et- 5
iam consulem facere potest *l. nemo. Cod. de relig. & sumpt. fur.* Neque facit negotium, quod Imperator super defectum judicii, qualis in pupillo est, nequeat dispensare, secundùm Inno-

cent. *in c. sciscitatus. extra de rescript. argum. d.l.fin. C.de milit.testam.* Nam præter id quod hic intelligimus pupillum pubertati proximum, in quo aliquid judicii est. *l.de minore. ff. de quæstionibus.* notum est quoque, aliud esse dispensare † circa personę habilitatem, aliud circa judicium. Circa personam plenissimam habet dispensationis potestatem, *d.l.ult.d.l.nemo.* judicium etsi dare nequeat dispensando, ratū tamen habere potest, *l. quidam consulebat.in fin.ff.de re iudic.* Non tam propter ipsum pupillum, quàm quod huic magistratui, qui cum imperio est, assessores adjungantur, qui si pravum consilium dederint sub autoritate ejus, cui assident, publicarum non magistratus tenebitur, sed ipsi assessores. *l. 2.ff.quod quisq; iur.in alt.* Neq; etiam adversatur, quod Callistrates tradit *in l.cum lege Iulia.ff.de arbit.* lege Iulia prohibitum fuisse, ne minor 20. annis judicare cogeretur. Prætor enim non est

7 † supra legem, sicut imperator. *l. princeps. ff. de ll.*

8 sed custos † legis. *l. cum sponsus. ff. de publ. in rem act. l.1.in fin.ff. ex quibus caus. maior.* ideoque meritò aliud in prætore, aliud in imperatore observari debetur. Vbi tamen notandum est, licet minor 20. annis judex datus, cogi non possit sententiã dicere: Tamẽ si datus ultrò sentẽtiam ferat, dicendum erit, sententiam dictam tuendam, nisi sit minor 18. annis, *d.l.quidam consulebat.* ubi Duar. Minimè autem huc accommodetur lex *Spurii, §.1.ff. de decurion.* ubi Papinianus

nianus. Minores,inquit,25. annorum † decu- 9
riores facti, sportulas decurionum accipiunt, sed interim inter cæteros suffragium ferre non possunt. Nam cum municipes sint quasi propugnacula civitatis & loco privatorum, *l. pupillus. 239. §. decuriones. 5. § oppidum. 7. & §§. seqq.* necessariò tenentur stare statutis sibi à superiore præscriptis.

LEX III. VLPIANVS LIB. III. ad Sabinum.

Ejus est non nolle, qui potest velle.

LEX IV. VLPIANVS LIB. IV. ad Sabinum.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini.

SUMMARIA.

1. *Eius est nolle, qui potest velle: & eius est non velle, cuius est velle.* num. 2.
3. *Is potest repudiare, qui & adire: & econtra.*
4. *Eius est repudiare, qui libera voluntate utitur.*
5. *Servi, in cuius potestate sunt, hereditatem acquirunt.*
6. *Voluntas per iussum & obsequium non tollitur: per obedientiam verò propriam mactatur,* numero septimo.

8. *Nolle sicut duplex est, ita & velle.*
9. *Aliud est in servo proprio à vero domino possesso, aliud in servo alieno bona fide possesso: & quid de filiofamilias.* num. 10.

IN *lib.3. & 6.* ad Sabinum quamplurima *de acquir. & omit. hereditat.* Vlpian. egit, ut colligitur ex inscriptione *leg. 3. 4. 6. & 10. ff. de acquirend. hereditat.* Et videtur, quod hæc *lex 3.* sit eadem cum *l. 4. eod.* & hæc *l. 4.* sequela dictæ *l. 6.* Vnde cùm varia sit hujus *l. 3.* lectio, existimarunt ex *d. l. 4.* argui posse, vulgarem lectionem
1 retinendam esse, scilicet ejus est † nolle qui po-
2 test velle: vel ut Haloander legit: Ejus est † non velle, cujus est velle. Notum est, quamdiu prior heres institutus possit adire hereditatem, tamdiu substitutum non admitti. Quo verò nolente aut deficiente hic tandem vocetur. *l. quamdiu. ff. de acquir. hered.* quippe substitutio est quasi conditionalis quædam institutio, *l. non ratione. §. quod vulgo. §. si filio. ff. ad leg. falcid.* Hinc quæstionis est, quis adire vel repudiare possit? Is repu-
3 diare † potest, qui adire & contra *l. is potest. ff. de*
4 *acquir. heredit.* sed ejus est repudiare, qui libera † utitur voluntate. *l. is qui heres. 13. l. pro herede 20. l. seq. §. 1. l. aditio. l. placet. ff. de acquir. hered.* Quid ergò, si servi aut filiifamil. sint heredes instituti? Neque repudiare, neque adire soli possunt, qui in alterius potestate vivunt. *d. l. 6. ff. eodem.* substitutioni igitur sua renunciatione non faciunt

ciunt locum, *d l. is qui. 13. §. fin.* Ratio in his legibus assignatur, cùm in θέσει, tum in ὑποθέσει. Quia filiofamil. adire jubetur à patre. *d. l. is qui 13. § fin. l. eum qui 51. §. 1. ff. eod.* Servus non modo jubetur, sed etiam cogitur adire. *l. 1. §. 3. ff. si quis om. ss. cau. testamenti here. ad. l. divus. §. & qu atenus. ff. ad leg. Cor. de ficar.* Quare si jussi adeant, etiam coacti, & ei in cujus protestate sunt, † hereditatem acquirunt. *d. l. 6. d. l placet. l. si ego. 26. ff. eod.* & substitutum excludunt. *l. si. quis. 7. ff. de acquir. hered. l. 3. C. de hered. inst.* Nec obstat, consensum servi ad adeundum necessariò requiri *l. servus invit. ff. ad SC. Trebell. d. l. 3. C. de hered. instit.* Servus etiam, qui jubente & cogẽte domino adit, dissentire videtur, quippe nisi cogeretur, nõ faceret. Minimè hinc conficietur: Ergò per aditionẽ servi etiã filiifamil. neq; acquiritur hereditas, neq; substitutio excluditur. Nam per jussum † & obsequium voluntas non tollitur, licèt remittatur ac modificetur, *l si patre. ff. de ritu nupt.* vel ut sacri canones ajunt, per obedientiam propriam † mactatur voluntas. *can. sciendum. 8. quaest. 1.* hoc est, modificatur atque in suis concluditur cancellis, non penitus aboletur. *can. merito. 15. quaest. 1.* effectumq; plenę voluntatis producitur. *l. si mulier. 21. §. fin. ff. quod metus cau. l. nam quod. 14. §. si quis compulsus. ff. ad SC.* Sicut ergò duplex † nolle est, sic quoq; velle duplex existit. Aut enim ultro quis noluit, aut coactus. *l. si metus. ff. de acquir. hered.* Sic quoque ad integrum velle est, aut remissum illud eorum,

5
6
7
8

 qui

qui ſua ſponte agunt, remiſſa ſeu modificata eſt, quæ ex nutu alterius dependet, priore fortaſſe voluntate nõ adiére, quia ſi liberi fuiſſent, fortaſſe non adiiſſent, poſteriore utiq; adiére. Ideoq; & ſubſtitutum excludent, & heredes facient, in quorũ ſunt poteſtate, *d. l. 7.* Quinimò etiãſi ſoluti fuiſſent à poteſtate, coacti tamẽ (ab extraneo quodam) ſi adiiſſent, hereditatẽ quæſiviſſent ſibi, *d. l. ſi mulieri. §. fin.* De qua re plura Cujac. *obſ. 40. lib. 17.* Nec huic rurſus obſtat, *l. 6. §. fin. ff. de acquir. hered.* Vbi Celſus aſſerit eum, qui metu verborũ & aliquo timore coactus fallens adierit hereditatem, ſive liber ſit, heredem non fieri, ſive ſervus, ſic dominum heredem non facere. Variæ afferuntur ſolutiones. Verior eſt, ut intelligamus textum non loqui de eo caſu, ubi liber homo ſuo nomine, ſicut *in d. l. ſi mulieri §. final.* vel ſervus domini ſui juſſu fallens adit hereditatem. Sed agere de eo caſu, quando homo bona fide ſive liber ſit, ſive ſervus alienus poſſidetur, & juſſus ſit à poſſeſſore bonę fidei, ut adeat. Nã tunc ſi fallens, id eſt, non eo animo, quod velit huic acquirere, adeat, neq; ſibi, ſi homo liber ſit, detecta libertate acquiſiviſſe dicitur, quod aliàs fieri ſolet, *l. homo liber. l. liber homo. ff. de hered. inſtit. § penult. inſtit. per quas perſon. nob. acquirend.* neque ſervus bonæ fidei poſſeſſor, *l. liber homo. ff. de hered. inſtit.* At verò ſi facilè ac quaſi conſentientes adiiſſent, homo liber ſibi, ſervus alienus bona fide poſſeſſori vel vero do-

to domino, prout voluntas testatoris declararet, acquisivissent. *d. l. mulieri. § fin. cum supra allegatis.* Diversum ergo est in servo, † cui à vero 9
domino jubetur adire, cujus dissensus nũquam obesse potest: aliud verò in servo alieno bona fide possesso. Sic etiam aliud est in homine bona fide possesso, ac in libero coacto extra possessionem. Cæterùm de servo, quod dictum est, ita verũ manet, si testator in servi conditione non erraverit, aliàs substitutus pro portionis dimidio unà admitteretur, *l. si pater. l. seq. ff. de hered. instit. § fin. instit. de vulgari subst. ubi Dd.* Deinde in filiofam. † cui hereditas data est, hodie cessat hæc 10
regula, quoniã pater hodiè filiofam. jubere nequit, ut delatam sibi hereditatem adeat sive pagana sit, sive castrensis, sed nolente filio pater suo nomine potest adire, & omnia plenè acquirere, ac si ipse institutus esset. Volente verò filio adire, patre id recusante, si major sit 25. annis, neglecto patris dissensu solus adit, pleneq; sibi acquirit, adeò ne etiã patri usus fructus aut administratio legitima horũ bonorum concedatur: Si verò minor sit, curatorem petit, eoq; auctore & administratore adit, omniaq; plenissimè consequitur. *l. fi. C. de bon. poss. qua lib.* Quæ cura ad Ioannem prefectum prætor. post consulatum Lampridii & Orestis scripta sit cẽsetur, una ex 50. novis decisionibus novo codice insertis. Vnde non pugnat cum iis, quæ in præfatione etiam dicta.

LEX

LEX V. PAVLVS LIB. II. AD Sabinum.

In negotiis contrahendis alia cura habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent. Nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia, tutore autore, agere potest.

SUMMARIA.

1. *Additio hereditatis quomodo fit.*
2. *Impuberes ab omnibus civilibus negotiis removentur.*
3. *Aditio est civile negotium.*
4. *Pupillus quando iudicio caret.*
5. *Infans & furiosus quando aequiparantur.*
6. *Furiosus nullum negotium agere potest sine curatore: secus in pupillo.*
7. *Cerebri morbi vnde fiant.*
8. *Furiosus pro absente habetur.*
9. *Aliud est in iis, quae facti sunt, aliud quae iuris.*
10. *Furiosus an ex negotiorum gestione quoque extraneo obligetur.*

HOc quoque rursus cùm ad tract. *de acquir. hered.* pertineat, aut evincitur ex inscriptione *l. 2. l. 9.* (cujus hæc sequela videri potest: tractat enim eandem quæstion.) *l. 14. l. 18. l. 22. l. 26. &c.*

16. &c. ff. de acquir. hered. exemplum præcedentis *l. 3.* videri poteſt. Etenim cùm aditio † hereditatis fiat, ſoli animi judicio potius, quàm facto, *l. pro herede. l. gerit. d. l. de acquir. hered.* Meritò dubitatũ fuit, an adiri vel repudiari potuit hęreditas à furioſo & pupillo? vel poſito, quod ipſi nequeant ſoli, quia judicio carent (ſcilicet pleno) *l. 1. §. Adipiſcimur. ff. de acqu. poſſ. §. præterea. inſtit. quibus eſt permiſſum teſt. l. furioſi. infra hoc tit. §. pupillus. inſtit. de inutil. ſtipul.* nec intelligunt, quid agant. *d. l. 9. §. furioſus. inſtit. de inutil. ſtipul.* Anne autoritate tutoris vel curatoris? in utraque negandum videbatur: Primò quia omnes impuberes † ab omnib. civilibus negotiis removentur, *l. 2. §. fin. ſupra l. Lucius. §. pro infante filio. ff. ad Municipal.* Aditio autem eſt † civile negotium *argumẽto l. 7. ff. de pact. l. 1. 4. & 5. ff. de præſcriptis verb.* quippe obligationem producit *§ Extraneus. inſt. de hered. qualit. & d. ff §. 1. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contractu.* indeque actus legitimus vocatur. *l. actus legitimi. infra h. tit.* Idem quod de furioſo proditum eſt. *l. furioſi. infra h. tit. l. cum prætor. 12. ff. de iudic. l. Divus. ff. de officio præſidis.* de utroq; igitur erit idem obſervandum, *argumento l. nam ut ait. ff. de legib.* Deinde pupillus † judicio, *d. l. cum prætor. 12. § non autem d. §. præterea. l. 1. §. impuberes verò. C. de falſa moneta.* nõ magis quàm furioſus caret: atqui ſi nec imperator poteſt diſpenſando ſupplere judicium pupilli. *l. fin. C. de milit teſtament.* multò minùs tutor aut curator, qui licèt publicum

munus

munus adminiſtrent, *l.1 ff. de mun. & honor.* utilitate tamen & reipſa privatum eſt, *l.6.§.tutela.ff.de excuſ.tutor l.munere.14 ff.de muner. & honori.* Si itaque curator judicium furioſi ſupplere nequit, *l. noſtra. l. fin. C. de curat.furioſ.* neque tutor pupilli ſupplebit judiciũ. Rurſus contra in utroq; ſupplere poſſe, ita probatur, quoniã furioſus & pupillus, etſi ſine tutore nõ poſſunt incipere poſſidere, utriusq; tamen judiciũ circa poſſeſſionem interveniente tutore vel curatore confirmatur, *l.1.§.adipiſcimur.ff.de acquir hered.ubi gl.* Sicut ergò tutor infantis judiciũ ſupplet: ita quoq; curator
5 judicium furioſi, quia infans & furioſus † quo ad modũ acquirendi ęquiparantur. *l.Fuſcinius.7. §.planè interdum.ff.ex quib. cauſis in poſſ. eatur l.quod infans. ff. de rei vendicatione.* Quinimò ſicut tutor pupillum adhibitum contrahendo obligat: ita quoq; curator, *l. conſilio. l. pignus. 11 ff. de curat furioſ.* Præterea etſi ea ſupplere nequeunt, quæ omnia deficiunt *d.l.fin.* Dec.*in l.2 §.fin.num.4.verſ. idcirco ſupra, hoc tit.* ubi tamen veſtigia quædam apparent, licèt cinere obducta ſint, ſuppletioni locus eſt, *argumento d. l. fin. argumento rubrica C. ut quæ deſunt advoc. &c. l. de minore. ff. de quaſt. gloſſ. in cap. ſtatutum in verb.canon. De reſcript.in 6.* Sed in furioſo aliquid ineſſe judicii præſumitur. Siquidem tacitè conſentire creditur, *l. 2.§.voluntatem.ff.ſolut.matr.quemadmodum dos pet.* Sicut filius, qui obſequitur imperio patris, ut *in l. procedenti.* obligaturque ex negotiorum geſtione,

l.3.§.

l.9.§.etsi furiosi.ff.de negot.gest. ex indebiti solutione. Bartol.*in l.Iulianus.ff. de condit. indeb.* item alium sibi obligat mutui datione, si consumatur, *l.si à furioso.12.ff. de reb.creditis.* Verùm his omnibus rejectis lis distinctione composita est, ita ut nullum negotium † furiosus possit auctore curatore agere, pupillus possit omnia, modò fari queat, id est, modò excesserit infantiam, vel infantiæ proximus sit. Ratio differentiæ est, quia auctore Fernelio *lib.2. de causis morb.c. de cerebro, cum seqq.* omnis morb. † cerebri, ex resolutione vel corruptione officiorum mentis, ut vehementior est, ita bruto similior & magis inclinans ad interitū, cùm omnē quasi adimat mentem, nec hominē esse desinat. Furor autem seu omnis demētia modò ex Phanthasię corruptione est: modò ex judicii cùm resolutione, quæ species amentia seu ἄνοια propriè dicitur, tum etiam ex corruptione, & propriè furor oritur: modò ex memoriæ tum resolutione, quæ κατάληψις est, & species quidem dementiæ, non autem furor, tum etiam corruptione, unde demētia propriè. Quinimò sępè harū resolutionū plures concurrunt vel miscentur cū corruptione quadā. Cùm itaq; ipsa animę quasi sedes corrupta & resoluta sit, q̄ semper in deterius abire queat; furiosus in iis, q̄ animi præsentiā requirunt, ꝓ absente † habetur, *l.2.§.furios.ff.de iur.C.l. ubi nō voce §.furios.inf. h.tit.* in quib. verò absentia ratū habens, quod actū est, sufficit pro pręsente, nec

nec ratum habente censetur. *l. 2. §. furios. ff. de procurat.* Ideò quia plus abest, quam absenti, nec voluntatem habere. *l. furiosi infra h tit.* nec intelligere quid præsumitur. *d. § furiosus. instit. de inutil stip.* intelligentiæ ac voluntatis quippe causis deficientibus. Quomodo igitur id quod non est, à curatore furiosi supplebitur? Diversum verò in impubere, etiamsi proximus sit infantiæ, nec actum perfectè intelligat, *d. l. pupillus. 9. ff. de acquir. hered.* in hoc enim nulla sentitur mentis destructio, sed scintillulæ indies magis magisque crescentes. Sicut ergò parva scintillula cinere obducta, sulphure excitari potest, ut amplus inde focus illustretur: ita quoq; pupilli, qui tantum fari potest, judicium scintillulam auctore & ductore tutore augere potest. Quæret autem aliquis, cur ICti tantùm restringant ad pupillum, qui fari potest, licèt actum non intelligat: id verò propterea quia in eo qui nondum fari potest, nondum apparet futurum aliquod integrum judicium, cùm illud fortasse insanum esse possit vel stultum. Ideoque interim, donec fari poterit, & officia mentis integrari, furioso æquiparatur. *d. leg. Fulcinius. §. adeò. d. l. infans.* Dices fortasse, in contrahendis negotiis & adeunda hereditate non satis est apparere aliquam mentem hominis, sed intellectus requiritur ejus, quod agitur. *d. §. pupillus. d. l. 9.* Sanè stricto jure is, qui nunc excessit infantiam, vel qui nunc incipit fari, non admitteretur?

tentur? Verùm Iust. *in d. §. pupillus.* Sed in proximis, inquit, infantiæ propter utilitatem eorum, benignior juris facta interpretatio est, ut idē juris habeant, quod pubertati ꝓximi. In his enim jus propter eminentes scintillulas, fingit intellectū, quæ fictio in infante locū habere nequit. Non autē obstant huic distinctioni rationes suprà allatæ: Primò nō sequitur, sicut se furiosus nō potest obligare, vel rebusp. prẹesse, nec impuberes id possint: ita quoq; nihil sine tutorū autoritate posse utrūq; ideo, quia furiosus prohibetur, quod nihil judicii habeat: impubes verò quod non plenū. Si itaq; suppleatur impuberis judicium, Reip. præesse poterit. *l. nemo. C. de relig. & sumpt. fun. l. quidā consulet. in fin. ff. de re iudic.* prout in *d. § fin.* supra explicatū est. Ad secundū respōdetur, etsi impuberi neq; dari, neque suppleri possit judiciū mētis, quod à Deo ac natura tantum auctore proveniat: ratū tamen haberi potest, quod ab eo, q ab imperfectis naturẹ officiis præditus erit, gestum erit. *d. l. quidā consul. in fin.* Nō autē id, cui natura ipsa omnem facultatē ademit, qui quid gerere debuit sicut exemplū est in ostento, *l. ostentum. ff de verb. sig. l. non sint liberi. ff. de stat. homin.* Sic quoq; à tutorib. & curatoribus, qui ideò præfixi sunt privatis, sicut Imperat. publicis, ut quæ natura adhuc desunt, & nō quẹ absunt, suppleret sua auctoritate, ut *inst. de auct. tutor.* Cùm itaq; furiosis mēs absit: his verò aliquid mentis desit: curatoris nō est supple-

re-furiosorum voluntatem, secus in pupillo.
9 Quæ pro affirmativa afferebantur, ita elidi possunt. Primò aliud esse in iis † quæ facti sunt, aliud quæ juris: Quæ facti sunt, à furiosi curatore suppleri possunt, cùm eorũ pręcipua causa sit factũ, non judiciũ: quæ verò juris, quia animi judiciũ requirunt principaliter, nequaquã, *l. fin. C. de curat. fur.* Sed possessio facti est. *d. l. 1. §. adip.* aditio verò hereditatis juris (quod tamen comparativè accipiendũ est, nam & aditioni aliquid facti inest, *l. lib. bõ. ff. de acq. rer. dõ d. l. gerit* & possess. aliquid juris inest, quia aliquid animi postulat, *d. l. 1. §. adip. ver. dorm. ver. intel. l. qui m. o. §. si fur. ff. de acq. poss.* Sed plus facti est in possessione quam aditione) ideoque argumentum à possess. ad aditionem hereditatis non procedit. Deinde quod de contractibus affertur in pupillo indistinctè verum est, qui autore tutore non modò vendere, deponere, locare, pignori dare, sed etiam fidejubere possit, possitque alios sibi solus obligare, licet se, non aliis, *1. inst. de auct. tutor.* verum in furioso nequaquam obtinet. Nam quod curator ejus pignori dat vel obligat, ideò ratũ est, quia ipsius negotia gerit tanquã absentis ac ratũ habentis, *l. consil. l. si pignus. ff. de cur. fur.*
10 Tertiò quod ex negotiorũ † gestione extraneo etiã obligetur furiosus, non fit, quod illi tribuatur aliquod judiciũ, sed quia heres etiã ignorãtem, quatenus utiliter gestũ est, obligat, *l. 3. ff. de neg. gest.* Sic etiam ex solutione indebiti, mutui consumptione inter sanũ & furiosum nascitur obligatio

ex re

ex re,nõ ex consensu.Ideoq; etiã invitũ &ignorantẽ obligant,Dec.*hic n.6.*Deniq; quod ex *d. l. 2.§.pen.ff.soluto Matr.* adducitur,perpetuũ nõ est, cùm regula sit in cõtrariũ, *in l.qui ad certũ.ff.locati:* sed in eo casu speciale est,quia actio dotis,patri cum filia erat cõmunis, ut ex principio ejusdẽ legis constat.Hæc quæ de furioso dicta sunt, obtinẽt,si actu ipso furiosus sit: Si verò habitu, quia nunc dilucidis intervallis utili,ꝓ omnia ea rectè facit, q̃ quilibet sanus rectè facere possit, *l.quod meo ff.de bon.pos.* puta testamentũ condere, *l.furiosi.C.qui facere testam. posſit.* Testis esse, *l.20.§. potest furios.ff qui test.fac. pos.* an pupill⁹ aliquando sine tutoris autoritate obligari, controvertitur. Constat meliorẽ conditionẽ facere posse, non deteriorẽ,*§.1.instit.de aut.tut.*Ideoq; solus nemini se obligat,*l.pupillus.ff.de act. & oblig l. si pupillus. 120.ff.de V.O.* quippe contractibus perfectus erit consensus maxima ex parte se obligantis.*l.1.3.4. ff.de act. & obl.*Sed hoc verum,nisi locupletior sit factus.Nã tunc non contentione,sed re se obligat adeò naturaliter,hoc est,utili actione ex rescripto D. Pii teneatur, ad id ꝓ ad eũ pervenit, *l.3.§.pupill.de neg. gest.l.pup.ff.de aut tut.l 2.ff.cõmod. l.si eius pup.ff.ad SC.Treb.*objicitur vulgo *l.1.§.fi.ff. de nova.*sed novatio prę supponit semper naturalem obligationem,quę saltẽ utilẽ potuisset ꝓducere actionem.*§.præt.inst.quib.mod.toll.obl.* Objicitur etiã lex *stichũ. 90. §. adit.ff.de solut.*Sed ibi de confusione debiti ac crediti agitur, q̃ cõtingit ꝑ aditionẽ hereditatis, qua quodlibet debitũ etiamsi

iamsi adeò infirmũ sit, ne utiliquidē actione peti possit, cum bonis cõfunditur, ut retentionis juris illud potissimũ adversus quoslibet legatarios ac coheredes haberi possit. Licèt itaq; quo ad ipsum pupillũ,& qui cum eo contraxit, revera non fuerit debitum, respectu tamen aliorum pro obtinēdo retentionis jure aliquo modo debitum est. Objicitur etiam *l. cum illud. §. heres ff. quorũ legat.* ubi nec locupletior factus tamen obligatus dicitur Cuia. *in d.l. si pupillus 120 ff. de act. & oblig* tollit negationem. *Nec*. Sed si casus legis inspiciatur, nõ est necesse ut tollatur. Legavit creditor debitorem Scium pupillum non locupletiorem ex mutuo factum, Titio, quæritur an legatum valeat. ICtus distinguit, aut testator voluntatem ad præsens debitũ retulit, aut naturalē obligationem ac solutionem, quæ inde potuisset existere, priore casu inutile legatũ pronũciatur: posteriore similiter, si debitũ ex naturali obligatione petere velit, purè inutile esse, eò quod infirma sit ac nulla obligatio: si verò sub conditione legatũ sit, posse valere, sc. si naturaliter debeatur, etiãsi à pupillo majore facto ultrò solvatur, idq; exemplo legati part⁹ ac fructuũ declarat. Nõ igitur affirmat revera esse contractũ.

LEX VI. VLPIANVS LIB. VII. ad Sabinum.

Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Ille ne heres institutus videatur pro herede se gerere; an hereditatem repudiare, qui pretium hereditatis omittendæ causa cepit.*
2. *Vbi est emolumentum, ibi quoq; onus esse debet.*
3. *Contraria iuxta se posita si se invicem tollunt, non ponunt.*
4. *Differentia donationis mortis causa, & capionis mortis causa.*
5. *Factum ex voluntate aliqua dependet.*

PERTINET hoc quoq; responsum ad tractatum *de acquir. hered.* Adimus hereditatem solo animo, sive is verbis, sive factis declaretur, § *fin. inst. de hered. qual. & diff. l. pro herede. & l. gerit. ff. de acq. hered.* æquè ac si scriptus heres, aut qui ab intestato heres erit aliquid in re hereditaria agere cœpit, præsumitur, id animo adeundi fecisse, *l. si quis extraneus §. interdum. ff. eodem.* Qui verò ita semel factus heres est, non potest desinere heres esse. §. *restituta. instit. de fideicom. hered. l. sicut maior. C. de repud. hered.* teneturque omnibus creditoribus hereditariis actionibus directis, *l. mora 8. ff de acq. hered. l. si testamēta. C. eod. l. fin. C. de iur. delib* Hinc in dubium vocatur, ille ne heres † instituus videatur pro herede se gerere, an verò hereditatem repudiare, qui precium hereditatis omittendæ causa cepit? Hæc quæstio movetur, *in l. fuit quæstion. 24. ff. de acq. hered. l. 2. ff. si quis omiss. causa testamenti.* Et ejus decisionis ratio est, *in l. qui* 1

 pretio.

pretio.ff. de mor. causa. donat. quę leges eadē cum hac lege inscriptionem habent, (Vlp. *lib. 7.* ad Sabinū)ut dubiū non sit, ad candē quæstionem hanc quoq; legē pertinere. Videbatur pretii captione hereditatem adiri,quia pretiū emptionis substantia est,§ *pretiū.inst.de emt.& vend.* Vendere autem actus est, quem quisq; dominus in re sua exercet. Qua de causa, *in d. l. pro her. ver. inter ser.* Inter judicia aditionis refertur. Cùm itaque jure cautū sit, venditorem hereditatis cōveniri oportere à creditorib.hereditariis,non emptorē, *l.2.C.de hered.& act.vend.*excepto fisco,*l.1.C.eod.*is quoq; qui pretium accepit omittendæ hereditatis causa, creditoribus hereditariis tenebitur.
2 Prętereà ubi emolumentū est, ibi quoq; onus † esse debet,*l.10.infra h.tit.inst.de legit.patron.tut* qui verò preciū hereditatis accepit, lucrum sentit. Ergo &onus.Verùm Vlpi. *hic & in d. l. fuit quæst. d.l.2. d. l.qui pretio*, testatur contrariū obtinuisse, ut juris sit eum nihil pro herede gessisse: nimirū,ut propterea sit creditorib.obligatus,licet in edictū prætoris (quod utilē ex testamēto actionē dat legatariis & fideicōmissariis in eum, qui omissa causa testamenti hęreditatē ab intestato adiit, vel repudiavit, ne satis fieret voluntati testatoris, fraudarenturq; legatarii suis, *l. 1 3.4.l.si non solus.10.l.Iul.26.ff.si quis omis.causa test.*)incidat, ut actione ex testamēto legatariis utili, ac fideicōmissariis, quib. per hanc omissionē præjudicium factum est, satis faciat æquè ac si adiisset: Ita tamen ut prius prætor conveniatur, in subsidium

sidiũ verò qui omittendæ hereditatis causa pecuniam accepit. *d.l.2.d.l fuit quæst*. Ratio decisionis hac lege prodita est. Quoniã pretium nõ accepit, quod heres esse voluerit, Sed ut hereditas ad alium sc. legitimũ vel substitutum rediret. Si itaq; contraria † juxta se posita se invicẽ tollunt, 3
non ponunt. *l. legata inutiliter*. ubi Ias. *ff. de legat.* Si quoq; ex animi destinatione factum pendet, ut pendet, *d.l.pro herede.§. Papin. d.l gerit.* non autem animus ex facto, nõ potest dici eum voluisse heredẽ esse, quia ꝓpter hoc ipsum voluit ad alium transire hereditatẽ. Nam & aliàs obtinet actus agentium non operari ultra eorum intentionẽ, *tit. c.plus. val. quod agitur, &c.* Neq; obstat, quod pretiũ sit substantia emptionis, quæ inter modos adeundi hereditatẽ refertur. § *fin. inst. de hered.qual.& differentia.* Primũ negatur, pretiũ hic intervenire, tanquã hereditariũ, quia non ex testamento accepit, sed mortis causa cepit, dũ non à defuncto vel ex ejus voluntate, sed ab alia occasione hereditas proficiscitur, *d. l. fuit quæst. d. l.2.* Nã quicquid, inquit Vlp. *in d. l. qui pretio.* propter alicujus mortẽ obvenit, mortis causa capitur, unde notatur differentia † donationis mor- 4
tis causa & captionis mortis causa: illa semper ex volũtate mortui ꝓficiscitur, hæc occasione sive secundũ sive sine defuncti volũtate speciali. gl. & Ias. *n.4. in d. l. fuit quæst.* gl. & Bart. *in d. l. qui pretio. per l.3.& l. mortis causa ff. de mortis causa & don.* Vt autẽ venditor hereditatis creditorib. hereditariis teneatur necesse est, aut acceperit tãq̃ æstimatio-

nē ipsi' hereditatis aditę, *l. fin. ff. de transactioni. d. l. 2. Cod. de hered. vel actio. vend. l. 2. §. 1. §. pervenisse. §. si Titius. l. emptor. ff. eod.* Cùm itaq; hic non vendiderit hereditatem, sed tantum occasionē quærendi, quæ à quocunq; negligi potest sine periculo, *l. liberationis. 28. §. quia occasione. ff. de verb. signif.* Et consequens est creditorib. hereditariis eum non esse obligatum. Et cùm pretium non eo animo acceperit, quod voluerit adire sed repudiare, similiter dici nequit, hoc modo aliquid pro herede gessisse, quoniam factum ex volun-
5 tate † dependet, & ex ea interpretationem recipit. Nec obstat, quod de emolumento allatum, quod obtinet, quando id occasione oneris habetur, vel onus cōtingat occasione emolumenti. Sicut in tutela legitima *tit. de legit. patro. tut.* Societate & similibus. *§. illud instit. de societa.* aut si par sit ratio oneris ac commodi. Francus, *in d. l. 18. infra h. tit.* Cùm itaq; pretium non sit hereditarium emolumentum, oneribus quoq; hereditariis gravari non debet. Neq; huic rursus refragatur, quod nihilominus legatariis & fideicommissariis cōpetat, utilis actio in subsidium, quib. non propter acceptum pretium, sed propter fraudem illa conceditur, *d. l. 1. d. l. 2. ff. si quis omis. cau. test.* quæ eorum actiones ferè extinctæ erant, everso nimirū testamēto, eoq; ad causam intestati redacto: Sed creditorum actiones adversus quemcunq; heredem ac successorē perdurant, posterioremq; obligant, ne videri possit co-

ſit eorum conditio prior facta, Iaſ. *numer.3.* poſt Bart. *n.2. in d.l. fuit quaeſtionis.*

LEX VII. POMPONIVS LIB. III. ad Sabinum.

Ius noſtrum non patitur, eundem in paganis & teſtato, & inteſtato deceſſiſſe, earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus & inteſtatus.

Summaria.

1. *Milites poſſunt pro parte teſtati, & pro parte inteſtati decedere.*
2. *Vtile per inutile vitiari non debet.*
3. *Cauſa teſtati trahit ad ſe cauſam inteſtati.*
4. *Definitio hereditatis quae.*
5. *Aditio quando poſſeſſioni aequiparatur.*
6. *Diviſio perſonarum quae.*
7. *Patrimoniorum diviſio quae.*

Pomponius quoque *lib.3.* ad Sabinum, ex quo hoc reſponſum delibatũ eſt, *de adeunda her.* tractavit, ut inſcriptio arguit, *l. impuberibus. 11. l. 23. l. 27. l. 29. de acquir. her.* & tandem *in l. ſi ex ſuo. 36 ff. eodem.* tradidit, ſi pater & filiusfamil. vel ſervus, vel dominus eodẽ teſtamento quisque in ſemiſſe, vel aliis portionibus eſſent he-

redes simul instituti, ac pater vel dominus ex sua parte adiissent, necessarium esse jussum, ut filius vel servus coheredes etiã ex sua parte adeant. Quod Vlpian.in duobus filiisfam.ejusdem patris similiter affirmat, *in l.si quis heres 35.§ fin.ff. eod.de acquir.hered.* Adeò autem hoc obtinet, ut nisi jussi adeant, locus sit juri accrescendi, *l.unic. §.his ita.C.de cad.toll.l. qui ex duabus.53.ff. de acquir. hered.* Duar. *lib.1.de iure accresc. cap.2.* Ratio ejus decisionis in hãc legem lata est, quia jus, inquit, nostrum, id est, Romanum, *§.constat autem.instit. de iur. nat. gent.* non patitur eundem in paganis (quod intelligas non de quęsitis bonis, quę pagana ideò dicuntur, quia domi & quasi in pago comparata sunt, ut gl. hic malè intelligit. Sed paganos intellige homines ad differentiam mi-
1 litũ, quippe quilibet milites † possunt pro parte testati & intestati decedere. *l.hered.§.1.ff.de Castr. pec.* quod hominib. cæteris prohibetur. Verùm nec veteres in castrensib. bonis solis, olim nõ poterãt pro parte testati, ac pro parte intestati decedere. *l.idẽ est.13.§ 1.vers.neq; n.iam.* (qui in vulgari exemplari est, *l.14.neq; n.iam.*) *ff. de milit.testam.*) & testato & intestato decessisse, scil.ab initio, gl. Bart. Dec. Cagnol.& alii *hic.* Etenim ex post facto testamẽto nimirũ in effectum producto testati partim, partim verò intestati esse possunt, modò id extrinsecus nõ ab herede scripto proficiscatur, puta si pro parte per inofficiosi testamenti querelam post aditã hereditatem. (Nam ante

ante non competit, § *1. & fin Inst. de inoffic. testa.*) impugnetur, puta alter frater erat in asse heres institutus, alter injustè exheredatus, hic obtinet inofficiosi testamenti querelã, qua totũ quidem testamentũ pro sua tãtum portione impugnat: ille verò sua dimidia ex testamẽto cõtentus esse cogitur, *l. circa. 24 ff. de inoffic. testa* Alius casus est in *l. nam etsi 15. §. fin. ff. eo.* Alium notavit casum gl. *hic* & Bart. *in l. si is. ff. de vulg. & pup. substit. ex l. 1. C. de secundis nupt.* ubi uxor prohibetur maritum heredem instituere in majori portione, quã triente. Si igitur in asse instituerit, quæstio est; Anne tota corruat cõstitutio, an verò pro parte valeat? Communi calculo placuit, nõ debere utile † per inutile vitiari, ita ut institutio pro 2
triente subsistat, & fingatur in altera parte heredes legitimos instituisse, hodierno jure sublata *l. Papia. l. 1. & 2. C. de pœn. Cœl. in fin. l. un. Cod. de cad. toll.* Olim enim reliqua pars ex lege Papia & Iulia fisco cedebat, quasi caduca, *dicta lege unic. l. 1. & 3. Digest. quæ pro non script. habetur. l. in fraudem. ff. de his quibus. ut indign.* Cæterùm in reliquis casibus heres scriptus nunquam pro parte ex testamento, pro reliqua verò ab intestato succedere potest, neque hereditatem totam sibi relictam pro parte scindendo acquirere. *l. 1. & seq. ff. de acquirend. hered.* ideoq; si quis paganus in certa aliqua portione unum atq; alterum scripsisset, reliqua portio non legitimis, sed scriptis heredibus accedere debet

jure

jure accrescendi, quoniam causa testati trahit
3 † ad se causam intestati. *d.l.uni. Cod. quan. non pet. pers.* § *non autem.* ubi Mynsing. & alii. *Institut. de hered. inst.* Bart. *in l. triplus. ff. de verb. sig.* Duarenus *lib. 1. de iur. accresc. c. 2* & idem. *lib. 2. cap. 1.* Hereditas
4 † enim repræsentat personam defuncti, *l. hered. 34. l. hereditas. 41. ff. de acquir. rer. domin.* estque successio in universum jus defuncti, *l. nihil est aliud. ff. de verb. sig.* sicut ergo homo civilis duplex esse nequit, vel duo patrimonia simul possidere: ita quoque morte ejus neque duplici jure, neque duplici ratione deferri potest. *d. l. 1. d. l. 2 l. si solus. 80. ff. de acquir. hered.* Vnde licèt bona hereditaria dividantur ac nomina ipso jure ex l. 12. tab. *l. 3. ff. famil. hercisc. l. 6. C. eod.* divisa sunt, ipsum tamen jus & repræsentatio defuncti nũquam dividitur. De qua re *in d. l. nihil aliud.* ideoq; si quis ex asse institutus destinaverit ejus partem, heres censetur in assem adiisse, *l. si ex asse. C. ff. de acquir. hered.* nec huic refragatur, *l. ex semisse. 75. ff. eod.* ubi ex semisse institutus errore quadrantem petiit per bonorum possessionẽ, quæritur; quid valeat petitio? Respondet Marcellus, nihil actum esse magis. Quidam distinguunt inter bonorum possessionem petitam & aditionem hanc civilem. Sed Marcellus eorum opinionem improbat, *in ead. l. in vers. quemad.* ubi a-
5 ditionem † in hac re æquiparat bonorum possessioni. Alii distinguunt inter ignorantem seu errantem & scientem. *argument. l. is qui putat*

eum.

um. l. sequ. l. si is ad quem. ff. de acquirend. her. Verùm
cum illæ nihil ad rem faciant, quippe de sub-
stantialibus aditionis agunt, meritò ab eorum
sententia recedimus, propter autoritatem Vlp.
in l. si quis extraneus. 21 §. si quis partem. ff. eod si quis
partem, inquit, ex qua institutus est, ignorarit.
Iulianus scribit nihil ei nocere, quo minùs pro
herede gereret, cui sentit. *l. illud. ff. si pars her. pet.*
Rectius igitur ex *d. l. si quis extraneus. §. si quis par-
tem.* Marcelli verba ita interpretabimur, quasi
nihil sit actum, ne totũ semissem habeat, quarta
contentus: sed cogatur planè habere, ut vers.
quemadmodũ statim subjectus denotat. Hinc
etiam est, ut si quis ex reb. partibus heres insti-
tutus fuerit, ex alia quidem purè, ex alia verò
sub conditione. Si ex pura institutione adie-
rit, & decesserit, posteaque conditione existen-
te, ea quoque pars ad heredem heredis perti-
nebit, *l. qui ex duabus. 53. de acquir. hered.* licèt aliàs
hereditates conditionales mihi instituto adhuc
vivo conditiones existãt, ad heredẽ non trans-
mittantur, *l. liber homo. §. si ita. ff. de hered. inst. l. si ex
plurib. in fin. ff. de suis & legit.* Cognoscimus igi-
tur, quæ vis & veritas hujus regulæ sit. Porrò
hanc regulam Pomponius confirmat à natura
contrariorum. Contraria inquit esse, quinimò
adversa, testatum & intestatum, adeò ut dicho-
tomiam non autem trichotimiam constituant,
ideoque ex natura oppositorum, neque eidem
circa idem, neque inter se attribui possunt. Sed
huic

huic Pomponii declarationi & argumento adversari videtur, quod hæc regula tantum in paganis, non in militib. etiam procedat. Si enim adversa essent, perpetuoq; pugnarent, nunquã in eodem concurrere possent magis, quàm nigrum & album, pax & bellum, bonũ & malum. Sed constat, si miles scripserit heredem in certo fundo vel certa patrimonii parte, reliqua bona pertinere ad heredem legitimũ ab intest. illũ v. testamento cogi contentũ esse, relicta sibi portione, silente hoc casu jure accrescendi, *l. 6. ff. de milit. test.* sicut etiam si duos singulos ex semisse scripserit, uno repudiante alteri nihil accrescit, sed legitimis heredibus cedit, nisi diversum testator expresse disposuerit, *l si duobus. ff. eod.* Verùm illud cõstitt. Impp. militibus fictione quadam propter imperitiam, quæ aut ex ignorantia aut necessitate pugnandi oritur. §. *1. instit. de milit. testament. l. 1. ff. eod. l. pen.* Cod. *eod.* Viglius *in ff.* §. *1.* indultum est, ideoque fingunt duo quasi patrimonia propter duplicem, quam gerunt
6 † personam. *l. si cert. 17. §. 1. ff. de milit. testam.* aliam
7 fingunt personam † militem, aliam civem: aliud patrimonium militis, quod castrense vocant: aliud quasi civis. Sicut etiam in filiofamil. duplex fingitur peculium, ut & testabilis & intestabilis videri possit, testabilis quoad castrense; intestabilis quoad advẽtitium, licèt ejus proprietatem habeat. Testatus igitur censetur miles in bonis militaribus: intestatus in bonis civilibus,

rilibus, unde constat, hæc duo contraria uni quidem attribui, sed non circa idem, *l.hereditat.* *.10. de castr.pecul.*

LEX VIII. POMPONIUS LIB. IV. ad Sabinum.

Iura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt.

SUMMARIA.

. *Liberi, quorum pater capite minuitur, ius hereditatis legitimæ retinent.*
. *Pater capite minutus, ad suum liberorum vel agnatorum successionem venire nequit.*
. *Agnatio est iuris civilis, cognatio verò iuris naturalis.*
. *Ius civile tollit tantum ea, quæ sunt iuris civilis.*
. *Consanguinei, qui dicuntur.*
. *Capitis diminutionis distinctio quæ.*
. *Maxima capitis diminutio adimit libertatem: media civitatem.* num.9.

N *l.4. de suis & legit.* quæ etiam ex *libro quarto.* ad Sabinum Pomponii depromta est, Pomponius scribit; hi, quorum pater capite † minutus est, legitimæ hereditatis jus & in cæteris personis & inter se retinent, & alii adversus eos: Verùm ipse pater capite † minutus 2 1
non

non potest venire ad suorum liberorum vel agnatorum successionem, quia per capitis diminutionem, sicuti agnationem amisit, sic quoq; jus legitimę hereditatis cum leg. 12. tab. 6. *dicerit:* Agnatus proximus familiam habeto, *l. pronunciatio. §. 1. l. sæpè 53. ff. de verb. sig.* sed tantùm inter cognatos admittitur. *l 1. 5. & 7. ff. unde cognati.*
3 Ratio est, quia agnationis † jus est juris civilis; cognatio verò juris naturalis, *§. fin. Instit. ff legit. agn. tutel.* ubi Dd. communiter. Ergò cum jus
4 civile possit ea tantum tollere † quę civilia sunt, non quæ naturalia. *§. sed naturalia. Instit. de iur. nat. gent. & civil.* perit quidem per capitis diminutionem quę juris civilis est, *tit. Instit. de cap. dimin. l. 1. 3. & 4 ff. eod l. ordin. ff. ad municipal.* agnatio, non autē cognatio. Hinc regula illa, *iura sangu n.* &c. ubi jura sanguinis non de cōsanguinitate ut gl. hic malè interpretatur, sed cognatione, quæ agnationi opponitur, accipiemus, ut definitur *in*
5 *d. §. fin.* Etenim consanguinei † illi sunt, qui ab eodem patre descendunt, licèt ex diversis matribus sint oriundi. At verò cognati potiùs
6 respectu matris; omnes enim † dicuntur, qui ex eodem ventre veniunt, quasi ex uno nati, cum unum nascendi habeant initium. *d. l. 1. §. 1. ff. unde cognat.* Vnde frater meus mihi & consanguineus & cognatus est, si germanus, si uni in adoptionem detur, desinit meus consanguineus esse, non tamen frater, ratione cognationis. Objicitur huic regulæ, *l. 2. §. 1 ff. ad SC. Treb.* ubi propter

pter capitis diminutionem desinit mater esse, quæ alias erat, ac legitima cognationis successio jure civili ibi confunditur. Verùm observãdum est triplex capitis † diminutionis distinctio, ex 7
d. tit. instit. de cap. dimin. Maxima adimit † liber- 8
tatem & civitatem. Cùm igitur servus patrimonium habere nequeat, vel jure etiam gerit, consequẽs est, hoc casu etiam jure gentium cognationis jus corrumpi, non solum jure civili.
Media † capitis diminutio adimit civitatem, 9
qui verò civitate caret, nullam hereditatem petere potest, neq; etiam relinquere, cum utrumque civi conveniat, quo casu impeditur effectus potius cognationis propter mutationem status, quàm ut cognatio testatur. Propriè autem procedit hæc regula in minima capitis diminutione. Reliqua apud Dd. *in §. fin. instit. & §. 1. instit. de cap. dimin.*

LEX IX. VLPIANVS LIB. XV, ad Sabinum.

Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.

SUMMARIA.

1. *Ambiguitas quando in verbis nulla est, quæstio voluntatis admitti non debet.*
2. *Verba si voluntatem non satis exprimunt, ad alia erit recurrendum.*
3. *Quæ tenore uno fiunt, in iis neq; prius, neque posterius dari potest.*

D 4. Æ ju-

4. *Æquitas in dubio neminem gravari vult.*
5. *Quando quid in tutò esse dicitur.*
6. *Minor summa maiori inest.*
7. *Semper proniores esse debemus ad liberãdum, quàm ad obligandum.*

IN *lib. 15.* ad Sabin. Vlpian. tractavit de interpretandis testamentis ac obscuris testantium voluntatibus explicandis, ut apparet ex *l. si ita ad descriptum. 14. l. qui filiabus. 17. l. legat. 19. ff. de leg. 1.* In hac re illa obtinet regula, ut primum voluntas testatoris inspiciatur, quatenus illa ex verbis
1 patere posset. Quando n. nulla † in verbis ambiguitas est, non debet admitti voluntatis quæstio. *l. ille aut ille. 25. l. non aliter. 69 ff. de legat. 3.* ubi
2 verò verba † voluntatem non satis exprimunt, ad alias circumstantias recurrendum est. Primò inspicitur consuetudo loquentis. Secundò præcedentia & sequentia conferuntur cum obscura dispositione, num inde liquidari possit,
3 juxta illud: quæ uno † tenore fiunt, in iis neque prius, neque posterius dandum est, *l. nec in. ff. de solut.* Tertiò, si hinc nondum appareat, quæ voluntas testatoris fuerit, mos regionis attenditur, *l. nummis. 75. ff. de legat. 3. l. in obscuris. 114. l. semper in stipulat. 34. infra h. t. l. Labeo. ff. de suppel. legat.* Tandem his omnibus deficientibus voluntatis quæstio ex æquo & bono decidenda est juris autoritate. *l. voluntatis. C. de fideicom.* Æqui-
4 tas autem in dubio † neminem vult gravari, neque

que etiam prorsus nullum esse quod gestum est, ideoq; in obscuris hãc regulam sequitur, ut eligat, id quod mitius est seu minimũ, *d.l.semper in stipul.d.l.in obscur.d.l.nummis. 75. d.l.si ita adscriptũ. d.l.Labeo.* Mitius n.est, quod vel ad mediocre, vel ad minimũ deducitur. *d.l.nummis. l.apud Iulia. 40.* (in aliis est, *l.cum servus. 39.*) *§.scio.ff. de legat.* vel in conventionib.*l.verb.victus cum 2. seqq.ff.de verb. signif.* Hujus regulæ quamplurima exempla hic Dec.adducit, ac passim *in tit. C. de verb.sign.& tit. ff.eo.*occurrunt. Nec inelegans est illud, *in l.si ita relictum. §.ult. ff.de leg.* Excipitur tamẽ ab hac regula legatũ ad pias causas. Dec.*hic nu.4.*quia nemo præsumitur, Deo ac pietati vilius offerre vel minimũ dare, sicut etiã in dote obtinet. De qua re Bart.*in l.4.ff.de cond.caus.dat.* Hanc aũt legẽ gl. Dec.hic, Dynus *in c.in obscur.eo.t.in 6.li* extẽdunt ad cõtractus. Nã in his similiter obtinet, ut inspiciatur, quid verisimiliter actum sit in tãtum, ut in hoc incumbatur, ne actus facilè pereat, sed conservetur, quatenus verba rei gestæ cõvenire possint. *d.l.22.ff. de reb.dub.* Quod sanè in universum definiri non potest, sed judicis arbitrio discreto relinquendum, *arg.l.3.ff.de test.* ubi verò tãta obscuritas est, ne amplius ex circumstantiis volũtas ac rei gestæ forma apparere possit, placet, ut obscuritas ei noceat, qui legẽ contractui aptionẽ dicere potuisset, *l.vet.ff.de pact.l.Labeo.21 ff.de contrah. empt.l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obl.* Mitius autem in cõtractibus est, ut vel nul-

lam obligationem contractam dicamus, aut rem minorem deberi. Hinc Vlpianus. *l. Quotiens. ff. de verb. obl.* quotiens, inquit, in stipulatione ambigua oratio est, commodissimum esse id accipi, quo res, de qua agitur, in tuto sit. In tuto
5 est, † si pro promissore contra stipulantem interpretationem faciamus, *d. l. quicquid ast. ingendi.* ideoq; si 10. aut 6. à te stipulatus fuero, quinque mihi specialiter respondens debebis, quia
6 minor † summa majori inest, *l. 1. § si stipulanti mihi. l. si ita 12. l. si ita stipulatus. 109. ff. de verb. obl.* sic si stipulatus fuero hoc modo: post annum aut biennium dabis, post biennium tãdem obligatus eris, quia quo longius tempus solutioni concessum est, eo minor est obligatio, *d. l. si ita stipulatus. 109 § 1. d. l. si ita relictum 43. ff. de leg. it. 2.* sic si obscurum fuerit, an mutuus intercesserit consensus, magis est, ut obligationem nullam natam esse interpretemur. *l. inter stipulantem. §. 1. l. continuus. § 1 ff. de verb. oblig.* adeò ut siquidem consentiunt in re, sed responsio non conveniat interrogationi, vitiata dicetur obligatio, nisi illico diversitas responsionis placuerit, *d. l. 1. §. cum adducitur. ff. eod.* Nam cum proniores
7 erimus † ad liberandum quàm ad obligandum, *l. Arrianus. ff de Act. & oblig.* mitius ac minus illud existimatur, si negaverimus, obligationem esse contractum. Plura de hac re scribunt Cuiac. *in d. l. 12. l. 141. ff. de verb. oblig.* Duar. & Iason. *in d. l. quotiens. 80.* Porrò extenditur hæc quoque regula

gula ad sententiam judicum. Nam si diversis summis condemnent judices, minimam spectandam esse, Iulianus scribit, *l. inter pares. 38o. in fin. ff. de arbit.* & cum mitior sit sententia, quę pro libertate est, ea quoque tenetur, licèt plures judices contra libertatem inclinent, *d. l. inter pares. in pr.* idem quoque ad testium dicta extenditur, ut eorum obscura testimonia pro reo interpretentur: secundùm Eberhardum autem *in loco à sententiis ad probationes.* per *l. lege Iulia. ff. de manumiss.* extenditur. Deniq; ad judicia criminalia. Nam si quis ex duplici lege propter crimen convenire potest, eligenda est mitior lex. *l. si præses. ff. de pœn.* Ne judices aliquid durius aut mitius, quàm res postulat, statuant, *l. respiciendum. 11. ff. eod.*

LEX X. PAVLVS LIB. III. ad Sabinum.

Secundùm naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequentur incommoda.

Summaria.

1. *Is, qui à prætore bonorum possessionem petiit, an oneribus hereditariis adstrictus esse deberet.*
2. *Bona à beando dicuntur: & cur.* num. 3.
4. *Regula huius legis 10. quando procedit.*
5. *Heres fideicommissarius an iure civili propriè heres fit.*

6. *Genus nequaquam perire potest.*
7. *Vbi onus, ibi commodum: & ubi emolumentum, ibi quoque detrimentum.* num. 8.
9. *Qui in sacrario operatur, de sacrario edat.*

NON inepte hæc lex ad tractatum *de bon. poss.* accõmodatur, & in *li. 3.* ad Sabin. Paulus ea de re egit, ut elucet ex collatione inscriptionis. *l. un. ff. si tab. testam. ext.* Dubium erat, an is, qui à
1 prætore † bonorũ possessionem petiit, deberet adstrictus esse onerib. hereditatis. Ansam dubitandi præbebat, quod dici solet, bona intelligi deducto ære alieno. *l. : ñ emancip. §. illud ff. de collat. bon. l. si quis servũ. §. ult. l. seq. ff. de leg. 2. l. mulier bona. ff. de iure dotali. l. subsignat. 39. §. 1. ff. de verb. sig.* Cùm
2 à beando † nomen adepta sint. *l. bon. 49. ff eo.* Verùm Paulus contrarium docuit cum Vlp. *in l. 3.*
3 *de bon. poss.* nempè quod bona in † ea quæstione pro universa successione ac patrimonio defuncti sumãtur, & complecti tàm commoda quàm incommoda, ut nihil obstet, solvendo sint nec ne, aut damnum habeãt, aut lucrum. Ratio hic assignatur, quia secundùm naturam est, quæ regula à pontifice quoq; *in tit. de reg. iur. in verb. in c. qui sentit.* relata est. Notum autem est, eum, qui agnoscit bonorum possessionem velle universum hereditatis emolumentum sentire cũ non effectu, sed tantùm causa & modo succedendi à vero herede differat. *l. 1. 2. 3. ff. de bon. poss. §. fin. Inst. per quas pers. nob. acquir.* Quod ergò juris in vero

herede,

herede, qui per aditionem omnib. creditoribus hereditariis obligatur *l. more. ff de acq. her.* meritò quoq; in bonorum possessore obtinebit. *d. l. 3.* Quinimò perpetua hoc justitiæ ratio postulat, quæ vult in parib. causis parem æquitatẽ observandam. *l. non possunt. ff. de ll. c. 1. de allod. in usib. feud.* Nec obstat, quod bona dicantur deducto ęre alieno, quod verũ est, si nõ jus quoddam universum significaret, sed quotã patrimonii. *l. bon. 208. ff. de verb. sign. l. 8. § quoniam. de inoffic. test.* Cuiac. *in tract. ad Afric. li. 4.* in explicatione *d. l. bonorum. 208.* Cæterùm hæc † regula procedit, si par non sit lucri & oneris, capiaturque alterum propter alterum, secus separata, ut hic plurib. exemplis gl. & Dec. explicant. Hinc licèt heres † fidei commissarius jure civili propriè heres non sit, sed instar legatarii. *§. restituta. instit. de fideicom. hered.* tamen cum heredis emolumentum sentiat, & vix portio quarta (olim enim nihil retinebat, nisi pactionibus interpositis. *d. §. restituta. & §. seqq.*) fiduciaria cedat, proportio justa exigit, ut etiam onera hereditaria ferat. *§. sed quia stipulation[illegible] §. seq. institut. de fideicommiss. hered.* Eadem ratione cum emtoris commodum sit rei emtę statim à tempore perfecti contractus. *§ cum autem. instit. de emt. & vend.* nempè ut quicquid posteà accedat, æquè in actionem emti veniat, ac si ab initio pars rei venditæ fuisset. *l. videmus. 38. ff. de usur. l. id quod 7. de peric. & comm. rei vend.* placuit etiam ejusdem peri-

culum ad emtorem pertinere, *l. 1.d.l.7 ff. eodem.* nisi venditor in mora fuerit, *d.l. cum autem. l.2 d.*
6 *l.7.ff.eo.* aut genus † quod perire nequit, *l.5 ff. de reb. cred. si cert. pet.* venditum. *d.l 1 l. si quis vina. ff. de peric. & commod. res vend.* nec ex eo species electa. *l.2. C. eod. l. sæpè. 35. §. in hu. ff. de contrah. empt.* Quod tamen ita temperandum est, ut si res vendita sine culpa venditoris pereat ante traditionem, emtori nulla competat actio ex emto ad consequendam rem, *l. si fundus. 33. ff. locati* vel interesse. *l.1 ff. de action. emptor.* Licèt ipse à venditore pretii nomine nihilominùs conveniri possit, *d. §. cum autem vers. itaque. verbo pretium solvere.* Nam à venditi actione liberatus est, non ipso jure, sed opus est exceptione doli, qua venditorem ab emptione sua repellat. *argumento §. ex diverso. vers. certè illud. institut. de rer. div.* Costalius. *in l. si in area. ff. de condict. indebiti.* Vnde si pretium solverit, jam ante non actione empti, sed vel indebiti condictione quasi mutuum repetat, *d. l. si fundus. l. si servus. 24. ff. de acti. emptor.* aut condictione ob causam, quasi causa non sit secuta, propter quam pretium datum erat, *l. fin. ff. de cond. causa. de causa non sec. l. naturalis. §.1. ff. de præscript. verb.* ne ex damno alterius venditor locupletior fiat, *l. nam hoc natur. ff. de condition. indebit.* Cuiacius. *ad African. tractat. 8.* in explicatione. *dict. leg. si fundus, mihi folio 513. & seqq.* Sanè hoc exigit proportio damni & commodi, cùm commodum eatenus sentiat, ut id a-

ctione emti poſſit petere, nec teneatur pro eo pretii auctionem facere, niſi oppoſiti doli mali exceptione. Cæterùm hæc vera ſunt, quàm diu emptor etiam non fuerit in mora: poſt moram verò commiſſam ad intereſſe quandoq; ſolum, quandoq; etiam ad pretium ſimul tenetur, nec exceptione juvatur. *l.2.l.4.& ſeq.ff.de peric.& cõmodo rei venditæ*, econtrà legatarii & cui mortis cauſa donatum eſt, cùm ſingularia quæq; capiant, quæ univerſalibus oneribus accommodari nequeunt, nec in iis defunctum repræſentant, hereditariis oneribus non gravantur. *§.1. & quæ ibi not. inſtit.de legat.l.3. l. mortis. leg. qui pretio.ff.de mort.cauſa don.* Quo pertinent, quę dicta ſunt ſupra, *in l.6.* ſicut etiam ibi onus † erit, ubi commodum:ita quoq; emolumentum † ibi erit,ubi 7
onus. Cui ſuffragatur illud divinum teſtimoni- 8
um, *Deut.25.verſ.4.Non ligabis os bovis terentis in area* 1
tua fruges. Item qui in † ſacrario operatur, de ſacrario edet. *1. Cor.9. verſ.13.* Hinc ſacri canones 9
voluerunt ex aris ſuis ſacerdotes ali. *d.c.qui ſentit. h.tit.lib.6.C.cum ſecundum Apoſtol.extra de prabendis.* Sed cum Patronorum Eccleſiaſticorum onus non reſpiciat aliquod ſervitium, ſacrarii nolunt ad has præbendas porrigi. Si pacti fuerint ſocii de partibus damni ſimul,etiam eædem partes in lucro intelliguntur, niſi plus minusve ab alio collatum ſit. *§.1 inſtit.de ſociet.*

LEX XII. POMPONIVS LIB. V. AD Sabinum.

Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

SUMMARIA.

1. *Fœtus pecorum ad usufructuarium pertinet: secus de partu ancillæ.* num. 2.
3. *Submittere propriè quid significet.*
4. *Dominia rerum non nuda conventione, sed traditione saltem transferuntur.*
5. *In iis, quæ facti sunt, dominium ad alium nunquam transit.*

IN *lib. 5. de usufr.* Pomponius verba fecit, ut arguit inscriptio *l. 18. 19. 28. l. 69. l. pen. ff. de usufruct.*
1 Fœtum † pecorum ad usufructuarium ex sententia Sabini & Casii pertinere receptum est, licèt
2 partus † ancillæ nõ pertineat *l. vetus 68. ff. de usufr. §. in pecudum. instit. de rer. div.* Sed si gregis usumfructum quis habeat in locũ demortuorum capitũ vel inutilium, ex fœtu fructuarius submittere debet, *§. sed si gregis. instit. de rer. div. d. l. vetus. in fin. & l. seq.* ut salvam rei substantiam conservet, juxta defin. usufructus *in l. 1. ff. de usufr.* Submit-
3 tere † est propagandæ sobolis causa matribus supponere ac alenda præbere, secundum Bud. Quæ verò ita substituta sunt, nõ amplius erunt fructus, sed ad proprietatem pertinebunt *l. 58. §. heredi-*

hereditatem. ff ad SC. Treb. l. vel inutilium. 69. ff. de usufr Hinc *in l. 70. ff. eod.* subjicitur proprietario ex Fœtu nihil accedere, antequam fructuarius substituat. Ratio in hac lege proposita est, sumta ab effectu dominii, qui est, quod cujusq; est, sine ejus facto nuda voluntate, recedere. Quare cum submissio fœtus non fiat ipso jure, sed facti sit, fœtus non desinit esse fructuarii, nisi submiserit. Nec sufficiens erit nuda voluntas aut destinatio. *l. si quis 17. §. 1. ff. de acquir poss.* Hinc illa promanat regula, non nuda † conventione, sed traditione dominia transferri, adeò ut ante traditionem, ne quidem emtor rei venditæ dominus fiat, *l. exempto. §. in primis. ff. de act. empt. l. traditionibus, C. de pact, §. per traditionē. instit. de. rerū divis.* Quod in tantum procedit, ne summus princeps nobis dominiū quæsitum auferre possit. Mynsi. *obser. 97. cent. 5. & obs. 8. cent. 4. argumento l. 2. C. de quadriennii præscriptio. l. digna vox. C. de legibus.* Zasius *in l. princeps. ff. de. ll.* nisi evidens aliqua causa suadeat, prius tamen pretio refuso. *l. item si verberatū §. 1. ubi part. ff. de rei vendic. l. Lucius. ff. de evict.* Quod verò in debitis tollendis ꝓcedit, licet aliàs Imperator debitori alicui possit concedere biennalem, vel quinquennalem dilationem novatoriam, *argumento l. quoties. Codic. de precib. imp. ofer.* Guido Papa *decis. 37. & 109.* Sic procurator meus rem meum, ignorante vel non mandante me, transferre nequit, ideoque nisi universale cum libera administratione, aut 4

specia-

speciale de vendendo mandatum acceperit, vel nisi ratum habeam, dominium retinebo. *l. cum mandati. Codic. mandat. l. fin. ff. de pact. l. procurator 58. cum seqq l. procurator tutor. 63. ff. de procur.* No-
5 tandum ergo hic est, quæ facti † sunt, ut in contractibus & pactionibus nunquam transire dominium ad alium citra factum domini, sive hoc obliquè, sive directò interveniat. Directò, ut traditionibus, *d. l. traditionibus.* obliquè, per usucapionem *l. 3. ff. de usuc.* ibi patientia loco facti est *l. alienationis. ff. de verb. sig.* Item immissionibus in possessionẽ, quando id nõ facimus, quod facere debemus. *C. fin. in fin. extra vt lite non contest.* executionibus. *§. fin. instit. de offic. iud. c. l. si pignora. ff. de evict. l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* & pignorum distractionibus, *l. 2. C. debit. vend. pign. imped. non potest l. fin. C. de dom. impet.* Cæterùm in iis, quæ juris sunt, dominium etiã sine facto nostro, hoc est, sine traditione, aut quasi ex nuda voluntate transfertur, sicut in herede suo contingit, *l. in suis. ff. de suis & legit.* & extraneo adeunte, *l. morac. ff. de acquir. hered. §. fin. Instit. de hered. qualitate & differentia.* & bonorum possessore, *l. 1. l. 3. ff. de bonorum possess.* legatario, *l. 1. C. communia de legat. §. sed nostra. instit. de legat.* Sic in adjudicatione, quæ fit ex judicio cõmuni dividundo, finium regundorũ, familię Herciscundę, & multis aliis, juris autoritate sine nostro facto dominiũ transfertur, *§. si familia. cum seqq. Instit. de offic. iud.* Sic etiã nominum hereditariorũ dominium ipso jure ex,

l. 12. tab.

12. tab. pro cujuslibet heredis portione transit ad singulos, *l. etiam. C. famil. Hercisc. l. 2. & 4. ff. eod.* Sic per specificationē artificiosam juris autoritate dominium materiæ amittimus, eo ad specificantem translato, *§. cum ex al. ena. instit. de rer. divis.* quod etiam in plantis, alluvione, inundatione & quibusdam aliis evenit, *§. præterea. §. quod si aliqua. § si Titius alienam. instit. eod. tit.*

LEX XII. PAVLVS LIB. III. AD *Sabinum.*

In testamentis pleniùs voluntates testantium interpretantur.

SUMMARIA.

1. *Vsus domus alicui relictus, quomodo eo utendum est.*
2. *Vxor anne cum marito habitare facere possit.*
3. *Socer cum nuru an quoque habitare possit.*
4. *In dubiis id, quod minimum est, sequimur.*
5. *Actio aut est bonæ fidei, aut arbitraria.*
6. *Fundo legato accedunt quoque sterquilinium & stramenta.*
7. *Vino legato, vasa tantùm cedunt.*
8. *Vendito vino, non dolia sed tantùm vasa emptorem sequuntur.*
9. *Differentia inter vinum venditum & legatum circa vasa an valeat.*

10. *Con-*

10. *Conditio impossibilis contractum vitiat, non autem legatum.*
11. *Contractus plenè, plenius testamenta, plenissimè beneficia sunt interpretanda.*
12. *Delicta non debent manere impunita.*
13. *Favor maior minorem supprimit.*
14. *Vocabulum*, plenius, *hoc loco positum, benignius est interpretandum.*

SVPRA in *lib.10.* dictum est, Paulum in *lib.3.* ad Sabinum *de bon poss.* tractasse, dicemus nō ineptè in *eod* quoq; *lib. de usufr.* & aliis rebus legatis egisse, ut patet ex inscriptione *l.2.l.5.l.9 l 15 ff. de usu & habitatione l.3.l.5.ff.de usu & usufr.legat.* Nam quoties secundū testamentū bonorum possessio decernitur & legata omnia in testamēto disposita salva cōservantur, ita ut eo quoq; casu & volūtatis quæstioni & interpretationi locus sit, cùm aliàs prætor contra tabulas bonorū possessionē concedens, soleat quibusdā personis legata conservare. *l.1.& tot.tit.ff.de leg.conservand.* Primo *d.l.3.ff.de usufr.& hab.* conjungēda est cū *l.præ-*
1 *cedenti.* Quæstio hæc est, cui dom⁹ usus † relictus est, cùm possit ibi cum familia habitare, an etiam liberi hospites, & inquilini & clientes possint recipi? Vlp. *in d.l.2* Excelsi, Tuberonis & Labeonis sententia receptum esse respondet in libertis, hospite & inquilino, etiamsi usus non admittat fructum, *§.1.instit.de usu & habitat.* & recipere libertū, hospitē vel inquilinum videatur aliquo

modo

nodo fructus esse, id est, voluptatis vel utilitatis, ion necessitatis. His addit Paul. *in d. l. 3. cliente.* uia in testamentis plenius voluntatẽ testantiũ nterpretamur. *in l. 4. ff. eod.* Vlp. quærit, Anne u- tor † cum marito & socero possit habitare. Ex 2
Pompon. sententia utrumq; affirmat. subjicit ex *b. 3.* Paul. ad Sabinum, quod etiam socer cum † 3
uru possit habitare: quoniam vir unà sit, id est, na persona cum viro censetur. Quid ergo si narito aliarum rerũ usus relictus sit? His quoque unà uxor utetur. *d. l. 9. ff eod.* Neq; is, cui fundi usus legatus est, saltem eo tempore, ubi necessitas urget, partem fructuũ capiet: sed poterit ex æno & frumento terra separato, tantum, quantum in annum sufficere existimat, capere, licèt nediocris prædii fructus eo modo consumatur, *l. fundi 15. ff. eod.* plura exempla refert Vlp. *n l. plenum. ff. eod.* Ratio, cur hæc extensio admittatur, est favor ultimæ voluntatis, qui ampliari debet. Ideoque ex hoc jure Regula depompta est, in testamentis plenius voluntatem esse interpretandam. Nec pugnat cum *ea 9. supra hoc tit.* quod minimum † sequi opor- 4
tcat in dubiis. Diligenter enim respiciendum st, ex quo jure Regula sumatur, *l. 1.* & quæ ibi icta sunt, *supra h. tit. d. l. 9.* Sumta est ex juris parte, ubi de volũtate disponente quæstio agitatur. Hæc l. depromta est ex rerum legatarum secundùm voluntatem, nõ obscura interpretatione. i obscurum sit. An quid vel quænam res legata

sit,

ſit ſequemur, quod minimum, *d.l 9.&* quæ ibi dicta ſunt. Siquidem conſtet de re legata, ſed modo qualitate utēdi aliisq; adjunctis dubium ſit, quæ & qualia teſtator intellexerit, tunc plenius hæc non ita ſtrictè, ut in contractibus, interpretatio fieri debet, ac legi noſtrę locus erit. in hoc, id eſt, teſtamenta à contractib. differunt, ne ita ſtrictè interpretentur per ll. ſupra allegatas, *l. noſtram l. Titiæ rectores. ff. de legat. 1.* Sed in contractibus regulariter ita ſtrictè interpretamur, ne jure contractus veniat aliquid ultra id, quod expreſsè dictum eſt. *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obl.* Licèt officio judicis, quia aut actio
5 eſt † bonæ fidei, aut arbitraria, quandoque ampliari poſſit circa circumſtantias rei promiſſæ, puta ut fructus accedat, intereſſe præſtetur, vel uſuræ luantur, §. *in bonæ fidei.* §. *præterea. inſtit. de action. tot. tit. inſtit. de off. iudicis.* Quinimò tunc quoque facilius contra actorem pro reo interpretatio fieri debet, *C. actori. hoc tit. in 6. l. cum creditor ff. de furti.* Sed in legatis potius interpretanda contra heredem pro legatario, licèt hic actor ſit, ille videlicet reus, *d. l. 1. & 2. Cod. com. de legat. l. 1. l. 4 l. 6. C. de verb. & rer. ſignif.* Quod verò ad plenitudinem interpretationis, facienda circa res relictas, vel in obligationem deductas, paritas eſt teſtamentorū & contractuū, & ibi *l. 9 ſ. h.*
6 *tit.* ceſſat. Nam ſicut fundo legato † accedunt ſterquilinium & ſtramenta. Ita quoque fundo vendito, *l. fundi. 17. §. 1. ff de act. emt.* ubi plura exempl.

empla. Et sicut vino † legato tantùm cedunt vasa, quæ ita diffusa sunt, ut non ad perpetuum usum reservarentur, veluti amphoræ & cadi, non etiā dolia, *l.3 §.1 l.uno. 14. ff. de trit. vin. vel oleo legato.* Ita quoq; vino vendito † non dolia, sed tantùm vasa in quibus vina diffusa servamus, emtorem sequuntur, *l. pen. vers. illud ff eod* Ex quibus gl. & aliorum interpretationes facilè deprehenduntur, qui plenius de pleno opponunt, quasi plena in contractibus, plenior in testamentis, plenissima in beneficiis interpretatio sit facienda. Primum enim, ut nunc demonstratum est, falsum est argumentum gl. quæ statuit differentiam inter vinum † emtum & legatum 9
circa vasa. Nec juvat eam *l. 1. § licet. ff. de peric. & commod. rei vend.* non enim de vasis diffusis, sed doliis loquitur, q̃ perpetuò, ut ibi sint, habentur, *l. vin. tria. ff. de verb. sig. l. 6. ff. de trit. vin leg.* Nec secundum eam juvat, dum dicit, dominium legatorum, ipso jure ad legatarium à tempore mortis transire, *l 1. C. communia de leg.* non autem ex contractibus ante traditionem, *l servum. C. de rei vend. l. traditione. C. de pact.* Quod sane non ex interpretatione voluntatis, sed ex *l. 12. tab. § leg. tit. de dom. & re. acqui. in frag.* Vlp. *l. verba legis. ff. de verb signif. d. l. 1.* Ejusdem farinæ est, quod de impossibili conditione ex *l. ab omnibus. §. etiam. ff. de legat. 1. & l. liber homo. ff. de verb. obl. §. sit impossibilis. instit. de inutili. stipulat. l. ea quæ. 135. ff. hoc titul,* quod impossibilis † conditio contractum viti- 10

 et, non

et, non autem legatum. Nam illud similiter non fuit plenior voluntatis interpretatio, sed media ratio *l. 1. ff. de condit. instit.* Sic etiam malè adducit *l. 1. Codic. de instit. & substitut.* Quidam ita filiam heredem scripsit; *Si Titio nupserit.* Si Titius recusat nuptias, an vitiata erit institutio? Minimè. Sed cur? Non ut gl. existimat ex voluntatis pleniore interpretatione, sed quia conditio impleta habetur, si non steterit per eum, cui imposita fuit. *l. in omnibus. 39. l. qui potest. 174. l. in iure. 101. infra hoc tit. l. 8. ff. de bono. poss.* Similiter falsum est, legatum in plenum heredis arbitrium conferri posse, non etiam pretium emtionis. Hæc falsitas apparet ex *l. senatus. § legatum. ff. de legat. 1.* quoniam tantùm in heredes, tanquam boni viri arbitrium non plenum, sed æquitati conveniens, conferre permittitur, quod etiam in emptione & venditione receptum est. *§. 1. vers. tunc omnino. instit. de empt. & vend.* Reliqua per sese facilè apparent. Quam igitur suspectæ veritatis sit illud pervulgatum Dd. de quo Decius hic *n. 5.* post gl. & Bart. *in l. liberorum. ff. de verb. signif.* axioma hinc extructum, nempe † contractus,
31 plenè, pleniùs testamenta, plenissimè beneficia interpretanda, plusquam manifestum evadit. Nec juvat eos *c. cum dilecti. ext. de donat.* quia illud ex hoc interpretationis errore originem cepit, vel interpretari potest de interpretatione æquitatis circa firmitatem con-

tractu

tractus, vel rei qualitatem, quasi facilius aliquid in testamentis præter voluntatem in re expressè relicta, ex bono & æquo interpretari liceat, quàm in contractibus: longè verò facilius in beneficiis, ita ut facilius jura scripta cedant beneficiis & testamentis, quàm contractibus. Idque videtur casui *d cap. cum dilecti.* responde-re, cujus decisioni, tanquam ratio, subjicitur. Sed huic refragari videtur *l. prospexit. ff. de quibus mod. signifi. a.* ubi libertas data impeditur propter legem scriptam, etiamsi sit summum beneficium, *leg. libertas infra hoc titul.* Verùm ibi versatur Reipubl. commodum, nempe ne de-
lícta † maneant impunita, *l. ita vulneratus. ff. ad* 12
l. Aquil. propter defectum probationis, unde
major favor † minorem supprimit. Non er- 13
gò ineptè Bart. *in leg. ex hac scriptura: vers. oppono. & in leg. ex facto. ff. de donation.* Vocabu-
lum † (*plenius*) in hac l. positum interpretatur be- 14
nignius.

LEX XIII. VLPIANVS LIB. XIX. ad Sabinum.

Non videtur cepisse, qui per exceptionem à petitione removetur.

LEX XV. PAVLVS LIB. IV. AD Sabinum.

Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.

SUMMARIA.

1. *Verbum, habere, dicitur duobus modis, & quomodo.*
2. *Aliquid aut actione reali, aut personali peti potest.*
3. *Dominium nihil commune cum petitione habet.*
4. *Minus est actionem habere, quàm rem.*
5. *Differentia verbi* capere & accipere, *est notanda.*

HANC legem non facilè poterimus intelligere, nisi conjungamus *l. 15. quia etiã. infr h. tit.* eamq; prius explicemus. Inscribitur autẽ *d. l. 15.* Paul. *lib. 4.* ad Sabin. Vnde intelligitur eam ex legatorum materia delibatam esse, maximè si conferatur cum inscriptione *l. si cui 52. ff de legat. 1. l. 48 51. 53 56 72. ff. eod. 3. leg. 4 l. 12. ff. de trit. vin. & oleo. l. 1. l. 3. l. 5. l. 9. ff. de peculio legat.*
1 Habere dicitur † duobus modis, altero jure dominii: altero obtinere sine interpellatione, *l. habere. 188. ff. de verb. sig. l. habere licere. l. stipulatio ista. ff. de verb. obl.* ideoque illud quisque apud se habere videtur quod actione petere potest, *l. id apud se. 143. ff. de verbor. signif. l. rem in bonis. ff. de acquirend. rer. dom.*
2 Aut enim actione reali † aut personali peter possu-

possumus. Si reali, præsupponimus causam do-
minii, *§. omnium cum seqq. instit. de act. l. 1. 5. l. in rem
25. ff. de rei vend.* vel quasi *l. 1. ff. de publi. in rem acti. §.
namq. sicui. instit. de act.* Dominium autem in bo-
nis manet, etsi possessio sic apud alium, *d. l. in bo-
nis. l. bonorum 49 vers. in bonis. ff. de verbor. signif.* Cùm
nihil commune dominium † cum possessione 3
habeat, *l. naturaliter. §. 1. ff. de acquir. poss.* Si perso-
nali petere possumus, debetur nobis jure obli-
gationis vel quasi, *§. 1. instit. de oblig. §. sic itaque. in-
stit. de action.* Obligationes sive actionem civi-
lem persecutionem quamlibet, etiam honora-
riam vel extraordinariam producētes, cum nos
creditores constituant, *l. creditores. 10. cum seqq. ff.
de verb. signif.* in bonis nostris sunt, *d. l. bonorum
vers. bonorum.* Patrimoniumque augent. *l. 6.
C. fam. Hercisc. l. si nomen cum seq. l. cum emtore. ff. de
here. vel. act. vend.* Sicut contrà debita minuunt
bona debitoris, eiq; abesse videntur, cùm sint ęs
alienum, *leg. 2. & 4. ff. eod. d. l. 10. cum seqq. & l. 6. ff.
de verb. signif. l. si quis mandato ff. de negot gest.* Rectè
igitur dicitur qui actionem habet ad rem recu-
perandam, vel consequendam, ipsam rem ha-
bere videtur. Quod Paulus adeo verum existi-
mat, ut etiam ad legata rerum pertinere di-
xerit. Hic pro legato vindicationis olim habeat
rei vindicationem, quia statim à morte defun-
cti incipiebat Dominus rei legatæ esse ex *l. 12 tab.
§. lege. tit. de domin. rer. & acq. 19. & tit. de legat. 24.
in frag. Vlpi.* Quod Iustinianus postea ad legata

quoq; damnationis servandi modo & per præceptione relicta (quæ olim sola actione ex testamēto peti poterant *d. tit. 24.*) exporrexit, ut hodie liberum sit, vel actione ex testamēto, vel hypothecaria, vel etiam rei vendicatione uti, *l. 8 C. communia de leg.* Quacunq; autē actione agatur, semper legatarius vel jure dominii, vel obligationis ex aditione natæ ad se pertinere, vel sibi deberi contendit. Hinc fit, ut etiam hæc regula ad interdicta extendatur, cùm magna etiā utilitas patrimonio nostro ex petitione accedat, *l. quæstio. ff. de verb. sig.* ejusq; obligatio nobis debita in domino sit, *d. l. 10. cum seqq* Hinc Vlp. *in l si quis. 17. ff. de acquir poss* si quis vi, inquit, de possessione dejectus sit, perinde habere debet, ac si possidēret, cùm interdictio unde vi, recuperandæ petitionis facultatem habeat. Sed nec is re sua care-
4 re videtur qui restitutionem integram habet. *l. nemo. ff. de restit. in integ.* Nec huic obstat *l. minus. 20. 4. supra hoc titul.* Minus est † actionem habere quàm rem. Quod verum est, si præsens commodum vel petitionis onus respiciamus. Etenim si res nostra bona fide ab alio possideatur, ex justa causa, non nobis, sed possessori fructus cedunt. §. *si quis autem non domino. instit. de rer. divis. l. bonæ fidei. ff. de acquirend. re. dom.* quo verò ad petitionem sive in rem acturi dominii probatio *d. leg. in rem. 23. leg. doc. ancillam. l. seq. l. indicia. l. fin. Cod. de rei vendic.* Si personalis obligatio-

ligationis documentum nobis incumbit *l. qui accusare. ubi Iason. Cod. de edendo. l. 2. ff. de probation. l. sive. Cod. eod* & hoc est, quod *in d. l. minus*. Pomponius notare voluit. Quod etiam respexit Cajus *in l. 15. §. qui destinavit. ff. de rei vendic.* commodius esse, ut nos possessionem defendamus, & aliquo interdicto adversarium petere cogamus. Porrò hæc ita vera sunt, videlicet habere ac cepisse, ut dicamur, quoties nobis aliquid jure actionis debetur, modo nulla exceptio perpetua à petitione nos repellat. *d. l. creditores. 10. cum seqq.* Cujusmodi est exceptio, quæ nascitur ex pacto de non petendo, transactione, re judicata, præscriptione, &c. *l. 3. ff. de except. leg. si pactum. 6. Cod. eod. l. 7. & l. si mater. 11. ff. de except. rei iud. §. 1. institut. de perpet. & tempor. actio.* Quare si exceptione creditor repelli possit, sive legatarius sit, sive quilibet alius, non diceretur rem habere aut cepisse, idque Vlp. *in hac l.* innuit, quæ desumta est ex tractatu *de legatis*, ut constat ex collatione inscriptionis *l. 28. l. 30. l. 32. ff. de legat. 1. l. 1.* (ubi etiam in dote prælegata aliquot exempla ponit, huic rei accommodata) *ff. de dot. prælegat. l. 4. ff. quan. dies leg.* Quæ etiam ex *lib. 19.* Vlp. ad Sabinum desumptæ sunt. Vbi notanda est differentia verbi † capere & accipere, ex *l. aliud est capere. 71 ff. de verb. sig.* 5
Capere est cum effectu accipere. Accipere verò, etsi quis ita non acceperit, ut habeat: Ergo sicut is non censetur cepisse id, quod etiam est restitu-

tuturus. *d. l. aliud est capere.* ita quoque neque is habere aut accepisse dicitur, cujus actio elidi potest, *l. qui concubinam. 29. §. cum ita legatum esset. ff. de legat. 3.* Sic si conditio fuerit legato adjecta, quæ mortuo legatario extitit, heres legatarii nihil legati nomine cepisse dicitur, quia exceptione repellitur, *l. 4 ff. quan. d. l. ced.* Item si legatũ in testamento scriptum consultò fuerit à testatore deletum, nihil dicetur pervenisse, quia actio ex testamento legatario inutilis est ventura, *l. 1. ff. de his quæ in testamento delentur.* Quod etiam in legatis ademtis procedit, *l. 3. l. cum serv. l. ex parte. ff. de adim. legat.* Item si ita legatum esset, quanta pecunia ex testamento Titii ad me pervenerit tantũ pecuniẹ Seiæ heredi meo dato, non debebitur illud, ꝓpter quod heres heredis, vel ipse heres primus occasione hereditatis Titii damnatus fuerit, *d. l. qui concubinam. §. cum ita*, Similiter is, qui coactus est, hereditatẽ adire, quam alteri restituere tenetur, etsi accepisse dici possit, non tamẽ cepisse, *l. 1. §. quanquam. l. quia poterat. ff. ad SC. Treb.* Cui concordat *l. non videtur cepisse, infra h. tit. l. non videtur. 24. ff. de acquirend. poss l 3. ff. de act. emp. l. 4. §. Tunc. ff. de usucap. l. mulieris. §. desinere. ff. de verb. significat.* Hæc igitur regulæ exceptio seu declaratio, *leg. 15. hoc titulo.*

LEX

LEX XIV. POMPONIUS LIB. V. ad Sabinum.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.

SUMMARIA.

1. *Legata quando deberi incipiunt.*
2. *Diſtinctio legatorum quæ.*
3. *Legata purè data, ſtatim à teſtatoris morte legatario debentur.*
4. *Conſtituere eſt diem ſolutionis dicere vel deſignare.*
5. *Dies ſolutionis expreſſè adiectus, an pro homine interpellat.*

IN *l b.* ad Sabin. *5.* tractaſſe Pompon. *de uſufr. l gato* demonſtratum eſt *in l.11.* Queſtioniseſt, quãdo legata † incipiant deberi? Reſpon. quãdo dies eorum ceſſerit, qui ſi etiam venerit, ſimul peti poterũt. Diſtinguẽda † autẽ ſunt legata purè relicta, à legatis ſub cõditione, vel in diẽ. Legata purè data † ſtatim à morte teſtatoris ei debentur & peti poſſunt, modo eadem die hereditatis adeatur. Adeò ut ſi heres in mora ſit, circa aditionem, nihil noceatur legatario, ſed periculum ad heredem pertinebit, *l. 7 ff. quando dies legati. l. ſi dies 21. ff. eod.* ſi verò in diem relictum ſit, ſtatim quidem debetur à die mortis, non tamen venit dies, ut peti poſſit, antequam

(margin numbers: 1 beside "quãdo legata … quã-", 2 beside "mul peti poterũt …", 3 beside "Legata purè data …")

extiterit dies, *d.l.si dies.21.* conditionalium legatorum dies non antecedit,neque venit,quàm si conditio extat, §. *fin. instit. de leg.l.1.2.4. d.l.7.d.l. si dies. ff. quando. dies leg. ced.* eadem quoque distinctio in stipulationibus obtinet, nec non aliis contractibus. *l. cedere diem. ff. de verb. signif.* §. *omnis.cum aliquot seqq.* ubi Mynsinger. Wesemb. Schneidw.& alii latè *institut.de verb.oblig.* Hinc igitur permaneat illa regula, in omnibus obligationibus, &c. Quanquam verò hæc ita jure verissima sint, ne tamen heres, eadem die, qua adit, statim neglectis aliis cogatur legati solutionem facere, nec creditor statim cũ sacco adsit: placuit ex necessitate rei tantum temporis concedere, tantumque spatii dari,quo expediri possit solutio,*l.quod dicimus. ff.de sol.l.1.*§. *ita si ita. vers.& quod dixi:ff.ad l.falcid.*§.*ult.instit.ff. de inutil. stipul.* Quinimò interdũ ipse contractus quandam dilationem naturę in se habet:puta,si constituta sit pecunia, non adjecta certa die, quia tunc ad minimum 10.dies dilationis: Ergò cõplectitur tacitè. *l.promiss ff.de const.pec.* quod etiam ipsum contractus nomen arguit: cùm con-
4 stituere † nihil aliud sit, quàm diem solutionis dicere vel designare.Vnde illud est,ad diem cõstitutum venire vel solvere; ad locum constitutum portare;ad horam cõstitutam transire.Sed si dictum sit, in diebus faciam, vel solvem, si id extra constitutum fiat, spatium duorum dierum conceditur, *l.inter illam. 217. ff.de verb. oblig.*

Quæstio

Quæstio hic occurrit, an dies † solutionis expressè adjectus interpellet pro homine, sed de ea infrà. potest etiam videri Mynſ. *obſ. 95. cent. 5.* 5

LEX XVI. VLPIANVS LIB. XXI. ad Sabinum.

Imaginaria venditio non eſt pretio accedente.

SUMMARIA.

1. *Venditio imaginaria quæ: hæc duplex eſt.* numero ſecundo.
3. *Plus valet id, quod actum eſt, quàm quod ſimulatè concipitur.*
4. *Pretium eſt eſſentiale requiſitum emtionis & venditionis.*
5. *Forma eſſentiali deficiente, deficit quoque formatum effectum.*
6. *Imaginaria venditio æquiparatur emtioni & venditioni: hæc in quibus locum habet.* num. 7.
8. *Initium contractus inſpici debet, non exitium.*
9. *Emtori decepto quando & quomodo ſuccurrendum erit.*
10. *Diverſitas in emtore & venditore quæ.*
11. *Exceptio eſt de regula, eamque confirmat in caſibus non exceptis.*
12. *Quid iuris, ſi nulla fraus emtoris intervenerit, ſucceſſerit tamen venditoris fraus.*

13. *Æquiſ*

13. *Æquitatis eadem ratio, idem ius in pari causa desiderat.*

14. *In dubio semper id, quod æquius ac mitius est, sequi debemus.*

DUPLEX hujus legis inscriptio legitur vulgò, Paul. *lib. 21.* ad Sabinum, sed eam falsam esse, arguit tabula Iurisconsultorum pandectis prefixa, in qua tantum *16 lib.* Pauli ad Sabin. numerantur. Rectiùs Florent. inscriptio (Vlp. *lib. 21.* ad Sabin.) habet, in quo de liberalitatis contractibus & manumissionibus in testamento, nec non de mortis causa donatione, aliisque similibus tractavit, ut monet collatio inscriptionis, *l. 3. ff. de statu lib. l. 30. ff. de mortis causa. don.* ac aliarum plurium sub titul. *de legat. 1.* si servus suis nummis ematur libertatis dandæ gratia, etiamsi emtor supersedeat manumittere: ipso tamen jure ex epistola divorum fratrum ad Vrbium Maximum in libertatem provocat, quia ex emtoris imaginaria est venditio, quia nihil de suo addidit, sed solummodò nomen suum emtioni accommodavit, sive pecunia illa ab ipso amico, vel alio quolibet, sive etiam repromissione interveniente, sive etiam à non venditore proficiscatur. *l. 4. in pr. ff. de manumiss.* Cæterùm si de suo impendit, nulla interveniẽte repromissione, vel donationis animo, quia ampliùs non est imaginaria venditio, locus non est epistolæ DD. fratrum, *d. l. 4. §. 1.* Hinc quæritur,

tur, quæ sit † imaginaria vēditio, vel non. Imaginaria † venditio dupliciter in jure nostro accipitur. I. Si emtor nudum accommodet nomen, nec pretium de suo intercedat. II. Si nullum intercedat pretium. Vtraque regulariter non valeat, ut inde actio emti & venditi detur. Prior ideò non valet, quia plus valet id quod actū est, quàm quod simulatè cōcipitur. *l. pen. C. de his quæ vi metusve causa.* & in contractib. rei veritas potiùs perspici debet, quàm quod simulatè agitur. *l. 1. C. plus valet, quod agitur.* ideoque si quis per uxorem emerit, ut ipse habeat, etiamsi ipse emit, sed sub nomine uxoris actus simulatus rei substantiam non mutabit, *l. 2. l. 4. C. eod.* vel si quis depositarius pecunia tua apud se deposita emat fundum, vel mancipia, nihil tibi quæsitum erit, licèt ille nō pretium, sed nomen saltem accommodaverit, *l. si ex ea pecunia. C. de rei vendic.* Nec recipit *l. si ut proponis. 8. C. eod.* Vbi res ex pecunia militis emta utiliter vindicari potest à domino pretii. Nam hoc speciale est in milite propter favorem, ad quem rescriptum editum est, sicut etiam in pupillo. *l. 3. C. arbit. & tut.* propter ætatis defectum captionem ducentem. Secundo modo non tantùm non valet, licèt aliquando actionem producat inter contrahentes, sed etiam ut nullam aliam cōtractus speciem efficiat, *l. si quis donationis. 38. l. nuda. 55. ff. de contr. empt. l. 3. C. eod.* quia pretium † est essentiale requisitum emtionis & venditionis, §. 1. §. 3

item

item pretium. instit. de emt. & vend. quo deficiente
5 tanquā forma † sua essentiali, formatum quoq; deficiet effectum. Vnde *in d. l. nuda.* imagina-
6 ria venditio † æquiparatur emtioni & venditioni nudæ, hoc est, quæ sine consensu contracta est. Alium contractum ideo non producit, quia emere & vendere contrahentes voluêre, licèt per consequentiam donare intenderit. *l. cum in venditione. 36. ff. de contrah. empt.* sicut ille non censetur codicillos facere, qui testamentum facere se existimat. *l. non codicillos. C. de testament.* Excipiuntur autem 3. casus, in quib. ima-
7 ginaria † venditio subsistit. Primò, si venditio manumissionis gratia nuda nominis accommodatione contrahatur, *d. l. 4.* Secundò, si olim per imaginariam venditionem filius emancipabatur, *l. fin. C. de emanc.* vel in adoptione dabatur. *l. cum in adoptionib. & l. fin. C. de adopt.* & denique, si per æs & libram fiebat testamentū. *§. 1. vers. at cessit. inst. de test. ord.* Vt igitur vera venditio ab imaginaria discernatur, pretium inspiciendum est, & videndum, an nullum interveniat vel imaginarium, puta unus nummus, *d. l. cum in venditionib.* an verò interveniens pretium aliunde proficiscatur sub nomine accommodato. Si verum interveniat pretium, licèt majus minusve sit, quàm res postulat, nomine nullo accommodato, aut ficto. Regula hæc obtinet, imaginariam scilicet conditionem nō esse pretio accedente. Et hoc necesse est, ut ab initio interveniat,

veniat, cùm interventum ſtatim per pactum poſſit remitti, nec propterea deſinat venditio eſſe, etiamſi donandi animo remittatur, *l tanti. C de contrah. emt.* ſicut etiam locatio & conductio obtinuit *l. ſi. ut emtio. ff. locati* quoniam initium † in contractibus non exitium inſpicimus, *l. 1. §. ſi quis ſervum. §. ſeqq. ff depoſitu.* ſicut etiam accidit in alia emtionis ſpecie. Nam ut diſcernatur à permutatione, neceſſarium eſt, ut pretium conſtituatur innumerata pecunia. *d. §. 1. d. §. item pretium. de emtor. & vendit.* Attamen ſolutio fieri poteſt in aliis rebus, volente creditore, rato manente contractu. *l. pretium. Codic. de reſcind. vendit.* obiter autem hic notandum eſt, ſi res minori pretio ſit vendita, non præſumi, quatenus excedit, donatum eſſe: ſed ultra dimidium juſti pretii fuerit dari beneficium. *l. 2. Codic. de reſcind. vendition. & c. 3. extr. de emt. & vendit.* ut aut contractus reſolvatur, aut, quod etiam vero pretio deeſt, ſuppleatur. *dict. leg. 2.* Coſtal. *in l. ſi quis donaturus. ff. de contrah. emption.* Et hoc omnes in venditore concedunt, † An verò emtori decepto ſuccurrendum ſit, controvertitur. Communis opinio tenet, cùm eadem ſit ratio in emtore, quæ in venditore, deceptum emtorem audiendum eſſe. Accedit argumentum ab æqualitate pretii & rei, & quod naturaliter liceat æquè circumvenire emtorem in pretio, ſi non nimium excedat juſtam æſtimationem, ſicut

8 9

cut etiam venditorem, *l. in causa.16.§.idem Pompon ff.de minor.* Ergò ſicut venditor circumventus ultra dimidium, *d. l. 2.* beneficio utitur: ita quoque non denegabitur emtori circumvento. Præterea ſicut naturalis ratio *l. nam. hoc natur. ff. de condict. indebiti.* ex parte venditoris huic beneficio locum facit: ita quoque faciet ex parte emtoris, cùm generalis ſit. Baptiſta autem Vilalop. *communium opin.lib.littera L.n.104.* Didacus Covar.*lib.2.vari.reſol.cap.3.n. 8.* Mynſing. *obſ. 73.cent.4. & ind.§ item pretium.nu.4.* Fac. *l.6.C.ſolut.matrim.* Ab hac ſententia recedit Cuiac. *obſ. 18.lib.16.* ſecutus Carolum Molynæum *in repeti-*
10 *tione d.l.2.* prætor dicit diverſam eſſe † rationem in emtore,& venditore,hunc cogi neceſſitate,ut vendat, illum voluptate: hunc vendere, ut rem minuat, illum ut augeat emere: in hoc dolum non poſſe intervenire, illum inhiare rebus alienis,&affectu ſępè duci ad res alienas obtinendas. Ergò ſibi imputabit, quod inhiaverit rebus alienis. Vnde dicit,nullã legem exprimi, quod emtori circumvento ſuccurratur,unde ſequeretur, cùm Iuriſconſultus erubeſcat ſine lege loqui,non oportere extendi ad emtorem. Tertiò aſſerit, minori circumvento dari reſtitutionem in integrum propter ætatis beneficium. *l.pater.§.prædium.ff. de minor. l. ſiquidem 11. Cod. de præd. minor.* nec non ſpecialiter marito in æſtimatione dotis circumſcripto, ne ultra juſtam teneatur æſtimationem.*d.l.6.C ſolut*

vto matrim. quia non eſt ſimplex emtio, ſed ob auſam celebrata. Cujus argumenti vis eſt, ſci- icet ſi hi ſpecialiter juvantur, alii extra hos ca- us non juvantur, cùm exceptio ſit † de regula, 11 x cõfirmet regulã in caſib. non exceptis. Quar- ò dicit, circa dimidiũ juſti pretii non poſſe pa- itatẽ eſſe inter emtorem & vẽditorem, quia *in l. 2.* cõſideratur ita, ne dimidia pars juſti pretii oluta ſit. Niſi ergò plus duplo res vendita fue- it, dici non poterit, emtorem ultra dimidium uſti pretii circumſcriptum. Attamen Accurſ. limidium pretii non ad duplum, ſed tertiam ortionem refert: nempè ſi 16. venditus ſit fun- lus, qui 10. valebat. Exiſtimo autem com- nunem opinionem propter evidentem æqui- atem & correlativorum naturam retinendam ſſe. Neque etiam ignotum eſt, etſi communes pinionés non ceſſitant, licitumq; ſit, ab iis re- idere, ubi evidens juris error apparet, ut notat Kirchovius *in præfat. ad communes concluſion.* à ſe collectas: Tamen ubi à recepta ſententia, quæ uis nititur rationibus, recedere velimus, opor- tet afferri neceſſarias ac omni exceptione ve- riores rationes: ſed ejusmodi Cuiac. adductę ra- tiones non ſunt. Nam perpetuò non eſt, quod venditor neceſſitate cogatur, cum etiam ſæpè ſint neceſſaria nobis comparanda, ne dicam propter neceſſitatem cõmerciorum, hunc con- tractum eſſe introductum. *l. 1 ff. de rer. permut. l. 1. ff. de contrah. emt.* Neque p rpetuum eſt, emto-

 rem in-

rem inhiare reb. alienis & affectu suo duci, quia si tantum emtio & venditio inventa esset, ut ea comparemus, quæ voluptuosa nobis videntur, ratio procederet. Sed falsum prius? Ergo & & posterius. Neque perpetuum est, venditorem rem suam velle minuere, cùm pretium succedat in locum rei, & sæpiùs non tantùm à mercatoribus, sed etiam aliis res suas distrahentibus, in hoc unicè incumbatur, ut rem suam meliorem faciant, cùm videant venditores majus sibi lucrum apportari ex pecunia pretii, quàm ex vendita, ne dicam eos interim studere, ut quanti plurimi nunquam possint, vendent. Cum ergò primum argumētorum genus ex contingentibus promptum sit, nihil contra receptam opinionem probabit. Quid ergò, si nulla fraus
12 † intervenerit ex parte emtoris, successerit verò ex parte venditoris? Meritò succurrimus decepto, ne lucrum venditor ex dolo suo accipiat. *l. nemo debet. infrà h. tit.* nec facto suo iniquā conditionem emtori inferat, contra regulam *l. non debet. 74. infr. h. t.* Ex quo secundum argumē-
13 tum eliditur, cùm æquitatis eadem ratio † idem jus in pari causa desideret, *c. 1. de allod in usib. Feud.* Nam & aliàs regulare est, ut quod in uno casu correlativo constitutum est, etiam ad alterum trahatur. *l. non possint. ff. de ll.* Quinimò leges Codicis rescriptas esse super casibus, prout inciderunt, non generaliter, ut casus nō expressos excludant, sed potiùs includant, manifestum est.

Licèt

Licèt igitur in Codice nullum tale rescriptum existat: attamen cōstat, decepto emtori in qualitatibus & circumstantiis rei subveniri. *l. 1. & toto tit. ff. de æd. l. edicto.* Adeò, ut si vana commendatione inductus, pluris rem emerit, quàm fecisset, si res ita commendata non fuisset, licèt non sit ultra dimidium justi pretii deceptus: actione tamen emti, quanti pluris emerit, agat. *l. Julianus. §. si venditor. ff. de act. empt.* Cur ergò nō dimidium læsus *d. l. 2.* remedio utetur? Rursus non obstat specialitas allegata, quia specialitas eò respicit, ut minor juvetur specialiter cōtractu rescisso, ne detur reo, venditori electio, utrū velit potius refundere, quod injustè acceperit, quàm à venditione recedere *d. l. pater. prædium.* sic ut etiam in marito contingit, cui ex *d. l. 6.* non detur electio, an velit ab æstimatione recedere, aut præstare tantùm justum pretium. Deinde specialitas in eo est, quod juventur maritus & minor, etiamsi non sint læsi ultra dimidium justi pretii. At verò beneficium *d. l. 2.* alternatim agere licet, ut electio sit rei, nec aliter competat, quàm si læsio excedat dimidium justi pretii. Specialitas igitur illa communem non impugnat. Ad ultimum respondetur: Etsi Accursius ita dimidium justi pretii ex parte emtoris consideret, puta si 16. venditus sit fundus, qui 10. valebat, communior tamen opinio ab eo recedit, & statuit, ex parte emptoris plus duplo justi pretii

 solutum

ſolutum eſſe oporteret, ut Mynſ. *d. obſ. 73.* latè, & *in d. §. item pretium, nu. 4. 5. & ſeqq.* Oldendorp. *claſ. 4. act. 1.* in dubio igitur cùm id, quod æquius
34 † ac mitius eſt, ſequi debeamus: *l. ſemper in obſcur. ſupr. in obſc. infr. h. tit. l. placuit. C. de iud.* huic communi ſententiæ ſtandum erit.

LEX XVII. VLPIANVS LIB. XXIII. ad Sabinum.

Cùm tempus in teſtamento adjicitur, credendum eſt, pro herede adjectum, niſi alia mēs fuerit teſtatoris; ſicuti in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adjicitur.

SUMMARIA.

1. *In omnibus obligationibus, in quibus dies poſitus non eſt, præſenti die debetur.*
2. *Legatum ab herede debitum præſtari debet.*
3. *Pro maiori huius legis declaratione quænam ſunt notanda.*
4. *Solutio an invito creditore fieri poſſit.*
5. *Conſignatio & depoſitio in ſolutione quando valet.*
6. *Æquiparatio temporis & loci quæ.*
7. *Vbi nulla eſt petitio, ibi mora eſſe nequit.*
8. *Dies ſi certa eſt, tunc depoſitio pecuniæ locum habet: ſecus ſi incerta erit dies.*
9. *Iura intacta conſervare melius eſt, quàm poſt vulneratam cauſam medicinam quærere.*

Pergit

PERGIT Vlpianus adhuc *in lib. 23.* ad Sabin. de interpretatione voluntatis & æquitatis, cũ in contractibus, tum etiam in testamẽtis observanda agere, *in l. 14. supr* Regula proposita est, in omnib. obligationibus in quibus † dies positus 1
non est, præsenti die deberi. Sed & legatum debitum est † ab herede plerunq; præstandum, *§.* 2
lega. inst. de leg. l. 36 ff. de leg. 2. l. legatum. 119. ff. de legat. 1. l. 1. C. de commu. legat. Ideoq; idem in legato obtinet. Ex quo illud efficitur, si dies adjectus fuerit, solutionẽ ejus differri, donec dies accedat. Qua occasione quæritur, (ut hæc lex ita sit declaratio *d. l. 14.*) in cujusgratiam dies cẽseatur adjecta. Resp. pro Reo, nõ pro actore adjectam videri, sive is debitor, sive heres sit. *l. natura. l. qui res. 18. §. mihi dari. ff. de solut. l. stipulat. ista. 38. §. inter cert ff. de verb. obl.* ut interim rei utilitatẽ capiat, *l. si ita relictũ 43. § pagasus. ff. de leg 2. l. in fideicom. 3. §. cum Polyd. ff. de usur. d. l. qui res § mihi dari.* & si velit, ante diem solvat. *l. cum quis. ff. de obl. & act. l. eum, qui. 41. § fin.* ubi Cuia. Duar. & Iason. *ff. de verb. obl.* pro majori declaratione † duo hic notãda sunt. 3
Primò: hanc regulã procedere, nisi mẽs disponentis vel contrahentium alia fuerit: nempè ut potiùs pro actore sit adjectum, secundũ Bart. *in d. l. eum, qui. 41. §. pen.* & Schneidw. *§. omnis. nu. 9. inst. de verb. obl.* Quod fit, si adjiciatur ut, cum incremento restituatur, vel detur, vel ut res cũ eo, quicquid ex ea re provenerit, solvatur. *d. l. in fideicommissis, §. cum Polydius. l. Iavolenus. 13. l. liberto,*

21. §. Largius Eutyptus. ff. de ann. legat. vel si alicui relinquatur, ut habeat, si ad eum diem pervenerit, quo se ipsum tueri potest per ætatem, quia & tunc actoris gratia dies adjectus esse censetur, ne solutio fieri possit ante pubertatis diem, *d. l. 3 §. cum Polydius. l. 3 §. idem dicendum. ff. de adim. legat.* idem est, si propter aliam utilitatem actoris dies adjiciatur, secundùm Dd. *hic & in d. l. eum qui. 41. §. pen.* Secundò, cum dies adjectus fuerit pro reo, ut liceat ante diem solvere, *d. l. qui res 18 §. mihi dari. l. legatis. §. cum dies. ff. de condit. & demonst. d. l. eum qui. §. pen* an invito creditore

4 † solutio fieri possit, hoc est, si creditor recuset ante diem pecuniam accipere, posset ne oblata & consignata deponi, ita ut periculum ad creditorem pertineat, liberatusque sit reus, juxta *l. obsignatione. C. de solut. l. acceptam. C. de usur. l. Iulianus. § offerri. ff. de actio. empt.* Quod negandum

5 videtur, Primò, quia ubi particularis solutio † offertur, ibi consignationi & depositioni locus non est, *d. l. obsignatione. l. tutor. §. Lucius Titius. ff. de usur.* sed temporis compendium cùm solutioni utilitatem afferat, efficit, ut pars sit solutionis. Vnde evenit, ut is qui ante tempus petit, incidat in pœnam plus petitionis, *§ plus autem. instit.*

6 *de actio.* Deinde tempus † ac locus æquiparantur. *l. vinum. §. 1. ff. si cert. pet.* sed obsignatione & depositione non aliter debiti liberatio contingit, quàm si solutio debito loco sit allata. *d. l. obsignatione.* Ergo nisi debito die offeratur, depositio-

positioni locus non erit. Tertiò, ubi nulla † petitio, ibi mora esse nequit. *l. nulla 88. infrà. h. tit.* Sed petitio non est ante diem evenientem. *d. § plus autem. l. cedere diem. ff. de verb. sign.* Si itaque oblatio introducta est, ut introducta est, ut moram impediat. *l. qui 10. 72. ff. de solut. l. sed etsi. 17. ff. de constitut. pecun. l. qui Romæ. 122. §. Flavius. ff. de verb. oblig. l. 1. & l. mora. ff. de usur.* Non etiam admittetur, quin prius mora ponatur, hoc est, dies extiterit, sed cùm certa dies pro homine interpellet, *l. magnam. C. de contr. stipul. l. traiectitia. ff. de obl. & act* communiter placuit, si in favorem rei adjecta fuerit dies, (quod semper factum esse præsumitur, donec contrarium probetur:) distingui oportere; An dies certa sit expressa, vel incerta. *d. l. stipulatio. §. inter certam. ff. de verb. oblig.* Si incerta, nequaquam poterit deponi, antequam evenerit; Ratio est, quia incerta dies cùm ex eventu conditionis dependeat, vel instar conditionis sit, quippe incertum est, an & quando evenerit unquam, antequam existat, obligationem non producit. *d. l. cedere diem. §. sub conditione. cum seqq. inst. de verb. obl. l. sufficit. ff. de condict. indeb.* Cuiac. *obs. 20. lib. 13.* Si verò certa † sit dies, omninò locus est depositioni, quia statim dari potest & periculum in mora esse, propter diem certum, pro homine interpellantem. *d. l. stipulat. ista. §. inter incertam. d. l. qui res. 18. §. mihi dari.* Non obstant, quæ objecta sunt. Nam quod de particulari solutione affer-

tur, adhuc inter Iurisconſultos controvertitur. Multi ſtatuunt, particularem ſolutionẽ admittendam, per *l. quidam exiſtimaverunt. ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* alii negant, per *d. l. obſignatione. & d. l. tutor. §. Lucius Titius.* Vnde ex incerto fundamento nihil certi concludi poteſt. Quinimò, quod compendium temporis ſit quaſi portio ſolutionis, hoc verum eſt ex parte rei, nõ actoris. Quia hoc emolumentum pro parte rei ſpecialiter introductum eſt, cùm pendente adhuc die & re, uti poterit, & fructus inde capere, cui, ſi velit, denunciare poterit. *argumento l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* Non etiam obſtat æquiparatio temporis & loci, cùm ea ſimiliter procedat in caſu incerto, de quo diximus aliud obtinere. Quinimò ſicut medium cedit ſolutioni: ita quoque locus intermedius, ſi aliqua ratio ſuadeat & locus in gratiam rei adjectus ſit. *l. eum qui l. certum capite. ff. de eo quod cert. loco.* Vnde nec hoc caſu differentia eſt, quoad oblationem inter diem & locum. Ad tertiam reſpondetur ex *d. l. magnam.* quod ipſa dies eveniẽs moram ſecum afferat. Si itaque melius eſt intacta †
9 jura conſervare, quàm poſt vulneratam cauſam medicinam q̃rere. *l. fin. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. nõ eſt nec.* meritò quoq; oblationi locus dabitur. Et hæc vera ſunt, quandiu in gratiam rei diem adjectũ eſſe conſtiterit. Si verò appareat, in gratiam actoris adjecta, juſtiſſimè dicetur, antequam dies illa eveniat, ut nec ſolutioni,

ita

ita quoque oblationi locum non esse, ut accedit in speciem *d. l. 3. §. cum Polydius. de usur. l. si ita 43. §. Pegasus l. Iavolenus eum qui. 15. d. l. liberto. 21. §. largius Eurypius* in tantum, ut si de facto admittatur, vel fiat, nihilominùs, si res sine culpa acceptoris perierit, dic veniente debeatur, secundùm gloss. *in d. l. stipulatio ista 38. §. inter incertam verb. incertamq;* Ias. ex autoritate Bart. *ibid. num.* . Quod verum existimo, quatenus actio competat, non tamen quo ad effectũ exactionis: modò actor aliquando acceperit, vel depositionem ratam habuerit, cùm fides bona non patiatur, ut idem bis exigatur, vel solvatur, *l. bona fides. infra h. tit.* Quod etiam in pupillo observare licet, de qua re *in §. tunc admonendi. cum seq. instit. quib. alia. bic vel non l. pupillo in fin. 15. & l. pupillo. 47. ff. de solut.*

LEX XVIII. POMPONIVS LIB. VI. ad Sabinum.

Quę legata mortuis nobis ad heredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus, aliter atque quod stipulati sumus, nam & sub conditione stipulantes, omnimodo eis adquirimus, etiam si liberatis nobis potestate domini conditio existat.

SUMMARIA.

1. *Differentia hac in lege inter legata & contractus dua sunt, & quanam.*
2. *Legata quot modis transmitti possunt.*
3. *Facta dividi non possunt nec debent.*
4. *Heres personam defuncti in omnibus sustinere debet.*
5. *Obligationes quacunque per status mutationem extinguntur.*
6. *Legatum quando fit caducum.*
7. *Conditio in contractibus existens, ad tempus contractus vel contrahitur.*
8. *Cui quid ex contractu sub conditione debetur, is pro creditore habetur.*
9. *In contractibus semper tempus contractus inspici debet.*

IN *lib.6.* ad Sabinum multa Pompon. de differentia & consensu legatorũ ac stipulationum disseruit, ut patet ex inscriptione *l 9. l.16. l.23. ff. de verb. obl.* Hactenus. *in l.9.13.14.15. 17.* aliquot convenientia, in quibus par ratio est legatorum & contractuum, tradita sunt: Subjiciuntur nunc in *hac l.* ex Pomponio (cui à nonnullis subjicitur *l. si filiusfam. 78. ff. de verb. oblig.* quæ tamen Vlpiani est, ne videri possit hujus responsi pars)
1 duæ † differentiæ. Prima differentia proponitur in his verbis: Quæ legata mortuis nobis ad heredem transeunt, eorũ commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu acqui-

quirimus (cujus redditio & alterum membrum in his verbis innuitur) aliter atque quod stipulati sumus. Quasi dicat, non ut eorum legatorum, quæcunq; ad heredem nostrum transmittimus, commodum per nos iis, quorum in potestate sumus, dominica vel propria eodem casu acquirimus, hoc est, statim ab eo momento, ubi nobis deberi incipiunt. *argumento l. placet. ff. de acq. hered.* ita quoq; stipulationes, quas in heredes transmittimus, semper patri & domino acquirimus: In legatis equidem perpetuum est, ut quæ possimus ad nostros transmittere heredes, statim etiã iis acquiramus, sub quorum potestate sumus. Transmitti † legata possunt purè vel in diẽ relicta, quia statim à morte defuncti dies cessit, h. e. debentur. *l. cedere diem. ff. de verb. sig. l. 1. si post diem. ff. quan. dies legatorum.* Licèt igitur antequam dies petitionis veniat, vel adeatur hereditas, à potestate liberemur: his tamen acquisitum erit, in cujus tempore mortis testatoris potestate fuimus, *d. l si post diem.* § *1.* Ratio est, quia etsi statim vita defuncti essemus, legatum ad heredem nostrum transmissum fuisset. Cæterùm nõ omnis stipulatio, quæ ad heredem transmittere potest patri vel domino statim acquiritur. Quęlibet stipulatio, sive in dando, sive faciendo consistat, ad heredem transit, adeo, ut licèt olim ex parte promissoris jus fuerit controversum: hodiè per *l. veteris, 13. C. de contr. & com. stip.* decisum: tamen ex parte stipulatoris semper 2

certum

certum fuerit singulos heredes ex facti stipula-
tione in solidum actionem habere *l. 2. §. Pompo-*
3 *nius ff. de verb. obl.* Cùm facta † dividi nequeant.
stipulationes non dividuntur. ff. eod. Cujusmodi e
via, iter, actus, fossa, fodi, insulam fabricari
Veruntamen has tantùm stipulationes iis, i
quorum potestate sumus, acquirimus, quæ dar
concernunt, vel juris autoritate quid exi
gunt, quas stipulationes juris vocamus: no
autem stipulati fuerimus facti, quia personæ sti
pulantes cohærent, *l. un. §. sin verò talis. C. de cadu*
toll. §. sed cum factum. instit. de servorum stipul. ubi ser
vus stipulatus est, sibi licere, ire, agere, quod a
dominum non extenditur. Quod genus stipu
lationum facti stipulationes nominari solent
Nec *d. §. sed cum factum*. Obstat *l. si communis. 17. ff*
de stip. serv. ubi ita stipulando domino acquirit
quod verum est de itinere juris, hoc est, servitu
te, non de itinere facti, ut liceat certo homini e
ire. Ejusdē generis est, si stipulator electionem
sibi exceperit, quam ad heredem quoq; trans-
mittit, si ipse, antequam vita defungeretur, non
elegerit. *l. si sit 75. §. ult. ff. de legat. 1. l. si stipulatus fue-*
rim. 76. ff. de verb. obl. Attamen si filiusfamil. ve
servus electionem exceperint, illis solis jus eli-
gendi erit, non etiā patri vel domino. Quia per-
sonalis est. *d. l. stipulatus fuerim. 76. l. ult. ff. de. verb.*
obl. adeo ut si non eligant à potestate, dimissi ips
facultatem eligendi habeant, sibiq; acquirant
aut si ante decesserint, vel in alterius potesta-
tem

em pervenerint, obligatio extinguatur, quod Cajus expreſsè *in d. l. ul. 1.* exemplo extranei aſſerit. Rationẽ ejus aſſignat Cujac. *in d. l. ſi ſtipulatus num. 76.* Ratio & hæc eſſe poteſt, quia naturale eſt, ipſiſque contractibus quaſi innatum, ut quicquid velim ad me pertinere, cùm in omnibus heres † defuncti perſonam ſuſtineat *l. nihil* 4
est aliud ff. de verb. ſig. Facit *d. l. veteris. Cod. de contra. ſtipul. § 1 & ſeqq. inſtit. de perpetuis & temp. act.* Sed non omnium negotiorum natura eſt, ut jure poteſtatis ad alium tranſeant, ſecundum Iaſon. *n. 6.* Secundùm Bart. *d. l. 76.* quod evincitur etiam inde, quod ſtricto jure per capitis diminutionem minimam vel ſtatus mutationem † om- 5
nes obligationes extinguantur, & opus ſit reſtitutione prætoria *l. 1 2. & ſeqq. de cap. minut.* Objicitur à Bartolo *in d. l. 76 l. ſi Pamphilo. ff de opt. leg. & l. ubro herede. §. ſi quid tamen. de acq. hered.* Ex quibus Bart. & poſt eum Iaſon. *ibid. num. 6. ver. ſucceſſivè* conatur evincere, diſpoſitionem *d. l. 76 & d. fin.* procedere, quamdiu filiusfam. vel ſervus in poteſtate permanſerint: Vbi verò alienatus ſervus vel uterq; manumiſſus, domini eſſe electionem. Sed illi differentiam hic traditam inter legata & obligationes ſeu ſtipulationes non obſervant. Allegatæ verò leges, ex quibus hanc diſtinctionem volunt elicere, loquuntur de optione legata. Ideoq; manumiſſi, & ſui juris effecti pro legatis ipſi electionem & actionem habent: Prima itaq; hinc differentia manifeſta: ſequitur altera

altera in versiculo. Nam & sub conditione stipulantes, ubi hoc traditur. Non sicut omnis stipulatio, quæ juris est, & de jure, sive ea pura sit & in diem, sive sub conditione in heredē transmittitur, & acquiritur his in quorum potestate sumus: ita quoq; quodlibet legatum indistinctè his acquirimus. Quia stipulationes conditionales statim & domino & patri sunt acquisitæ qui existente conditione actionem habent, sive servus & filius excesserint eorum potestatem & sui juris facti, sive perseveraverint *d. l. si filius fam. 78 ff. de verb. oblig. l. fin. ff. de stipul serv.* Nisi u supra dictum est, factum in stipulatione versetur. At verò legata sub conditione relicta, cùm eorum neque adhuc venerit, neque adhuc cesserit, sicut ad heredem non transeunt, *l. un. § cum igitur. Cod. de cad. toll. d. l. post diem in pr. & §. final.* cùm quoque parentibus & dominis jure potestatis non acquiruntur. *l. no*
6 *stra.* Qua de causa si filiusfam. † vel servus ante conditionis eventum moriantur, caducum fit legatum, aut si sui juris effecti, sibi acquirunt, non ei, in cujus potestate mortis tempore erant. *l. si uxor. Cod. de condit. inser. l. si usus fructus. 14. § final. ff. qui dies legat. cedat.* vel si in alterius potestatem pervenerint, huic quoqu acquirent, *d. l. si usufructus. 14. §. fin. d. l. fin. ff. de verb oblig.* Ratio differentiæ varia à Bartolo & Iasone ex veterum autoritate *in d. l. si filiusfam. 7.* assignatur. Cujac. *ibidem* aliquot refutat, al
feren

rens hanc veriorem esse, quia in legatis specta-
r tempus, quo conditio existit. *l. qua legata.*
de re iud. d. l. si usus fructus. in fin. in stipulationi-
us tantùm tempus contractus, *d. l. si filiusfam.*
si legati. ff. de pignor. l. potior. l. qui balneum. ff. qui
otior. sint pignor. Hinc conditio existens † in 7
ontractibus, retro trahitur ad tempus con-
actus, *d l. potior. §. 1.* non autem in legatis, id-
ue propterea, quia in legatis electa est persona
uæ si delato legato non existit, evanescit vo-
intas: Verùm in contractibus non tàm ipsam
ersonam contrahentem intuemur, quàm et-
m ejus posteritatem simul, quia & sibi, & suis
uisque consulere velit. Vnde omnes actio-
es civiles perpetuæ censentur & ad heredem
ansitoriæ, nisi specialiter exceptæ. *§. 1. insti-*
ut. de perpet & temp. act. Addit aliam Iason,
empè si retro traheretur legatio, conditio,
nedio tempore & heres & legatarius finge-
entur domini in solidum fuisse, quod na-
uræ refragatur: vel dicendum esset domini-
m fuisse in pendente, quod periculosum est.
ed idem in contractibus non contingit, cùm
nterim obligatio rei loco sit, dominium
erò apud debitorem. Hinc est, ut legata-
ius ante conditionem existentem creditoris
oco non habeatur, *leg. 1. §. bellissimè. vers. si*
ub conditionem. ff. ut legatorum nomin. cau. nec
anquam creditor in possessionem mittitur,
sed

ſed tanquam futurus legatarius, *d.l.1. & tot.tit.ff. in poſſ. legat. conſerv. cauſa eſſe lic.* Verùm cui ſu
8 conditione † debetur ex contractu, pro creditore habetur, *l.10. & ſeqq. ff. de verb. ſig.* Quod au-
9 tem dixi, inſpici in contractib. † tempus contractus, non pugnat cum *l. ſi rem meam. 31. & l. exiſtimo. 98. ff. de verb. obl. catera. ff. de legat. 1. l. exiſtimo. ff. de contra empt.* ubi requiritur, ut tempus conditionis cõvenientis inſpiciamus. Nam ſi tunc i ea cauſa ſit, ne valere poſſit, licèt tempore conventionis potuiſſet ſubſiſtere, corruit tamen Quod verum, atteſtante Iaſone, *in d.l. ſi filius fam. 78. n. 2.* quando de validitate & ſubſtantia cõtractus quæritur: Secus quo ad jus acquiſitionis de quo hactenus. Excipiuntur ab hoc ultim Regulæ parte ſtipulationes, quæ factum ipſiu filiifam. futurum concernunt, quia hæc poſt emancipationem ſecuto facto, filio proderunt non patri, cujus exemplum eſt *in l. quidam. 132. §. fin. ff. de verb. obl. & in l. ſi debitori. §. ult. ff. de fidei iuſſ.* Aliud eſt *in l. qui filium. ff. de hered. inſtit.* ub mandatum filiifam. conventione ipſa, ex qu formam capit. *l.7. §. quinimo. ff de pact. l.1. §. ſi mandavero. ff. depoſiti:* dilatum erat in tempus emancipationis. Aliud eſt *in l.5. ſi non remunerandi. 12. § ſi filiofam. mandavero. ff. mandat.* Plura apud Cujac. & Duar. *in d. l. ſi filiusfam. 78. gl. hic.*

LE.

LEX XIX. VLPIANVS LIB. XXIV. ad Sabinum.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus: heredi autem hoc imputari nõ potest, cùm non sponte cum legatariis contrahit.

SUMMARIA.

1. *An hodie pars usufructus ex legatis debeatur.*
2. *Solutio huic est facienda, cui actio competit.*
3. *Persona filii obligationi magis, quàm solutioni applicatur.*
4. *Vox filii dicitur vox patris.*
5. *Voluntas testatoris instar legis observari debet.*
6. *Officium diligentis patrisfamilias nos negligere non debemus.*
7. *Ignorantia facti non excusat.*
8. *Vocula, eius, de quo reo, an credendi seu contrahendi vel debendi, est interpretanda.*

LIB. 24. Ad Sabinum, unde hæc lex desumta est, Vlp. similiter de legatis & hereditate tractavit, ut argumento est inscriptio *l. 8. l. 14. §. quan. dies legat. ced. l. 50 ff. de legat. 1.* pertinet autem hæc lex, cujus duo sunt capita, ad quæstio-

nem *in d. leg. si usufr. filiofam.* legatario legatum solvat, rectè solvisse dicatur, ne patri ampliùs teneatur. Si expressa de hac re voluntas testatoris fuerit, illi stabitur, quia potiùs personæ legatarii, cujuscunque etiam sit conditionis, quàm patri quæsitum testator esse voluit.
1 Vnde & hodie patri ex ejusmodi legatis † ususfructus non debetur, *auth. excipitur. Cod. de bon. quæ lib. §. 1. nov. 117. ut hic matri & aviæ. coll. 8.* Cæterùm ubi testator nihil expresserit, videtur heredi imputare posse, si filiofamil. non patri ejus legatum solverit, per *d. l. si ususfructus 14. §. si ita quis.* à contrario sensu. Deinde ex contractibus ipsi potius patri actio, non filio quæsita erit, cùm tantùm paucissimas suo nomine actiones filiusfam. habeat, relatas *in l. filiusfam. 9. ff. de act. & oblig.* & quicquid filius acquirit, in nomine patris fit, ne momento videatur apud filiumfam. mansisse, *l. placet. ff. de acquirend. he-*
2 *red.* Sed illi solutio † facienda est, cui actio competit, si non solutionis gratia alia persona sit adjecta, *§. 1. ff. quib. mod. toll. oblig. l. stichum.*
3 *§. 4. ff. de solut.* Vnde cùm filii persona † obligationi magis, quàm solutioni applicetur, *l. eum quis. 56 §. qui sibi aut filio. ff. de verb. oblig.* minimè filiofam. solvi poterit, ut patris actio extinguatur. VERUM EST, quem filiofam. obligatum duos habere reos credendi, & filium & pa-
4 trem, cum vox filii † patris vox, & econtrà, sit, *§. ei verò. instit. de inutil. stipul.* Sed cùm actionem

nem ipse (filius) non habet, instar rei est, cujus obligatio infirma foret. Ideoque illi non rectè solvetur, quia reo stipulandi, qui promissorem non habet, obligatur, non rectè solvitur, *l. si duo rei. 128 ff. de verb. oblig.* Cæterùm etsi hæc in contractibus & stipulationibus vera sunt, non tamen in legatis observantur. Nam si specialiter filiofam. vel etiam suppresso hoc, quòd filiusfam. sit legatarius, legatum adscriptum à legatario solutũ fuerit, amplius à patre heres inquietari non debet. *d. l. si usufru. §. si ita.* Fecit enim quod testator voluit, cujus voluntas † instar legis, *§. disponat. nov. 22. de nupt.* observanda est *l. 1. C. de sacros. Eccles.* Deinde alia ratio est in contractibus, quàm in legatis. Heres ipse sibi legatarios non eligit, ac creditores constituit, ut possit scire eorũ statum ac conditionem, sed illi à testatore scribuntur & quasi coacti: per aditionem hereditatis cooperantur jure potiùs, quàm facto contrahit. *§. heres. instit. de obl. quæ ex quasi contract. nasc. l. mora. ff. de acq. hered.* Quin etiã voluntatem ac factum defuncti, quando repræsentare dicitur. *§. diutin. instit. de usu. leg. 2.* pro hac ratum habere tenetur *l. cum à matre. C. de rei vend.* Idq; innuit hic in verbis, cùm non spontè cum legatariis contrahat. Secus autem in contractibus, quib. nobis ipsi reos credendi accersimus, & omnia communicato quasi cõsilio agimus, ut si tunc dicere velimus, nos conditionẽ eorũ, cum quib. contraximus, ignorasse, crassæ ignorantiæ

5

ac supinæ negligentiæ nos reos esse, statueremus, quia diligentis patrisfam. † officium negleximus. Hinc illa promanat regula: Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet, &c. Ponitur itaque hic alia inter contractus & legata differentia. Nempe ex stipulationibus non rectè solvi filiofam. & servo, etiamsi eorum statum ignoraverimus, tempore contractus vel solutionis: rectè autem iis legata solvi. Item, justam posse ignorantiam heredis esse, tanquam alieni facti, per *l. fin. ff. pro suo*: circa conditionem, h. e. statum legatariorum, sed non justam rei debendi ex contractu: cùm sit quasi
7 proprii facti † ignorantia, quæ non excusat, *l. Regula. ff. de iur. & fact. ignor.* Potest ergo hic conditionem non pro personæ qualitate, puta, ætate, mentis sanitate, morum integritate, prout hic falsè fit ab Accurs. sed pro statu accipi oportere, ut eleganter Cujac. *observ. 36. lib 7* differit.
8 Deinde hic vocabulū, Ejus, non † est interpretandum de reo credendi, seu contrahendi, ut glos. facit, sed de reo debendi, ut analogiam inter heredem, & eum, cum quo contraximus, retineamus. Nam heres reus debendi est, ut apparet ex *d. §. heres*, quod similiter Cujac. *in d. observat. 36.* notavit, ubi plura exempla adducit, & glossæ allegata refutat.

§. I.

§. 1.

Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur.

SUMMARIA.

1. *Causa voluntatis defuncti potior est, quàm patriæ potestatis.*
2. *Regula huius* §. non solet, *cui noceat, vel non.*

ALTERUM hujus regulę axioma ad eandem quæstionem pertinet. Quid si ut legatum solvatur filiofam. expressè à testatore provisum fuerit, & filiusfam. petat legatum: an exceptione doli repelletur? Videbatur quod sic, quia cùm sciat patri per se quæsitam actionem, *d.l. filiusfam. ff. de act. & obl.* dolo facere videtur, quod legatum petat, cujus nomine non habeat actionem propriam, per *l. 1. in fin. l. 2. § si quis sine causa. ff. de doli mali excep.* Sed contrarium verius est, nēpe filiumfam. à petitione legati hac exceptione non repelli, cùm voluntas testatoris velit, cui omninò standum est *d. §. disponat. d. l. 1.* hinc solvi, etiamsi patri quæsita sit actio: Potior autem causa hic † est volũtatis defuncti, quàm patriæ potestatis. *d. l. usufr. §. si ita. §. seq.* Vnde promanāt hæc regula: non solet exceptio † doli nocere his, quib. voluntas testatoris non refragatur. At verò patri noceret exceptio doli hoc casu, à contrario sensu, cùm sibi refragantem habeat 1
2

 volun-

voluntatem testatoris. Cui subscribit ICtus apud Celsum ICtum, §.*prætereà.ff.de dol.mal.excep.* Exemplis plurib. illustrant hanc regulam Dec. & Ferrarius *hic.*

LEX XX. POMPONIUS LIB. VII. ad Sabinum.

Quotiens dubia interpretatio libertatis est, secundùm libertatem respondendum erit.

SUMMARIA.

1. *Vocabulum,* semper, *an idem, quod perpetuum, significet, & vim universalis affirmationis habeat.*
2. *Natura omnes homines liberos creavit.*
3. *In obscura manumittentis voluntate favendum est libertati.*
4. *Nemo invitus re sua carere cogitur.*
5. *Calamitas matris partui in utero adhuc existenti non nocere potest.*
6. *Statu liberi à reliquis servis an differant, & quomodo.*
7. *Legatum verum propter incertum nominis non vitiatur.*
8. *Libertas est una omnium, nec divisa aut separata videtur.*

In

IN *l. semper in obscuris. supra h. tit.* traditum est illud, legata & contractus commune habere, ut si quæstio sit de voluntatis conjectura, sequamur id, quod minimum est, Adeò ut etiã interdum nihil debere, pronunciari liceat, quod an in libertate etiam procedat, in dubium vocatur. Pro affirmativa facit generalis regula *d. l. semper* cum etiam vocabulum illud † (*semper*) hanc vim 1
habeat universalis affirmationis, & idem quod perpetuũ significet. Deinde idem Paul. *in l. cum ex pluribus 31. ff de manum. testamento* affirmare videtur: cùm ex pluribus, inquit, eodem nomine servis unus liber jussus non apparet, qui sit, nullus liber est. Sed diversum in libertatis quæstione placuit & à regula *d. l. semper*, recessum est, propter singularem libertatis favorem, quæ inæstimabilis censetur *l. libertas. infra h. tit.* Si enim natura nos omnes † liberos creavit, *§. 1. instit. de* 2
iur. person. Cur invidemus illi, qui errore suo vel malignitate majorum suorũ lapsus, & servituti subjectus, quoquo modo recuperat pristinã naturæ libertatẽ? Hinc igitur regula: Quotiẽs dubia interpretatio libertatis est, &c. Cui cõvenit & illud Pauli responsum *in l. in obscura. 179. inf. hoc. tit.* in obscura, inquit, volũtate † manumit- 3
tẽtis favẽdũ est libertati. Infinita hujus axiomatis exempla extant *in tit. ff. de fideicom. lib. tit. de stat. hom. tit. de stat. lib.* unum est *in l. si servus. 50 ff. de fideicom. lib.* ubi servus primo testamento libertate donatus, post in secundo testamento Titio legatus

tus est. Quæritur an per legatum Titii ademta sit libertas? etsi novissimæ scripturæ standum esset: ut cùm dubium hic sit, de testatoris voluntate, in obscuro pro libertate respondendum est, nec ademtam credendum; ita ut fidei Titii commendatum sit manumittere. Aliud est *in l. si debitor. ff. eod.* ubi creditor rogavit debitorem servum sibi pignori obligatum manumittere, quæritur, an fideicommissum valeat? Etsi inutile videatur, quoniam si alia res ita fidei sui domini esset commendata, utique inutile foret. Cùm nemo invitus † cogatur re sua
4 carere, *l. nec emere. C. de iur. delib.* utile tamen est libertatis fideicommissum, propter ejus favorem. Sic si quis dixerit, eum liberum fore, qui in utero est, si plures nascantur omnes liberi erunt, licèt testator, vel qui ita legem contractus dixerit, de uno senserit. *l. cum inter. C. de fideic. libert.* Ex hoc speciali favore promanat correctio veteris juris, de quo *in §. fin instit. de donat. & l. 1. C. ut ser. man.* Ex hoc favore profluit, ut
5 partui † qui adhuc in utero est, matris calamitas non noceat. *tit. inst. de ingen. l qui utero. ff. de stat.* Ex hac etiã D. Antonii Pii rescriptum originem cepit, de quo *in l. matris. 9. §. fin. ff. de pœn.* Pompon. ex Quint. Mutio *in leg. statu libert. 29 ff. de stat. libe.*
6 refert, statu liberos † à ceteris servis nõ differre, & ideo quod ad actiones vel ex debito venientes, vel ex negotio gesto pertinet, ejusdem conditionis esse statu liberos, cujus cæteri servi.

Et

Et ideò inquit in publicis quoque judiciis easdem pœnas patiuntur, quas cæteri servi. Quod hodie quoquo modo quidẽ obtinuit, sed posteà rescripto D.Pii emendatum est, ut ex *d.l.moru.§.fi* apparet, nempè ut statu liberi in delicto reperti, sperandæ libertatis prærogativa, non ut servi, ob ambiguum conditionis, sed ut liberi puniantur. *l.statu liberi.14.ff.de quæst.* Quæ leges hoc modo conciliari solent. Vera itaque in hac materia regula, modo vel fictio saltem aliqua, vel color aliquis locum habere possit, quo interpretatum sustineatur. Cæterùm ubi omnis interpretandi color deficit, regula cessat, sicut accidit in casu *d. l.cum pluribus.31.ff.de man.testam.* quia cum uterq; idem nomẽ habeat nec utrunque liberum voluerit testator, omnis color interpretandi deficiebat, jus sanè non deerat, sed probatio deficiebat. Ergo propter incertum probationis neutri debetur, ut in simili responsum est de tutore testamentario. *in l. si duo sunt Titij.ff de test.tut.* contra hanc responsionem objici potest *l. cum servus.39.* (in quibusdam etiam *apud Iulianum.40.*) *§.scio.ff. de legat.1.* ubi duos testator fundos ejusdem nominis legavit Cornelianum. Heres contendit minorem legatum, legatarius majorẽ: consultus Vlp. respondet, minorem dari. Item *l.3.§.& duobus ff.de adim. legat.* duobus Titiis testator legavit, uni ademit, incertum, cui ademtum sit, & quid pronũciandum sit, quæritur? Respon. Paulus utriq;

 (sic

(sic enim in Floren. exemplari legitur) quamvis vulgò legant *Neutri deberi*. Quod iterum pugnaret cum *l. si fuerint. in pr. ff. de reb. dub.* ubi dicitur ad emtionem in utrumque valere. Quæque tamen LL. ita conciliantur, ut *d. l. 3. §. si duob. leg.* quando separatim fuerit duobus legatum, ejus uti L. casus expresse conceptus est. Sed *d. l. si fuerit. 11. §. 1.* quando conjunctim. Nam præter casum utrumque legatum debetur, cùm conjectura sit utriusque amicitiam parem fuisse, & mendum in scriptura fuisse, ut contingit in conditionis adjectione, *l. 1. ff. de condition. & demonstr.* Hoc verò casu utrique legatum ademtum, nec heredem teneri, vel uni vel utrique aliquid præstare, nisi ultrò se solutioni offerat, cui tunc electio datur, cui potius solvere velit. *l. si quis servum. 8. §. si inter duos ff. de legat. 2.* Ex quibus omnibus videtur colligen-
7 dum, sicut propter incertum † nominis nō vitiatur legatum verum, ita quoq; non vitiari oportere legatum libertatis, sed potius utriq; deberi. Verùm quod ad *d. l. cum servus. § sic.* attinet, respondet, in legatis rebus fictione opus esse, cùm præsumatur, testatorem voluisse heredem gravari, non tantū in majori, sed potiùs in minimo. Verùm in libertate nō est majus aut minus, utriusq; est inæstimabilis, ne possit conjecturæ locus esse. Ad reliqua quæ adferuntur ex *l. 3. §. si duob.* cum distinctione annexa, & *l. si quis servum. 8. §. inter duos.* Similiter respondetur, cùm liber-

bertas sit una † omnium, nec videatur divisa 8
t separata, in utroque valebit ademtio. *d. l. si erit. §. 1. in fin. vers. item si ex pluribus.* nec heres
gitur vel tunc libertati concedere, quan-
iam si paratus fuerit sponte quid in gratiam
statoris facere, possit uni electo libertas da-
d. l. 8. §. si inter duos. Nam ut heres uni vel
rique cogatur dare libertatem, nullius est co-
r, nec voluntatis aliqua probatio certa, quia
ssit favoris interpretatio defendi.

EX XXI. VLPIANVS LIB. XXVII. ad Sabinum.

Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere.

SUMMARIA.

Cui licet, quod maius est, ei quoque quod minus erit, licebit.
Vita omnibus rebus præstantior est.
Vsufructuarius rem vendere non potest, venditioni tamen consentire poterit.
Argumentum à maiore ad minus negativè valeat: & econtra argumentum à minore ad maius affirmativè. num. 5.
Maius quando dicitur.
Id quod in re maiore non valet, nec in minore valebit.
Cui si minus inesse videtur, ei & maius inerit.

9. Id

9. *Idquod in maiore valet, etiam in minore va[le]bit.*
10. *Maius quomodo est accipiendum.*
11. *In concessione alienandi pignoris an comparatio v[o]luntatis creditoris fieri possit.*
12. *Lex non facilè donare præsumit.*
13. *Argumentum speciei ad genus affirmativè valet.*
14. *Imperii meri divisio quæ.*

IN hoc responso proponitur nobis axiom[a] dialecticum, à nonnullis pręceptis dialectic[is] insertum, conceptum de vi & efficacia compa-
1 ratorum imparium, nempè cui majus licet, etiã minus licebit, vel, ut Paulus *in l. in eo. 110. inf. h. tit. in eo,* inquit, *quod plus est, semper etiam inest minus.* Exempli gratia, creditor hypothecariu[s] debitori pignus permisit donare, quod maju[s] est: Ergo etiam vendere concessit, quod minu[s] est, *l. sicut. §. sed si permisit. ff. de distr. pign.* quoniam probabilius est, creditorem facilius concessiss[e] vẽditionem, quàm donationẽ, quia ex illa pre[-]tium expectatur, unde sibi satisfieri potest: e[x] herede expectatio non oritur. Vnde etiam i[n] dubio non facilè præsumitur aliquem donasse vel donationi consensum præbuisse. *l. eum de in[-]debito. §. 1. ff. de probat,* sic filiofam. militi, qui ca[-]strense, vel quasi castrense peculium habet, ju[s] testandi conceditur, concessum igitur quoqu[e] illi erit jus donandi mortis causa, cùm majus si[t]

testa-

estamentum fore posse, quod juris publici est, uàm mortis causa donare, *l. filius fam. 9. in fin. de onat. l. Marcellus. 15. ff. de mor. caus. don.* Vnde etiam llud existit, quod qui in potestate patris est, nortis causa donare possit. *l. tam u. 25. §. 1. ff. de mort. causa donat.* si pater consentiat. Nunquam amen testamentum possit condere extra cau- um peculii castrensis, vel quasi, etiamsi pater onsentiat. *l. qui in pot ate. 6. ff. qui testamentum fac. poss.* Objicit gl. huic legi & exemplo *l. fin. de præd. decur. libr. 10.* ubi decurioni permittit donare, on vendere. Secundò, notissimi juris est, præ- dem jus gladii habere, hoc est, jus adimendi itam † quæ omnibus rebus præstat, *l. illicitas. quæ universas. ff. de offi. præs.* Attamen bona adi- nere nequit, vel deportare inconsulto princi- e. *l. 1. §. 1. vers. deport. ff. de legat. 3. l. si quis filio. exhe- redato. §. eius qui deportatur. ff. de iniust. rupto te- am. l. inter pœnas 6. §. 1. ff. de interd. & relig.* item ecreto interposito super rebus minorum: ut à uratore nimirũ possunt obligari vel permuta- . *l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eorum, qui ub tut. vel cura sunt.* Item, usufructuarius † rem vendere nequit, attamen venditioni consenti- e, *l. apud Celsum. § quæsitum. ff de dol. excep.* Item ui majoribus honoribus fungi non possunt ninimè à minoribus repelluntur. *l. cum quis in a. hoc tit. l. 7. ff. de interd. & releg.* Plura hic inve- iuntur apud Dec. Circa hęc & similia diligen- er majorum & minorum natura inquirenda

est, &

est, & ex dialecticorum traditionibus repeten da. Sanè de imparibus in ratiocinando discre pantes cùm juris interpp. tùm etiam philoso phorum extant opiniones. Multi contendun esse à minori ad majus, nunquã à majori ad m nus. Alii contrarium directo statuunt. Vtra secta contendit & affirmatè, & negatè: argum tum procedere. Alii verò concedunt modò majori ad minus, modò à minori ad majus a gumentũ sumi. Sed majora vim suam exercer tantũ in negando ac refutando: contra mino in affirmãdo vera esse, non autẽ negando, qu etiam sequitur Everh. à Middelburgo, in loco *maio. n. 1.* & in loco *à min. nu. 2. & 3.* quæ eorũ op nio cõmuni calculo sit recepta, in tantũ, ut au
4 sus sit affirmare, argumentũ † à majore ad mi negativè, & destructivè conceptũ, nunquã fa
5 lere, contra argumentũ † à minore ad majus a firmatur, adeò sit invictissimum & firmissim ut Ioan. de platea, Imola, Bald. & Canonistæ i lud appellaverint argumentũ à fortiori. Sed
6 majus † vocant illud, quod majorem rationer ad aliquid, quod magis probabile, & quod pr pius vel majore ratione possit rei propositæ c venire, h. e. quando enthym. antecedens mag probabile est, quàm consequens. Hinc axion
7 conficiũt, quod in re † majore non valet, id n in minori. Item, cùm duo de uno dicuntur, si i quod magis inesse videtur, nõ inest, neq; ines id, quod minus inesse videtur. Minus autẽ co stituu

uunt illud, quod à vero & probabili distinctius est, quodq; minorem ratione habet ad aliquid, vel quando enthym. anteced. minus probabile est, quàm cõsequẽs. Ergò illis à minore est, donare pignus creditor cõcessit: Ergò & vendere item & filiofam militi testari conceditur: Ergò etiã mortis causa donare. Itẽ si patrem audet fallere: ergò & te: à majore illis est, qui sumtus pro domestico facit, nõ repetit eos: Ergò nec mater pro filiis sumtus impendẽs. *l. 1. C. de neg. gest.* Item si non ponitur delictũ, confirmatur nec attẽtatum, secundùm Bal. Alii prorsus inverso modo cõsiderãt, nempè majora ad affirmandũ, minora ad negandũ & refellendum valere. Majus esse dicũt, quod pstantiùs aut difficiliùs, vel incredibilius. Minus, quod abjectius, facilius, expediti', ita ut magis affectionẽ & aptitudinẽ considerẽt, quàm res ipsas in cõparatione traductas. Vnde afferunt diversis affectione, eandẽ rem & paria & imparia admittere posse, & q̃ modò majora, modò minora esse posse eiusdẽ rei, cui accõmodant illã ICti Paul. regulã: si cui minus † inesse 8
videtur, inesse & ei majus *l. in eo. infr. h. t.* vel quod in majore † valet, valet etiam in minore, qui- 9
bus argumẽtum à majore est, concessum donare, ergò & vendere. Hanc opinionem passim Cuiac. glo. & Castrens. *in d. l. 1. C. de neg. gest. & in l. nec ex vera. C. de acquir. poss.* sequuntur, quibus argumentum à minore etiam est illud, vulnerare non permittitur: Ergò nec occidere, &c.

Ex va-

Ex varietate opinionum diversæ responsiones & interpretationes ad contraria afferũtur. Quid dicemus: prima opinio eorum, qui concedunt argumenta modo à majore, modo à minore sumi posse, *l. natura. & d. l. in eo. infra. h. tit.* recusatur, cùm Iurisconsulti statuant à majore affirmativè procedere, altera nimis stricta est, cùm etiam argumento à minore quædam affirmativè procedant. Rectè cum Ramo statuendum existimo & affirmatè & negatè posse tam à majore ad minus, quam à minore ad majus argumentari, pro quantitatis in collatione deductæ ratione & consideratione, & si quod vitium hic inveniatur, id ex falsa attributione esse, quæ contingit vel consideratione alia ad aliud, à posito majore ad minus, quæ revera majus aut minus non

10 est. Majus autem † accipiendum est, quod respectu ejus, cum quo comparatur, in eo ipso, propter quod comparatur, quantitatem excedit, & contrà minus, quod ita excedit, nec restringendum erit ad incredibilius, & credibilius ad facilius, difficilius ad præstantius, vel minus præstantius, ad probabilius vel minus probabile. Sed in rebus propositis quantitas statuatur in eo, qui aliquid arguit, in eo spectat quod ad suum institutum accommodet. Cùm

11 itaque in concessione alienandi † pignoris fiat comparatio voluntatis creditoris, quatenus illa voluntas difficilior esse possit vel facilior, rectè dicetur, argumentum *in d. l. sicut. §. sed si per*

n. f.

misit à maiore deduci. Sic argumentum à minori erit *in d. l. 1 C. de neg. gest.* ſcilicet ab amore & affectu, qui major & minor eſt in domeſticos quàm liberos. Si itaque materfamiliàs non repetit ſumtus à domeſticis, nec à filio repetere debet: Si verò conſideraſſent Impp. probabilitatem vel difficultatem, potiùs argumentum eſſet à majore ratione majoris difficultatis; ſed ita Impp. *in d. l.* non arguunt, non ergo obſtat, quod de decurione affertur: quia non difficultas voluntatis, ſed legis diſpoſitio ibi inſpicitur. Vnde non invicem comparatur, donare & vendere: Sed tanquam diverſa, non natura, ſed ratione & traditione quadam attributionis diſcrepantia opponuntur. Et peccatur in attribut. Vendere non poteſt propter legis prohibitionem & publicam utilitatem, ne rebus diſtractis muneribus publicè impar eſſet, donare prohibitionem non eſt, quia lex † non facilè 12
præſumit donare. Quod de pręſide affertur imperium, Enthymema non eſt, ſed argumentum à ſpecie ad ſpeciem, quod ſemper negatè procędit, cùm adverſa ſint. Sicut ſpeciei † ad genus 13
argumentum affirmatur, ſubſiſtit tanquam conſentaneorum. Nam jus gladii (ſi aliquando metonomicω̃s pro toto genere ſumatur, hoc eſt, pro mero imperio, nępè quod ſit jus animadvertendi in homines facinoroſos, *l. ſolent. verſ. ſed in hoc genus. ff. de off. proc. õſ.* Cicero pro Cluentio) *in dd. ll.* ſpeciem meri imperii habeat,

 ſpecia-

ſpecialiter à lege tributam, non omnem pote-
14 ſtatem. Nam omne merum † imperium duplex eſt, aut jus habere irrogandi pœnam capitalem, quæ vel ultimi ſupplicii eſt, vel morti proxima: aut jus affligendi corpus ſine periculo capitis. *l. capitalium. ff. de pœn.* Cùm itaque ſpecies meri imperii aliqua cuique magiſtratui pro modo ſui juris, d. l. vel imper. concedatur, *d. l. ſolent. d. l. Capitalium. l 3 ff. de iuriſdiction. omnium iud. l. 2. §. ex actis regibus. §. populus. ff. de origin. iur.* non poterit à ſpecie ad ſpeciem inferri, quaſi illi, cui præſtantior ſpecies conceſſa eſt, ſimul etiam ſpecies vilioris vel abjectioris quantitatis competat. Et falſum deprehenditur, quod Everhard. *in d. loco à minore* tradit, argumentum à minore ad majus procedere, quando minus eſt pars vel ſpecies majoris, per *c. cuilibet. de reg. iur. in 6.* tum quia illud cap. cum lege noſtra convenit, tum etiam quod illa argumenta ſint à ſpecie ad genus, & contra. Sic in decreto præſidis circa res minoris vendendas nulla eſt conſideratio comparationis, ſed quæritur, an cognitio prætoris eò ducenda ſit, ut liceat tutori res obligare, quas prætor cauſa cognita jubebat vendi? & Reſpon. non quia reales obligationes aliquam incommoditatem adferre poſſint, quam venditio non adferat, ideoque nova cognitione opus eſſe. Idem judicium eſt, quod de uſufructuario adfertur, cùm nulla in eo poſſit eſſe comparatio quãtitatis ad

tis ad quātitatem circa idem, cùm ideò jus alienandi non habeat, quia re sibi serviente debet arbitratu viri boni uti, ita ne aliquod damnum inde proprietario emergat. Quod autem consentire potest venditioni, ut traditionem quoque ususfructus sequatur, hoc juris, quod in se habet, ratione contingit, quod per hanc voluntatem amittat & alienet. *d. l. apud Celsum. § quæsitum.* Denique quod de magistratu adfertur, vitiosum est, ratione attributionis, quia non ipsa efficacia ratione majoritatis & minoritatis conferuntur, sed habilitas personalis officiis & ita debere majorem integritatem requiri in magistratu majore, quàm minore.

LEX XXII. VLPIANVS LIB. XXVIII. ad Sabinum.

In personam servilem nulla cadit obligatio.

Summaria.

1. *Personæ contrahentium an & cui obligationem acquirant.*
2. *Servus an ex contractu obligari possit.*
3. *Contractuum divisio quæ.*
4. *Servi de iure civili pro mortuis habentur.*
5. *Actio ubi est, ibi quoque erit obligatio.*

6. *Servi sunt dominorum instrumenta.*
7. *Dolus instar delicti habetur.*

IN *lib.28.* ad Sabin. Ulp. *de emt.contrah.* tractavit, sicut evincit inscriptio *l.7 l.9.l.11.l.14.l.22. ff.de contrah.emt. l.2.l.4.6.11.13.ff. de in diem addict. l.1.ff. de act. empt.* de personis contrahentium,
1 quæritur, an & cui † acquirant obligationem?
2 Primùm igitur de servo quæritur, an ipse † ex contractu obligetur, vel sibi acquirat obligationem? Videbatur ipsum servum obligari, sibi-
3 que obligationẽ acquirere. Quidã cõtractus † pleriq; omnes, puta, emtio & venditio, locatio & cõductio, depositũ, juris naturalis, quod jus gẽtiũ vocãt, sunt. *l.7.ff.de pact.l. hoc ve.ff.de iust.& iur.§.ius aut.gent.inst.de iur.nat.gent.* sed quę ad jus
4 † civile spectant, in his servi pro mortuis habẽtur, nõ etiã in iis, quæ sunt juris naturalis, *l.quod attinet.infr.h.tit.* Deinde prætor ex servi contractu actiones concedit, *§.1.& t.inst.quod cum eo qui*
5 *in ali.potesta.* sed ubi actio † ibi quoq; obligatio. *l.actionũ ff. de act. & obl.* Deinde ex suo facto tenetur, & noxæ dari potest, vel etiam publico judicio pulsari. *l.resp. cedent.ff.de pœn.l.2. C.de accus.* Verùm contrarium obtinuit, ne ipsi servi obligentur, aut alios sibi obligent. Ratio est, quia in personam servilem nulla cadit obligatio, cùm personã non habeat: Ergò cum servo cõtractio
6 esse nequit. *l.cum servo.107.infr.h.tit.* Nam servi † instrumenta sunt dominorum, & in reb. patrimonio-

monioq; aut sicut omne id, quod ex re nostra superest, & commoditatis affluit, nostrum est: ita quoq; quicquid emolumenti, vel damni per servi personā accedit, ipsius quoq; domini sit. §. *item rel. inst. per quas pers. acquir. obl.* nec censeatur ullo momento apud eum esse. *l. placet. ff. de acqu. her. §. in prat. inst. de his qui sunt sui, vel alieni iur.* scilicet quandoque dicatur naturaliter obligari, hoc est, jure gentium, & alios obligatos habere, hoc intropicè fieri solet, ita ut dicamus dominū per ipsum obligatū esse, & alios obligatos habere. Quod omninò verum est, si servus reos sibi debendi constituerit, cùm conditionē nostram meliorē facere possit, non deteriorem, *l. aditio. ff. de acqui. her. l. 1. circa med. ff. de vi & vi arm.* Vt autem ipse naturaliter teneatur, & ita per eum dominus, necesse est, ut in causa peculii contraxerit, vel rē domini concesserit, ac debitum in ejus utilitatem cōtulerit. *toto tit. inst. quod cum in eo. qui in ali.* & ibi interpp. nam si extra causam peculii contraxerit, vel pro alio intervenerit, non amplius obligatus erit dominus, quàm quatenus in rem domini venit, *l. in pers. §. 1. ff. de pact, l. quoties. ff. si quis caut. in iud. sist. cau. fa. l. 3. § si filius. §. si serv. ff. de pec. l. miseri. 19. l. seq. ff. de fideiuss.* adeò etiā se manumissus teneatur, non obstante *l. 14. ff. de act. & oblig.* Cùm dolus † instar delicti habeatur. Delicta autem non extinguantur per capitis diminutionem vel manumissionē in tantum, ne etiā pœna mutetur, statu mutato, *l. 1. §.* 7

ult. ff. de pœn. de qua re plen. Cuiac. *observ. 11. libr. 8.* Non autem obstat prima objectio, cùm ex eodem jure gentium, seu jure naturali, secũdariò, ex quo ipsi contractus profluxere: servus quoq; originem capiat. *d.* § *ius autem gentium. d. l. ex hominum.* Et actiones, quas prætor connectit, servum seu dominum æquitatis causa & naturali obligatione postulantem accommodat. Quod autẽ ex delicto teneatur, distinctionem recipit, ut ex privatis delictis actionem producentib. non servus, sed ipse dominus conveniatur, cui electio datur, vel servum noxæ dedere, aut damnum solvere. *l. 6. §. 1. ff. de re iudi.* Quia si res inanimata damn ũdedisset, utiq; teneretur. *l. 1. & seqq ff. de his qui dotis vel aff. §. & cateris quoq;. instit. d. l. à quibus:* Si verò extraordinariè vel publico judicio accusaretur, ipse quidem servus convenitur, sed non actione, ideoque accuratè Iurisconsultus *in d. l. cum servo.* dicit, cum servo non esse actionem, accusationẽ judicans, quippe illa persequimur rem familiarem. §. *1. instit. de actio.* hoc vindictum, *d. l. 2. l. 1. ff. de publ. iudic.*
8 sed delicti † autores ipsi pœnã sustinere debent.

§. 1.

Generaliter probandum est, ubicunque in bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium domini, vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Contrarium non potest in domini arbitrium conferri.*
2. *Arbitrium boni viri quid est.*
3. *Ratio dubitandi in hac §. qua.*

QUONIAM certum est, contrarium † non 1 posse in domini arbitrium conferri, *l. quod sapè. 35. §. 1 ff. de contr. emt. l. in vendentis. C. eod.* Cùm itaque servus omnia domino acquirat, ac vicissim dominum aliis obliget, ut suprà dictũ, videbatur dicendum, servum ementem vel vendentem non posse pretium aut contractus conditionem vel in ipsum etiã contractum in domini arbitrium cõferre. Nam si dixerit, quanti dominus meus velit, quãdo in arbitratu domini mei res ita facta erit, idẽ esse videtur, ac si aliqs stipulanti promiserit: Si voluero, 10. dabo, vel quanti voluero, tanti emtus erit fundus. *l. heredis venditio. 7. d. l. quod sapè. 35. §. 1. d. l. in vendentis.* Non ergò valebit contractus: quia non debet in rei arbitrium conferri, an obstrictus esse velit. Cæterùm si servus conditionem contractus in domini potestatem contulerit, utilitatis causa receptũ est, ne intelligatur arbitrium merum, sed arbitrium domini, veri. *d. l. hanc venditionem 7.* Arbitrium merum est, quando adeò libera arbitrandi potestas, ut sive æquum, sive iniquum dicatur, huic stetur,

nec correctio admittatur, quod est eorum, qui ex compromisso adeuntur, *l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro servi.* Coras. *lib 4. Misc. capite decimo octavo.* modò dolus non interveniat, *l.3. C. de recept. arb. l. ult. §. sed & si quis. C. communia de legat.* quippe sibi quilibet imputet, quod compromiserit, *l. de proferen 27. §. stari. ff. de recept. arbit.* Ar-
2 bitrium † boni viri est arbitrium integrum & æquum, quod nihil pravi habet, & alicui concessum, ut statuat, quod æquus ac bonus judex in ea causa dicet, *d. l. societatem. §. 1.* Sed cùm omne id, quod iniquum est, non videatur æqui ac boni judicis arbitrium, si aliqua appareat iniquitas, ea per judicium bonæ fidei emendari debet. Sicut judicis iniquitas per appellationem. *d. l. societatem. in fin. cum 3. seqq.* Qua de causa si dominus vel ejus procurator potuisset conditionem implere, quam servus dixerat, completi heredi debet. *d. l. 7.* cùm in omnibus causis pro facto accipiatur & quod impleri potuisset, nec impletum est, *l. in omnibus. 39. l. qui non facit 121. infra. h. tit.* vel si pretium iniquum dixerit, judicis bonæ fidei erit, arbitrium emendare. *l. fin. Codic. de contrah emption.* Hinc illa regula, generaliter probandum est, &c. plura de arbitrio vide apud interpp. *§ pretium. instit. de*
3 *emt. & vend.* Non obstat † ratio dubitandi anteà oblata, quia heres obtinet in arbitrio mero, quod nemo in propria causa suscipere potest, sicut nec judicium. Diversum autē in arbitrio boni

viri

iri *l. materia. & d. l. 7. si in vendentis.* Obiter ex his olligere licet communem opinionem, quę tra-it, arbitrium etiam compromissarium, ęquè & rbitrium boni viri, posse ad arbitrium judicis ed. per bonæ fidei actionem, Mynf. *obs. 33. cent. 1.* Geil. *obs. 149. lib. 1 pract. obs.* falsum esse. Nam dum ingit pedem *in d. l. societatem. §. 1. & seq.* se suo psius gladio jugulat, quippe distinguit duplex rbitrium, de quo Coras. *d. cap. 18.* Menoch. *de ar-itr. iud. lib. 2. casu 73. cum 29. seqq.*

LEX XXIII. VLPIANVS LIB. XXIX. ad Sabinum.

CONTRACTUS quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum, & culpam: dolum tantùm, depositum & precarium: dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia gesta. In his quidem & diligentiam. Societas & rerum communio, & dolum & culpam recipit. Sed hæc ita, nisi si quid nominatim convenit, vel plus, vel minus in singulis contractibus. Nam hoc servabitur, quod initio convenit. Legem

enim contractus dedit. Excepto eo quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolus prǽstetur, hoc enim bonæ fidei judicio contrarium est, & ita utimur.

SUMMARIA.

1. *Doli definitio qua.*
2. *Culpa qua: & eius divisio.* num. 4.
3. *Negligentia qua.*
5. *Lata culpa qua, eiusq; divisio.* num. 6. *hac est do* *proxima.* num. 7.
8. *Culpa omissionis & commissionis quando commit* *titur.*
9. *Levis culpa quid, eiusque distinctio qua.* num. 12.
10. *Culpa levissima qua.*
11. *Distinctio Bartoli in culpa lata qua.*
13. *Vocabuli,* latiorem, *in* d. l. quod narrata. ff. de positi, *intellectus qui.*
14. *Qua veniunt in mandati actionem.*
15. *Qua in commodati actione veniunt, & praestantur*
16. *Tutela est munus publicum.*
17. *Immiscere se rei aliena & ad se non pertinenti, cul* *pa vi carere non videbitur.*
18. *Socius quid praestare debet.*
19. *Pacta omnia initio contractuum adiecta, valent.*
20. *Bona fidei nihil tam contrarium est, quàm dol* *& fraus.*

HAc lege generaliter proponit regulam d ec

o, quod in contractibus præstatur. Desumta st ex *tract. emtio. & vendit.* ubi de evictione, ut rgumento est inscriptum *l. si mei. 12. commodati. l. i aquè. 47 ff. de contrah. emt. l. 21. 25. ff. de evict. lib. 29.* d Sabin. Vlp. quæstionem movebat, si servus venditus decesserit, antequam caperetur, an stipulatio de tuitione cassa sit, quod negat *in d. leg. i servus. 21 ff. de evict.* Quia non per evictionem, sed casum naturalẽ tantùm carere cogitur. Item quærit, an si lite contestata fugiat servus culpa possessoris, possessor, cõdemnandus sit, tanquã s, qui rationẽ non præstat, seu in mora est. Respond. damnandũ tanquam possessorẽ, ut cautio interponatur de restituenda possessione, si rem recuperet, non tamen de mora, quæ si dolo vel fraude cõmittetur, *in d. l. servus. 21. §. item Iulianus.* si hujus ratio q̃ratur, respondendũ erit, quid præstari oporteat: præstati enim delictum, non autẽ casus fortuitus, delictum illud præstare debet, quo effectum, ne res salva sit, quod modò majus, modò minus est, vel ex conventione vel materia negot. gest. Hinc legis nostræ duo sunt capita. Primum est de iis, quę in singulis contractibus prętari debent, cujus duo rursum membra distinguuntur. Primum est de dolo & culpa in contractibus prętando. Dolus † est omnis 1
fraus, fallacia, & calliditas, & malignatio ad circũ veniendũ alterũ adhibita. *l. 1. ff. de dolo malo.* q. modò incidens, modò causam cõtractui p̃bens: causam dat contractui: si cõtractus initiũ à dolo accipi-

accipiat, puta si venditor emptorem, aliàs non empturum, fraude inducat ad emendum, id quod vitiosum esse novit: emtor verò ignorans incidens, si hoc studium ab initio non fuerit, vel aliàs emtor fuisset emturus, ut colligitur ex *d.l.1.l. & eleganter. ff. de dol. mal. l. alioqui. ff. de contra. emt. l. in causa. 16. ff. de minor. l. si plures. ff. depositi*: Ille contractum reddit ipse jure nullum, *d. l. & eleganter. §. actionem, vers. quavis. § bonæ fidei. inst. de act.* hic emendatur vel per actionem ex contractu, si ratus fuerit, vel fraus tantùm circa ea, quæ ad contractus adjuncta pertinent, commissa, aut quæ actionem doli, quando alia actio non fuerit. *d.l. & eleganter.* Culpa † in genere quicquid contra materiam cujusque negotii negligentia
3 commissum est. Negligentia † autem alia ma-
4 gna, alia remissior. Vnde culpa † alia lata seu magna, *l. latè 223. l. magna. 226 ff. de verb. sig.* Alia non
5 lata, *l. quod Nerva. ff. depositi.* ubi Zas. lata culpa † definitur magna, crassa & supina negligentia *in l. cedere diem. §. fin. ff. de verb. sig. & d. l. latè.* quæ rursus duplex, à modo, & forma committendi,
6 alia dicitur lata culpa commissa, alia omissa; quę in committendo consistit, dolo æquiparatur, *l. Magistratus vel in magistratibus. ff. de Magist. conven. l. si plures. ff. de admini. tut.* quę fit, si quis versutia & nequitia quadam alterius negotia à se suscepta, vel quæ suscipere debuit, negligit: ita ut in omni materia facilè contrarium dictitet. Cujus exemplum est *in l. pœn. ff. de incend. ruin. & d. l.*

Magistri.

Magistri. 7. & in l. 2. C. de in ius. Sic lata culpa dolo proxima, est imperitia artis, quam quisq; pro- 7
fitetur. *§. præterea. inst. de leg. Aquil. l quia act. § fin. seq. ff. eod. c. tua nos. extra de homicid. c. item quærit. l. si gemma. extra locati.* Vnde regula illa, imperitia culpæ annumeratur, scilicet latæ, si professione sua cujusq; committatur. *d. §. præterea.* Levi, si extra professionem aliquid factum, eadem pertinet immistio rei alienę ad se nō pertinētis *l. culpa est. infra h. tit* Omittenda culpa committitur † 8
custodia vel aliud quod fieri debet, omittatur, socordia quadam & crassa negligentia, quæ versutia caret & vitio naturæ seu pravæ educationis contingit, secundùm Zasium *in d. l. quod Nerva.* Sed hæc nunquam dolo æquiparatur, *d. l. quod Nerva §. præterea. instit. quib. mod. re. contr. oblig.* Non lata culpa alia est levis, alia levissima. Levis culpa est † rebus commissis non eam adhi- 9
bere diligentiam, quā communiter paterfamilias suis adhibet rebus, puta si creditor ita domi sibi pignus traditum negligat, ut à vermibus vel muribus corrodatur, licèt suas quoque res eodem in loco neglexerit. Secundùm Ferar. hic. Levissima est † quādo quis non eam adhibet di- 10
ligentiam, quā quisque diligentissimus pater-fam. *§. ac is qui. instit. quib. mod. re contr. obl.* De qua Zasius *d. l. quod Nerva.* latè ubi Bart. divisionem improbat, qui distinguit † culpam latam in la- 11
tiorem & latissimā, quarum hanc intelligit, quę faciendo committitur, & dolo aequiparatur, il-

lam

2 lam quę omittendo † & levem culpam distinguit in leviorē & levissimam. Quarum illā facit quam nostri ICti vulgo levem vocant, hanc quoque levissimam. Ab utriusq; sententia Coras. *Misc. l. li.4.c.1* Sed res eadem redit, & proximè ad Bart. accedit. His itaq; generaliter cognitis, ex l. nostrę principio axiomatis loco tenendū est, contractū aut accipientis tantùm, vel solius dantis gratia celebrari, aut utriusq; causa. Si accipiētis gratia præter dolum & levem culpam levissimam quoq; prę̄stari debet, non etiam casus fortuitus: si dantis gratia dolus & lata culpa tantùm venit: si utriusq; dolus lata & levis, non etiam levissima culpa, *l.5.§.1 ff. commodati. §. item is cui. instit. de quib. mo. re. contr. ob. l. si cum venderet. §. fin. ff. de pign act.* hujus regulæ prosperam enumerationem, expositionem hic Vlp. tradidit. I. ab omnibus aliis contractibus segregat depositum precarium, non ut latam culpam excludat, scilicet eam, quæ dolo æquiparatur, per *d. l. quod Nerva. verb latiorem.* Nam rarum non est in legibus nostris, ut particula taxativa similia vel paria non excludat, ut exemplum *in l. 1. § 1. ff. si men. fals. mend. dix.* dico autem in deposito prę̄stito tantùm, quę dolo tantùm æquiparatur, propter *d. l. quod Nerva. vers. latiorem.* ubi Celsus tradit latiorem tantùm quæ dolo assimulatur, non etiam desidiæ ac socordiæ præstari, & expressius culpa, quę in committendo consistit, ab ea, quæ in omittendo, distinguitur. & *in §. præterea. verb. desidia. instit. quib mod.*

d. acq. obl Quare non approbo Corasii *in d. l. 1. n. 14.* traditionem, qui vult latam culpā non esse triplicem, quarum alia dolo æquiparatur, alia rò per *l. ubi. ff. de cedendo. d. l. 1, §. 1. ff. si men. fall.* *d. l. mulier. §. si et iā ff. ad Treb.* vocabulum † (*latior*) *in d. l. quod Nerva.* interpretatur, quasi comparativus sit loco positivi positus, cujus exempla ssim occurrunt, puta *in leg. si à te stipulatus. ff. de verb. obl. c. consilium. extra de celeb. miss. c. avaritia. de ection. lib. 6.* Sed leges, quib. hæc conatur infringere, omnes ita loquuntur, ut dicant, latam culpam esse expectandam, sed causa, quæ dolo æquiparatur. Ergò etiam aliqua lata est, quæ dolo on æquiparatur. Idē fit *in l. servum. ff. de verb. obl. d. §. præterea.* Si cū eo conjungatur *l. quod Nerva.* lvum itaq; manet in deposito, dolū tantùm & lpam, quæ dolo assimilatur, pręstandum; item c de precario tenendum est, ut apparet ex *l. ast. §. si servi. ver. & generaliter. §. cū quoq; ff. de precario.* Sed pugnare videtur, ꝙ fiat rogantis causa ita accipientis, *l. 1. & 2. ff. de precar.* Vnde dicendum videbatur, etiam levissimam culpā pręstandā ab eo, qui precarium accepit, juxta Regulam. *§. item. 16.* cui dupliciter responderi potest: priò non esse propriè contractum, cùm prætor ntùm debet interdictū de revocanda possessione. *l. Lucius Titius. ff. de donat.* Deinde precarium ne legis præscripto datur, quādocunq; placet, vocare licet domino, q̄ precariū cōcessit. *d. l. 1.* deoq; quamdiu nō revocat, tacitè negligētiam avā ratā habere videtur, ꝙ hic inter cōtractus

referatur

referatur & Paul. *lib.5. sententiarum cap.6.* Cujac. *observ.7. lib.4.* affirmant, posse etiam ad interesse agi actione de præscriptionibis, quæ datur propter innominatos contractus, ut apparet ex *l.5. ff. de præscript. verbis.* Sed respondere potest propriè contractum non esse, cùm non in arbitrio consistere debeat, an quis obligatus esse velit, *l. 7. § 1. l. quod sæpè §. 1 ff. de contr. empt.* Referri autem hic inter contractus propter similitudinem, quam habet cum commodato & affirmato, ratione præstationum, sed cùm forma differat, & necessario vinculo non procedere regulam, aliàs in vero contractu obtinetur. Et hactenus de iis, quæ tantùm de dolo & lata culpa præstationem admittunt: sequitur in quibus etiam culpa præstatur, ex horum numero est actio mandati, de qua traditur *l. 8. § fin. & l. seq. ff.*
14 *mandati.* Venire in † mandati actionem dolum, latam culpam, & levem. Hic Vlp. inquit dolum & latum culpam mandatum. Sed culpæ mentio specialiter facta intelligitur de levi, etiam non levissima secundùm Dd. communiter. Contrarium videtur rescriptum *in l. à procuratore. Cod. mand.* nempè à procuratore dolum & omnem culpam, modò etiam improvisum casum præstandum esse, & Constantinus *in l. in re mandata C. eod.* nec quicquam in eorum (scil. negotiorum alienorum) administratione neglectum ac declinatum culpa ratum est. Vnde Dynus *C. contractus de reg. iur. in 6. num. 4* puta in mandatum

um & leviſſimam culpam venire, cui etiam illa
atio accedit, quod mandatum ſuſcipiens affe-
at ſuam induſtriam, quæ nemini damnoſa erit,
gumento §. præterea inſtit. de leg. Aquilia Maximus
Gloſſator, & pleriq; alii exiſtimarunt, mandata-
ium tantùm de dolo & levi, nō etiam leviſſima
eneri, niſi quando mandatarii tantùm gratia
andatum ſit, juxta regulam *d. l. 5. §. 1. & d. § Item*
is cu. Sed Martino refragatur, quod in ea ſpe-
e, quę ſua tantùm gratia ſibi mandatum ſit, ſu-
ervacuum habeatur mandatum, & ob id neq;
bligationem, neq; actionem inter mandantē
oducat. § *1. ver. at ſi tantùm. inſtit. de mand. §. cuius.*
ſtit. eod. Ideoq; Dyni & illorum ſententia veri-
r eſt, quæ per *d. l. procurator. & d. l. in re mandata.*
omprobatur. Quinimò ſi finis mandati egreſ-
s ſit, pro ea parte, qua egreſſus eſt, actione ca-
t, *l 3. & 4. ff. mand. §. is qui exequitur. Inſtit. eod.* Cu-
c. obſ. 34. li. 14. Nec refragatur, quod in hac lege
citur, cùm leviſſimā culpam non excludat, ſed
atim Vlp. ſubjiciat *verſ. in his.* ut infra dicetur,
militer *in d. l. 8. & ſeq.* nō ita arctè refertur, quin
iam caſus ſubjecti leviorem culpam præſtan-
m eſſe innuant. Secundò commodatum † in 15
io etiam leviſſima culpa præſtatur. *d. l. 5. §. 1. ff.*
mmoda. §. is cui. modò nō in gratiā potiùs com-
odantis, quàm commodatarii res commodata
. d. l. 5. §. interdum planè. Tertiò venditū, pigno-
s datio, locatio, dotis ſatisdatio, utriusq; gratia
lebrantur. Igitur in his ſaltē dolus & levis cul-

palatæ, non etiam levissima præstantur. *d. l. 5. §*
d. l. quod sæpè. §. res venditor. ff. de contra. empt. l. si qu
10. §. si colonus ff locati. l. etiam. 19. ff. solut. matr. N
hic fallit, modò aliud conventū non sit, aut m
ra accesserit. Quartum tutelæ: tutela non gra
Rei, sed actoris, id est, pupilli suscipitur, ut
ex defensione tutelæ, *§. 1. inst. de tutel* perspicuu
evadit. Hinc secundùm regulam *d. l. 5. §. 1.* stat
endum videtur, tantùm dolū & culpā præsta
dā, non autē levem vel levissimā. Verùm etiar
primo intuitu tutor suū officium prēstare vi
16 atur, pupilli gratia est, cū tutela sit † munus p
blicū & reipubl. intersit, cujus interesse no
etiam censetur, ut à quolibet suscipiatur, *l. mu*
ff. de verb. sig. §. 1. vers. non etiam tutela. inst. de ex
tu. Lex fingit, quod ipsius tutoris gratia hoc
gotium gestum sit. Vnde etiam prærogativ
& privilegium pupilli in bonis tutoris con
dit. *L. Idemque §. qui potiores in pig.* Quod etiā m
ximè ideò necessariū fuit, ne tutores præter
concessa facilè abuterentur *l. si plures. §. ff. de*
minist. tutor. Quare placuit, ut etiam de levi
ma culpa teneatur, *l. 1 ff. de tutel. & ratione dist.*
Generaliter enim de omnibus, quæ tutor n
fecit, cùm facere deberet, item quæ fecit tut
rationem reddere debet, & eandem, imò m
jorem ferè diligentiam adhibere, quàm d
gens quisque paterfam. suis rebus adhibet. *l*
neraliter. 10. l. à tutoribus. ff. de admi. torum. Id
que si tutor cessaverit in distractione earum

r

um, quę tempore pereunt, suum periculum facit, nec facilè ignoscetur, etiamsi alios contutores expectaverint, vel differentes vel volentes se excusare. *l. tutor. 7. § 1. ff eod.* Quintò, negotia gesta: Negotiorũ gestio quæ contractum producit § *1. inst. de obl. quæ ex quasi contr.* in quo exactiss. diligentia præstanda est, nec sufficit, eam adhibere, qualem quisq; suis reb. adhibet. *d. § 1. & §. cut eod.* Ratio est, quia immiscere † se rei ad se non pertinenti, culpæ vi nõ carere videtur. *l. culpa est. 36. infra h. tit.* His nunc subjicitur *vers in his, ... variè accipitur.* Quidam ad pręcedentes actiones indistinctè referuntur, quasi in iis etiã levissima negligentia pręstet, qui refutatur per *d. l. §. 1.* & ea de actione emti, venditi, locati, cõductionis & dotis datione dicta est. Alii ad sola negotia gesta accommodant, sed consultius est, ut accipiamus correctivè, quasi dicat in his quosdã contractus existere, in quibus exactissima diligentia requiritur. Interdum quando Hermopoli interp. videtur secutus. Sextò subjicit societatem & communionem rerum, illa ex contractu. *tit. inst. de societ.* hęc ex quasi contractu est, *item si inst. de oblig. quæ ex quasi cõtractu*: socius † pręstabit dolũ & culpã latã & levẽ, adeo ut etiam defuncto passo teneatur, qa custodiã adhibere debuit, *d. l. 5. § 1. l. nõ ob caus. 25. l. seq. l. 52. §. damna. ... cio* cũ ea assertione pugnare videtur. *l. socius. 72. ... d. & §. fin. Inst. eod.* culpa, inquit textus, non ad exactissimã diligentiã dirigẽda est. sufficit enim

17

18

talem diligentiam. Mynſ. de leviſſima culpa *in d.§.fin.num.3.* ita interpretatur, quaſi ſocius non præſtet leviſſimam culpam, ſed levem, inſtar depoſitarii, ac argumentũ à pari fingit, quod te[...] tui refragatur. Et *§.præterea.inſt.t quib. modu [...] contr.obl.* Idem Weſenb. *in d.§.fin.numer.2.* ſecutu[...] veteres, interpretatur, quaſi non ad eam diligentiam obligatus ſit ſocius, ad quam vendi[...]tor, conductor, creditor & alii, tum quod in hi[...] eſſet ratio ſubſequens in verſu. *Nam qu[...] [...]ate[...]* tum quod ſocius rei communis dominus cenſe[...]atur. *l.meritò.l.nemo.pro ſocio.l.ſervi.1.l.[...] & one.§ 1.[...] legat.1.* Verùm in iis contractibus etiã levis cu[...]pa præſtatur, nõ igitur eſt ſufficiens cõnciliati[...] Quod dicemus, conſtat ex *prin. d.§. ult.pro ſoci[...]* plus præſtare oportere in ſocietate, quàm in de[...]poſito; quantum verò illud ſit, in verſ. *juſſi[...]t.* l[...]quidetur. Nempe in hoc contractu & culpa[...] deſidiæ præſtari debeat. Subjicitur in *verſ. Na[...] qui parum diligens* Nam parum diligens videt[...] ille, qui nõ facit q diligens paterfam. facere ſo[...]let: q verò aliquid agit, & hoc malè agit: is ve[...]ſutè agere videtur, nec id unquã in patremfam[...] incidere poteſt. Idem judicium erit de comm[...]nione extra cauſam ſocietatis, per *l. heres §. [...] tantùm.l.& puto.§.ſed et ſi famil. Herciſc.* teſte Ba[...]tolo *in d.l.quod Nerva.verſ.ad prim. & verſ.ad ſecun[...]dum.* Sequitur ſecundũ primi capitis membru[...] in verſ. *Sed hæc ita procedere, niſi aliter conventum[...]* Quid ſuper doli ac culpæ præſtatione conveni[...]

possi[...]

possit, hoc modo proponitur. Omnia pacta † va- 19
ere initio contractuum adjecta, quoties enim
unt contra naturã eorum & bonos mores, adeò,
t illis legem conferant, ac insint etiam ex parte
ctoris, famamq; eorum reforment. *l.7.§. quinimò § adeo.§.si paciscatur, de pact l.in bonæ fidei.l.petẽs. C.eod. l.lecta.si certum pet.* Quod sine dubio in bonæ fidei contractibus verum est, per *d. l. in bonæ fidei. d. l. 7 §. quinimò.* An verò ex parte actoris n stricti juris judiciis pacta in continenti adjecta insint, controvertitur. Cujac. strictius ulgò, si *in dicta l. 7. §. quinimò.* constituit non inesse: Cùm Vlp. dicat in bonæfidei judiicis contrarium. Iason. *ibid. in l. certa. in d. l. petens.* ex veterum sententia tradit, quam & Duar. sequitur. Movetur *in d. l patris & d. l. lecta.* ex quibus legibus apparet inter Vlp. & Paul. controversum fuisse. Sed Pauli sententiam obtinuisse, secundùm quam judicatum fuit, plura apud interpp. Cæterùm cùm pactum, ne dolus in posterum præstetur, non minorem continet turpitudinem, *l.1.§. illud non probabis. ff. Depositi.* quàm pacisçatur ne furti, aut vi bonorũ raptorum, aut injuriarum teneatur, si furtum committatur, si rapinam, vel injuriam inferat, *l. si unus. pacta, quæq; turpem. de pact* rectè hic, autore Celso, traditur, pactum hic non valere, non tantùm quod turpe sit, sed & quod contra bonam fidem (cũ nihil bonæ † fidei tam contrarium sit quàm 20
dolus & fraus) *l. & eleganter. de dolo malo. d. l. 1. §.*

lud non prob. Quod axioma etiam cùm Decio *hic numer. 44.* ad culpam dolo proximam, seu quæ dolo æquiparatur, extendere, *argumento d. l. 1. § 1. si men. med. fal. dix. & d. l. ubi. de edenda* objiciunt quidam contrarium tenentes *d. leg. 5 §. interdum plana. ff. commod.* Sed nihil pro iis facit, cùm ibi etiam ex pacto sed natura negot gest. solus dolus præstetur. Deinde verbum (*si quis conventi* non magis excludit latam culpam, quæ versu tia est, quam *in l. à deposito.* Per vocabulum laxa tivum tantùm.

VERSICVL.

ANIMALIUM verò casus, mortes, quæ que sine culpa accedunt, fugæ servorum, qui custodiri non solent, rapinę, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur.

SUMMARIA.

1. *Definitio casus ab Vlpiano posita, quæ.*
2. *Nemo casum præstet, nisi culpa præcesserit.*

1 SECUNDUM hanc legem cap. de fortuito casu concepti, est casus fortè † ab Vlp. *in l. § si eo tempore. de admin. rer. ad curat. pertin.* definitur, quod nullum humanum consilium provi de

ere potuit, cujus hic exempla enumerantur. Hinc nemo † præstet, nisi præcesserit culpa, *l. 1.* 2 *epositi* ubi gloss. nam salute *§. cognoscit. de offi. præ. g. d.l. 5. §. 1. vers. quod verò* senectute aut mora *d. l. §. denique sit. l. si in 45. in fin. ff. depos. l. quod re mi. 5.* ubi Costal. *de reb. cred.* qui etiam in eo loco issolvit nod. *d. l. quod te mihi & l. si plur. §. final. epositi.*

EX XXIV. PAVLVS LIB. XXV. ad Sabinum.

QUATENUS cujus inter sit, in facto, non in jure consistit.

SUMMARIA.

Stipulationes quotuplices, & quid in stipulatione simplæ permittitur: & quid duplæ stipulatio continet. num. 2.
. *Iuramentum in litem cui deferendum.*
. *Facta hominum sunt incerta.*
. *Per alluvionem an quid post evincatur.*
. *Adversarii fraus impunita relinqui non debet.*
. *Nemo invitus rem suam vendere, cogi potest.*
. *Interesse quotuplex.*
. *Iuramenti in litem definitio quæ, &* numero 10.

IN *lib. 5.* ad Sabinum, Paulus tractavit *de evict.*

ut probatur per inſcriptionem *leg. 2. 13. 15. 18. 25. ff. de evict.* De evictione præſtanda interponuntur ſtipulationes ſimplæ & duplæ, *leg. ſi dictum. 56. de evict.* in ſtipulatione † ſimplæ permittitur
1 venditori, re emtori evicta, ſimplum reſtituere, hoc eſt, pretium, & quod ex natura actionis ex emto intereſt, *l. ſi in venditione. 20. l. ſi ex tit. 70. ff. eod.* duplæ † ſtipulatio continet, ut re evicta
2 venditor duplum non quidem bonitatis rei, ſed pretii conventi refundat. *l. vendicantem. 17. l. cum fundus. 48. l. ſi fundo. 53 ff. eod.* Si verò nihil ſuper ea re convenerit, nihilominus ex emto actio parata erit. *l. non dubitatur. 6. Cod. eod. l. ex emto enim. ff. de act. emti*: quatenus intereſt non tantùm ratione pretii, ſed quod portione conſecutus non ſit. *l. 2. & ſeq. l. ſervus. 30. §. ſi ſciens. ff. de act. empti. l. venditoris. 8. ff. de evict.* Quinimò creſcit quandoque hoc intereſſe ex dolo vel culpa venditoris, ut *in l. tradita eſt.* ita ut nõ tantùm communis intereſſe, ſed etiam utilitatis, quod intrinſecum vel affectionis, aut extrinſecum eſt, ratio habeatur ſecundum gloſſ. & Dd. *in l. 1. de in litem iur. in l. qui reſtituere. in fine. de rei vendit.* Coras *in princip. cap. 1. lib. 6. Miſcellan.* Non enim fraus & contumacia imputata manere debet. *l. tutor. 8. ff. de in lit. iur.* Et cùm incertum ſit, quantum illud intrinſecum intereſſe ſit, judici permiſ-
3 ſum † eſt juramentũ in litem deferri actori, quo liceat in infinitum, hoc eſt, nõ ad certam quantitatem jurare ac rẽ æſtimare, *l. 4. §. 4. de in lit. iur.*

inter

interdum etiam extrinſecum intereſſe appare-
re poteſt, & tum judex ſequitur, quod ſibi æ-
quum videtur. *l.6.de vi.* vel non taxationem ad-
hibet delato juramento in litem, *d.l.4.in fin.* In-
terdum etiã minora præceſſerit, propter quam
pluris Reus condemnatus eſt. *l.mora. ff.de uſufr.l.
traiectitia.de act.& obl.l.qui inſulam. de verb. oblig. l.
& poſt tres. ff. de caut. iud. ſiſt. cauſ. fa.* Sed mora
facti eſt, nec certitudinẽ habet, antequam pro-
betur. *d.l mora.* Quapropter nuda lex definiri
poteſt, quantum cujusque interſit, quoniam
facta † ſunt incerta, licèt certum ſit jus ex facto 4
emergens. *l.2. de iur. & fact. ignor.* ideoque cùm
Paulo propoſita eſſet hæc quæſtio, quæ tracta-
tur, *d.l.13.& d. l. 15.* Quidam vendidit fundum,
qualiter ſe habentem, hoc eſt, bonum ſeu ferti-
lem, ſalubrem, hoc eſt, Zizania aliisque herbis
venenoſis, *l.5.§.4. C. eod.* & amplum fortaſſe 10.
jugerum, ſecundùm declarationem Celſi in *l.
ſl ud.88.ff.de verb.ſign.* Dum emtor poſſidet, her-
bæ quædam peſtiles naſcuntur, accedit autẽ per
alluvionem † aliquid, poſt evincitur, conſultus 5
fuit Paulus, *lib 5.ad Sat.* quid pręſtandum ſit, in-
tereſſe nomine. Reſp. quantitatem conſideran-
dam eſſe circa tempus, quo aliquid alluvione
acceſſerit, & circa qualitatem inſpiciendum eſſe
tempus venditionis, in *d.l 13. & d.l.15. ff. de evict.*
quod cùm in facto conſiſtat, quatenus, id eſt,
quanti interſit quæſtionem facti eſſe, quæ judi-
ci tanquam æquo ac bono viro agnoſcenda re-

linquitur. § *in bona fidei. instit. de acti.* ideoq; non pertinere ad officium jurecons. quantitatem certam definire. Iudex autem actionis & negotii naturam considerabit inspiciens circumstantias, & inde quātum fieri potest, modò suo simplici arbitrio, *l. 6. de vi & vi arm.* modo delato juramento in litem, legatione adhibita, certum quid pronunciabit. §. *circa. instit. de actio. l. 4. §. pen. ff. de in lit. iur. l. qui restituere. ff. de rei vend.* Nec tantum in commune interesse, hoc est, ad pretium, sed etiamsi res postulaverit vel contumacia adversarii interesse, quod extra rem est, vel affectionis condemnabit. *d. l. qui restituere.*
6 quoniam lis tum adversarii † non debet impunita relinqui. *d. l. 8 ff. de in litem. iur.* Nec invitus
7 † aliquis cogi debet, rem suam vendere, *l. nec emere. Cod. de iure. delib.* aut si factum alterius cogatur, liberum erit necessariò venditori pretium rei tanti constituere, quanti ipsi videbitur ex natura commerciorum. Circa hæc duo notanda sunt: Primò Corasium *in capite secundo, libri octavi Miscellaneor.* insurgere adversus communem Dd. conditionem, quod tri-
8 plex † sit interesse, & asserere nullum esse interesse affectionis. Primò dicit unam tantum speciem interesse, nempè utilitatis, cæterùm illa utilitas aut intrinseca est & affectionis, aut extrinseca illa. Deinde dicitur interesse affectionis. Hæc interesse, quòd extra rem est, ideoque res eodem redit: Si nunc aliis duabus spe-

bus ſpeciebus juramenti in litem addat veritatis, & Martinus. *in d. ti. leg. 5. §. 11. ſ. n.* triplicem efficiat ſpeciem. Sic ſuſpectæ veritatis videtur, quod *in capite primo, libri ſexti Miſcellaneor.* hanc quoque adducat rationem, quippè pretia eſſe una omnium rerum. *l. pretia. ff. ad leg. Falc.* Nec ex affectu ſingulari, ſed communiter fungi & æſtimari debere. *l. ſi ſervum. ff. ad leg. Aquil.* puta, ſi dominus ſervum in delitiis habuerit, *l. fin. ff. de operis ſerv.* quod verum admittimus, quoad ipſum pretium, juxta diſtinctionem *l. 1. ff. de in lit. iur.* Sed ubi juſta accedit affectionis & intereſſe cauſa ex contumacia rei aliud obtinet, quia non ſaltem pretium rei reſtituere debet, ſed etiam contumaciæ pretium reſolvere. *dict. leg. 8. §. præterea. inſtit. quibus modis re contrah. obligat.* Sicut etiam caſus. *in l. Neratius. ff. ad leg. Aqu. l. & d. l. 6. de interdict.* Deinde adducit definitionem juramenti in litem, ex Cicer. quod nihil aliud ſit, † niſi æſtimatio rei, 9
de qua in judicio agitur, cujus probatio difficilis futura. Sed hæc definitio legibus non congruit, quippe *in d. l. 1.* dicitur non tam rem æſtimari quàm intereſſe, quod ex contumacia creſcit per juramentum in litem delatum. Deinde *in d. l. 5 §. 1.* expreſsè diſcernitur juramentum † affectionis, ſeu intereſſe ab eo, 10
quod ſolam rei æſtimationem continet, ideoq; etiã deinde rectiùs definitur idẽ, quod à judice delatum præſtatur, ad æſtimãdam rem, ejusque inter-

intereſſe, quæ dolo contumacia rei non reſtituentis cauſata eſt. Qua igitur contumacia audet dicere in jure nullum affectionis juramentum inveniri, cùm illi manifeſtò contradicat *l. cum ſervus* [redacted] *rem. ff. mādat* placuit enim prudentioribus affectus rationem in bonæ fidei actionibus habere. Rurſus nō obſtat argumentum à delictis & contractibus deductum, ex *l. cum furti. ff. de in lit. iur.* Quoniam juramentum in litem tantum refertur in bonæ fidei judicib. & arbitrariis, quibus noſtrum nobis aliquid reſtitui petimus, *d. l. 5. l. arbitrio. 18. ff. de dolo malo. §. prætereà. §. actionum. inſt. de action. ibid. l. qui reſtituere.* Non etiam in ſtricti juris judiciis. *l. alias. 7. ff. de in litem iur.* ſed actiones ex delictis deſcendētes, ſunt ſtricti juris, certam à lege & definitam pœnam recipiunt: ideoque delictorum & contractuum hac in re non poteſt eſſe eadem ratio. Rurſus dicit, damnum pecuniarium in affectione non conſiſtere, *l. ſi liber homo. l. pen. ff. eod.* Sed in æſtimatione, quæ fit per hoc jus jurandum, de damno pecuniario agitur. Cui propoſitioni ipſe ſtatim contradicit, aſſerens annonitatis affectionem haberi poſſe, per *l. 1. §. 1. ff. l. 1. quod ſi ratione. ff. de iure dotium.* Deinde antecedens illud verum eſt, quando totum, quod petitur, in mero affectu conſiſtit, ut liberè liceret rationes alterius inſpicere: ſecus ſi rem ſolidam connexam habeat, prout ex *d. l. ſi liber homo. & d. l. pater.* apparet. Secundò circa hanc legem notandam,

neque

neque ipsam legem, neque quæ hactenus de interesse dicta sunt, sublata esse per *l. unicam. C. de sent. quæ pro eo, quod interest* quia tantùm disponit, ut ibi certum est, interesse vel conjunctione vel materia rei, ne id extra duplum extendatur: ubi verò in certum illi stetur, quod judex consideratis circumstantiis arbitratus fuerit: in illis casibus sæpè minus duplo præstandum erit, prout in litem juratum fuerit, vel probatum fuerit interesse, sed non magis duplo: in his necessariò stabitur judicis sententię, sive juramentum taxationis præcesserit, sive non: exemplum est in servo vendito, certò hic certum pretium, certa res, certa quantitas evicta re, pretium & interesse debetur, *d. l. si in venditor. d. l. re evicta. d. l. exemto.* Sed non egrediens duplum justi pretii ac ejus, quod habere potuisset. Incerti interesse exemplum *in d. l. 6. ff. de vi & vi arm.* Quidam habuit servum in fundo vi ingresso, per quem potuisset hereditatem acquirere, sed ab invasore occisus, quantum potuisset ex hereditate pervenire incertum est. Ideoque judicis arbitrio stetur, nec locus erit juramento in litem, quia nisi lege, quod nostrum fuit, nobis restitutum, hoc modo petimus. Plura vide apud Cuiac. *obs. 34. lib. 18.* & Molinæum *d. l. unic.*

LEX

LEX XXV. POMPONIVS LIB. XI, ad Sabinum.

Plus cautionis in re eſt, quàm in perſona.

SUMMARIA.

1. *Stipulationes prætoriæ quotuplices ſunt.* numero ſeptimo.
2. *Satisdare est, cavere datis fideiuſſoribus.*
3. *Iure eſt plus cautionis, quam in perſona.*
4. *Pignori incumbere melius, quàm in perſonam agere.*
5. *Plus eſt pignoribus cavere, quàm fideiuſſoribus.*
6. *Quilibet iuri pro ſe introducto renunciare poteſt.*
8. *In dubiis ſemper id ſequimur, quod minimum eſt.*
9. *In perſona plus cautionis eſt, quàm in re.*

IN *libr. 11* ad Sabin. Pompon. tractavit ſimiliter *de evict. ſtipul.* quæ prætoria eſt. *l. b. 1. ff. de prætor. ſtip.* Prætoriarum ſtipulationum quædam
1 nudam † repromiſſionem, quædam ſatisdationem exigunt, *d. l. 1.* nudã repromiſſionẽ ſine ſatisdatione exigunt ſtipulationes duplæ, niſi aliud conventum fuerit. *d. l. 1. §. ſtipulationes duplæ.* ideoque idem Vlp. *in l. tutori. 57. ff. de eviction.* docuit emptori duplum promitti a venditore debere

pere non tantùm ſatisdare, niſi id ſpecialiter
actum ſit. Idem ſcribit Paul. *l. 56. ff. eod.* & nu-
per. *in l. non eſt ex ev. C. eod.* Quid ergò ? ſi con-
ventum fuerit, ut ſatisdetur, an venditor pi-
gnus offerens audietur ? Negandum videtur,
quia prætoriæ ſtipulationes perſonas deſide-
rant per ſe intervenientium : neque pignori-
bus, vel pecuniæ, vel auri, vel argenti depoſitio-
nem in vicem ſatisdationis quis fungitur. *l. præ-
toriæ. 7. ff. de prætor. ſtipul.* ſatisdare ſimiliter *in l. 1.
ff. qui ſatisdar. cog.* deſcribitur † quod ſit cavere 2
datis fidejuſſoribus. Nec rectè ſatisdediſſe vi-
detur, qui pignus obtulit : Contrarium tamen
obtinuit in evictionis ſtipulatione. Primò,
quia plus cautionis † in re eſt quàm in perſo- 3
na. *l. noſtra.* vel melius eſt pignori † incumbere, 4
quàm in perſonam agere. *l. 1. §. pignore. ff. de ſu-
perficieb.* Quoniam actio hypothecaria non
tantùm adverſus reum principalem, ſed adver-
ſus quamlibet poſſeſſorem pignoris exerceri
poteſt. *l. pignoris. ff. de pign. & l. hyperh. § item ſervian.
inſtit. de act.* ſed obligat fidejuſſoria neminem
præter, qui fidejuſſit, neceſſitati ſolvendi aſtrin-
gitur, *§ 1 inſt. de obl. § in perſ. inſtit. de act.* parata et-
iam eſt facultas diſtrahendi pignus publica au-
ctione, ſi debitor ceſſat ſolvere. *l. quamdiu. Co-
dic. de diſtract. pignor. l. 1. & 2. Cod. debitorem pi-
gnoris venditorem non poſſe impediri.* Hinc ex-
iſtimatur plus eſſe † pignoribus cavere, 5
quàm fidejuſſoribus. Non obſtat *d. l. prætori. 7.*
quæ

quæ procedit, quando adversarius nolit aliter quàm datis fidejussoribus, sibi cavere, *l.1.§.jubet autem.ff.de coll.bon. l.fin. §.si legat. ff quod legat. r. l. satisdationis.61.ff.de verb sig.* sed dicet aliquis, non dubitari de eo casu, si ultrò velit actor alium cautionis modum admittere. Cùm quilibet ju-
6 re † pro se introducto renunciare possit. *l.si qui in conscribendis. C. de furtis.* Sed dubium est, an creditor cogi debeat oblatum pignus loco fidejussoris accipere, ideoq; ex *d.l.1.§.fin.* respondeo, illa ad quod *d.l.7.* supplenda est, nempè a-
7 liam esse stipulationem duplæ † de evictione, aliam ipsam conventionẽ de satisdatione. Prior prætoria est, altera conventionalis. Illa non ex partium, sed prætoris voluntate interpretationem recipit. Hæc ex præsumta contrahentium voluntate, *l.5 §.conventionales.l.in conventione. ff.de verb. obl.* prætor quoties exigit satisdationẽ non aliam intelligit, quàm quæ datis fidejussoribus absolvitur, *d.l.1.§.stipulatio.§.fin.d.l.7* in conventionali pignoris cautio satisdationis ratione comprehenditur, quoniam, ut in ea tantùm teneatur ad fidejussoriam cautionem, privilegii loco habet, ne re aliqua sua cogitur carere, atq; possessionem amittere, cui juri si ipse velit renunciare, dãdo pignore, meritò audietur. Nam
8 in dubiis id † sequitur quod minimum est. *l. semper.supr.h.tit.* Ratio differentiæ videtur legis dispositio, quæ ad apicem observãda, ut nequaquam cavisse videtur, qui aliter cavit, ac legis vel

l prætoris jussus definivit, *argumento l. qui non cit. infr. h. tit.* Addunt alii, quoniam curam & stodiã pignoris sustinet, creditor obligatur, uod ex contractu debitori. *§. fin. instit. quib. mod. contrah. obl.* sed ex cautione fidejussoria credior non obligatur, cũ stipulatio ex una tantùm arte, teste Cuiac. *in l. 1. ff. de verb. obl.* fit obligatoa, *l. habeo. 19. ff. de verb. sign.* ut ita diverso respeu videri possit, plus cautionis † in persona, 9 uàm in re esse. Potest hæc quoq; ratio addi: ætoriæ stipulationes interpretantur in litium nem, per *d. l. & tit. inst. de satisd.* sed prætor non ult litem ex lite oriri, & obligationẽ ex obligaone, *l. 4. §. aut præt ff. de re iud.* quod fieret, si pinus admitti deberet in cautione judicii sisti, m ratam haberi, judicatum solvi, damnum fecti modi cavere, ut ex modò dictis apparet. ed hæ rationes in stipulatione cautione super victione concepta silent. Ergò & dispositio. d secundum respondetur. *d. l. 1.* in iisdem terninis accipiendam esse, in quibus *d. l. potest. 7.* uoniam ex eadem tractatione depromta est, andem materiam tractat. Neq; etiam perpeuum est, ut satisdet, ad solam fidejussoriã cauionem referat, per *d. l. satisd. 61.* quod etiam Aliat. & alii in eo loco annotant. Sæpè enim in genere accipitur, modò etiam cautio, satisdatio, satisfactio, tanquam synonyma capiuntur.

LEX XXVI. VLPIANVS LIB. XXX ad Sabinum.

Qui poteſt invitis alienare, multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

SUMMARIA.

1. *Socius an invito ſocio partem ſuam rei communis alienare poßit.*
2. *Communio nemini invito obtrudi debet.*
3. *Servitutes ſunt individuæ.*
4. *Nemo debet habere ſocium invitum.*
5. *Quilibet rei ſuæ dominus, habet dominii alienationem.*
6. *Vbi interpellatio non eſt, ibi nec mora.*
7. *Privilegia ad exemplum trahi non debent.*
8. *Qui ius mandandi habet, is quoque ius delegandi.*

INSCRIPTIO hujus legis uberrimè docet, eam ad tractatum de ſocietate referendam, ſi conferatur cum *l. 5. 7. 11. 14. 16. 19. 21. 23 29. 31. 35 45. 47. 51.* Quæſtio ab Vlp. tractabatur, an ſo-
1 cius † invito ſocio poſſit partem ſuam rei communis alienare, ſcilicet extra eam commercii conventionem, quod negandũ videbatur: quia ſervitus ne quidem pro parte invito ſocio vel eo abſente ignorante ab altero ſervo imponi poteſt.

oteſt. *l. unus ex sociis. 34. ff. de serv. ruſt. præd. l. 2. ff. de* *rvit.* Deinde nemini invito communio † ob- 2
udi debet, cùm ex ea lites facilè oriantur. *l. 1. ff.* *mmuni dividundo.* Sed contrarium obtinuit *l.* *mo. 68. ff. pro ſocio*, adeò *in l. 30.* ad Sabin. affirma- erit, nec ejus venditionem impedire, qui pa- us erat, ne intra certum tempus vel incertum vidatur. *l idemque. 16. § fin. verſ. & ſanè. l. ſeqq. ff.* *o ſocio.* Nam pactum illud non contractum ntionis infirmabit, ſed emtori tantùm obſta- it, ne antè dividat, quàm oporteat, quoniam cceſſit in locum prioris ſocii venditor, quan- uam ſi in hoc vendiderit, ut dividatur, vendi- or teneatur pro ſocio. *d. l. 7. ff. pro ſocio.* quia pa- um committitur, non venditio. Nec ob- at, quod de ſervitute imponenda allatum eſt: uia ideò fieri nequit, quod ſervitutes ſint † 3
dividuæ, nec pro parte poſſint acquiri, li- ēt per partes retineant. *dict. leg 2. d. l. unus. ex* *cio. l. ſi communi. ff. de ſervit. ruſt. præd. l. 2 ſtipu-* *tiones non dividuntur. ff. de verbor. obligation.* non tiam obſtat, neminem invitum habere † ſo- 4
ium, quod verum, cùm non ſit locus commu- i dividundo vel diſſolutionis, cujus ſocietatis ontractus adeò ſe non expandit, ut venditio- em impediat. Non etiam obſtat rei cõmunis lures eſſe dominos. *l. meritò. 51. ff. pro ſocio. d. l. 3. l.* *ervi elect. §. 1.* ubi Iaſon latè. *ff. de legat. in-* *fra. l. rectè dicimus 25. ff. de verbor. ſignif.* & quidem ndiviſè. *l. manum. 68. §. 1. ff. de legatis. 2.* ſed

invito eo, cujus res est, nihil ab alio transferr possit. per *l. plus. l. idque nostrum. h. tit.* Verùm concursum socii parte faciunt. *l. si finita. §. cum autem plures ff. de donat. in fine. d. l. meritò.* & cujusq dominium re ipsa non parte restringitur, *d. l.*
5 *nemo. d. l. rectè dicimus.* Sed quisque suæ rei dominus dominii alienationem habet, pro ea quanta, qua sua est, cùm alienatio sit proprium affectum dominii, cuique concessum, nisi expressum prohibeat, *argumento tit. instit. quibus alie. non licet.* Ideoque cùm alter socius nullibi prohibeatur lege, suam partem invito altero alienare licet, & etiam eo ignorante, quod rursus dubium videbatur: quia creditori hypothecario invito debitore pignus vendere permissum est. *l. 1. & 2. Cod. debitorem pignoris vend. imped. non poss.* Sed eo ignorante nequaquam. Cùm denunciatio præcedere debeat, *l. 4. in fin. ff. de pign. actio. l. 4. Cod. de pign. distract.* Et *in l. duo ex tribus. ff. de re iud.* asseritur duos ex tribus judiciis præsentes non posse pronunciare tertio absente & ignorante, licèt eo præsente & dissentiente seu invito rectè pronuncient. Rursus emphyteuta jus meliorationis vendere potest invito domino directo, sed non eo ignorante, cùm illi priùs offerre debeat, an uti velit jure prothymiseos, *l. fin. Cod. de iur. Emphyteut.* Contrarium tamen verius est in socio, cui etiam permittitur ignorante socio vendere, tanquam magis probabile, quia eo quoque

invito

invito alienare licet, quod minus probabile videbatur. Estque argumentum à minori ad majus, de quo supr. *in l. non debet. 21. h. tit.* Nec obstant allegatæ rationes contrariæ, cùm revera nō sint comparata, & in iis peccetur circa attributum. Nam creditor jus vendendi habet, modò ex natura pignoris, modò ex conventione, quando cessat solvere debitor, qui non censetur cessare, quandiu in mora non est, *l. 1. & seq. ff. de distr pign. d. l. 4. quandiu. C. eod.* sed ubi interpellatio non est, † ibi nec mora. *l. nulla. 88. infr. h.* 6
tit. Ergò denunciatio procedat ex natura contractus. Idem respondetur *in d. l. duo ex tribus.* Ratio, ne duo, absente tertio, possint judicare, h. e. quia omnes judicare debent, *l. sicut ff. de arb.* sed qui absens non judicat, sententiam nō dicit, *l. coram. ff de verb. sign.* similiter emphyteuta singulari ea in re legis privilegio utitur, *d. l. fin.* sed privilegia † non possunt ad exemplum trahi, *l.* 7
1. in fin. ff. de constit. principum. Multò minùs ad affectionem comparationis. Cæterùm in socio propriè sunt comparata, invito aliquid facere, & eo ignorante. Sicut etiam in tutore, qui facultatem distrahēdi res pupillares, quæ servando servari non possunt. *l. fin. §. fin. C. de administ. tut.* & in eo, qui mandandi † jus habet et- 8
iam delegandi. *l. 1. ff. de off. eius cui. l. 1. & 3. ff. de iurisd. omnium iudicum.*

LEX XXVII. POMPON. LIB. XVI. ad Sabinum.

Nec ex prætorio, nec ex solemni jure privatorum conventione quicquam immutandum est, quamvis obligationum causæ pactione possint immutari & ipso jure, & per pacti conventi exceptionem. Quia actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc, cum inchoatur actio, inter eos convenit.

SUMMARIA.

1. *Inscriptio huius legis duplex, & quænam.*
2. *Obligationes quævis pactis privatorum informari possunt.*
3. *Quilibet iuri suo renunciare potest.*
4. *Ius publicum quadruplex intelligitur, & quomodo.*
5. *Delicta non debent impunita relinqui.*
6. *Ius ædilitium est pars iuris prætorii.*
7. *Testamentum solemne scriptum quomodo & coram quibus fit.*
8. *Codicilli quomodo à testamento distinguuntur.*

Duplex

DVplex hujus † legis inscriptio reperitur: 1 una, quæ vulgaris, Paul, *lib. 6.* ad Sabinum. Altera, quæ probabilior *in ff.* Pompon. *libr. 16.* ad Sabin. secundùm utramque inscriptionem probabile videtur, ut referatur ad tractatum *de adilitio edicto, & de evictione.* Quoniam convenire potest, ut pro duplæ stipulatione evictionis vel ædilitii edicti nomine interposita, non solùm repromittatur, sed etiam satisdetur: quod si conventum fuerit, non ut in prætoria stipulatione, quæ solennis & publici juris, astringit necessariò fidejussorem dare, *l. 7. ff de prat. stipulat.* Sed liberatur pignus dando, cùm conventio sit privata, ut demonstratur *in l. plures. in re. suprà. hoc titulo.* conveniri etiam potest, ne venditor de evictione. *l. 7. quinimò. ff. de pactis.* neque ex *adilit. edict.* actione, vel quanto minoris teneatur, *l. pacisc. 31. ff. de pact.* Et quomodo hæc paciscitur, aut ipso jure actio de evictione & ædilit. edict. infirmatur, aut quandoque etiam ope exceptionis. Sed nunquam convenire potest, aut rata manente emtione & vendit. pretium consistat in numerata pecunia. *§. 1. instiut. de empt. & vend. l. 1. de rerum permut.* Quoniam ita forma emtionis immutata debet esse ratio. *l. Iulianus. 9 ff. ad exhib.* necesse est contrarium quoque, esse mutata. *d. l. 7. §. quinimò.* ubi Iason & Geil. *in obs. 15. li. 2* Quæritur ergò de differētiæ ratione: ad utrumq; hic Pompon. respondit. Nempè quod quævis obli-

2 gationes † possint privatorum pactis informari, sicut etiam reformari, non tamen ea, quæ jure prætorio aut solenni h.e. civili (quia jus civile, quod prætorio opponitur, solenniter proponebatur olim. *l.2.§ deinde. ff. de orig. iur.*) publice præscripta sunt, formamque rei dederunt. *l. ius publ. l. contra iuris. ff. de pact. l.1.§ pen. ff. depositi. l. cum qui. ff. si certum petatur.* juncta *l. si liberi 17. de pactis*, sed obligationes ipso jure pacta tunc informare docet, si invito actionis adjiciantur. Ergò si ex intervallo, necesse erit, ut ex emptionis ope fiat. *l. pacta conventa. ff. de contrahend. empt. d. l. 7. §. quinimò.* ubi Cuiacius. *& in d. observ. 15. libri secundi.* Duar. *in d. § quinimò*: duo igitur hujus responsi capita sunt. Primò quam-
3 vis quisque † juri suo possit renunciare, *l. si quis in conscribendo. C. de pact. l. fin. §. fin. ff. ad SC. Velleia. l.3. ff. de verb. sign. l. si iudex. 41. ff. de minoribus.* sive imperatore publico ritu constitutum sit lege nostra, nequaquam pacto derogari potest. *d. l. ius publicum. l. 2. §. ius Reipubl. ff. de admin. rerum ad*
4 *civil. pertinent.* Ius publicum † intelligitur quadruplex, jus naturæ & gentium, ut jus sanguinis. *l. ius autem agnationis. ff. de pact. l. abdicatio. Codic. patri. potestate*, de quo in *l. iura sanguinis. supr. hoc titulo.* Deinde, quod publicam na-
5 turalitatem respicit, puta, ne delicta † maneant impunita, *l. ita un. literatus. ff. ad leg. Aquil. l. licitatio. §. quod illicitum. ff. de publ. & vectig.* Tertiò, quod jus rerum publicarum tangit *d. l. 7. §. si pacti-*

paciscat. ff. de pactis. dict. leg. 2. §. ius Reipubl. Quartò uodcunque lex disponit, dando negotio formam seu certam ac necessariam solennitatem, e qua potissima publico jure hic facit *l. testamenti factio ff. qui testamentum facere poss. l. nemo potest l. 1. §. si quis ita ff. de verb. obl. l. prolatam. d l. contra ius.* Iason *in d. l. ius publicum. nu. 1.* Cùm itaq; jus e esse, hoc est, ius gentium jure civili approbaur, ut minus solenne, hoc est, Romanum jus it, *l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur.* Emtio & venditio. olennem essentiam esse voluerit, ut precio fiat ntervenientc, quo ab omnibus aliis contractius distinguatur, minimè id imitari poterit pactis, *d. §. item pretiis.* Sed ne de evictione vel ex edilitio edicto venditor teneatur non modò in ontinenti, sed etiam ex intervallo conveniri otest. *d. l pacisci. d. l. 7. § quinimò. d. l. pacta conventa:* quia etsi ædilitium † jus pars est juris prætorii. §. 6
raetorium, instit. de iur. nat. gent. & civ. tamen ita onstitutum non est, ut evictio vel redhibitio int essentialia emtionis, & venditionis, sed potius effectus, qui pacto infirmari possunt. *l. nostra . tale pactum. l. si unus §. pactus. §. illud nulla. l. in empt. . ab emtione. ff. de pactis.* Sic in deposito solenne essentiale est, ut re interveniente fiat, §. *praterea. instit. quib. mod. re. contr. obl. l. 1. depositi.* adjunctum ejus proprium est, ut tantùm reus custodiat, nō utatur, vel usu dominus fiat, argumento definitionis depositi, *in d. l. 1. l. sacculum. ff. depositi.* Quodvis ergò conveniri possit, ut depositario

 rio

rio uti liceat & consumere, consumtioneq; dominus fieri, cùm nunquã melius custodiat, quã si intelligat rem suam fieri, suoq; periculo, *l. quia si ab initio. ff. de reb. cred. si cert. pet. & l. 1. §. si pecunia. l. 7 §. quoties. l. Lucii. l. die sponsaliorũ. l. publica. ff. depositi.* Minimè enim, ut re nõ interveniente ex nuda parte deponendo, quis depositi teneatur, *d. §. prætereà.* Idem obtinet in pignore, per § *fin. instit. quib. mod. re contr.* Sic contra substantiam mutui, ut plus reddatur, quàm datum est, *l. si tibi decet. ff. de pact.* Non autem contra ejus essentiam est, ut ex re aliena contrahatur, *l. re §. si nummos. ff. de reb. cred. si certum.* Licèt de meo tuum fiat, *l. 2. & 3. ff. eod.* Nec conventio illa improbatur, aut melius, aut vilius in eodem genere, ejusdem tamen quantitatis reddatur, *d. l. 3. l. 7. ff. eod.* prætor publicam ob causam introduxit actionem funerariam, ut quilibet possit repetere impensas funeris ab eo, ad quem res ea pertinet, *l. si quis 12. §. prætor ait. ff. de relig. & sumpt. fun.* pacto ergo hoc immutari nequit, scilicet ne is, ad quem res illa pertinebit, teneatur actione funeraria. Si alius impensas funeris. *l. Neratius 20. ff. eodem.* Licèt remitti possint factæ, per *d. l. si quis in conservando. d. l. si unus §. pacta. ver. sed post admissa.* Prætor introduxit publicè stipulationes prætorias. *l. 5 ff. de verb. obl. leg. 1. ff. de prætoriis stipulationibus.* Quæcunq; igitur ad earũ substantiam pertinẽt, pacto privatorum immutari nequeunt, sed solius prętoris est interpretari, *d. leg. 1. in fin. l. in conventio-*

ention. oblig ff. de verb. oblig. licèt adjuncta, puta repromissiones nudæ possint in satisdationes mutari pactis, *dict. leg. 1. §. pen.* ut in *leg. praced.* demonstratum est. Testamentum solemne scriptum † prætor constituit, ita ut fiat coram 7. testibus, 7. eorum signis confirmat. *§. sed illa quidem § seq. instit. de testam. ordin.* pacto igitur conveniri nequit, ut pauciores adhibeantur, quia hoc modo Codicilli † distinguuntur à testamento *l. fin. de iur. codicil.* Sicut etiam in eo differunt, quod testes in prætorio debeant esse rogati, in Codicillis non æquè: vera igitur est regula, pactis singularia singulorum negotiorum ac rerum, tanquam jura publica non posse immutari, quamvis adfect⁹ eorum adjuncta etiam materialia & propria informare possint. Secundò, an ipso jure vel ope exceptiones possint obligationẽ ad contractũ adjuncta infirmari si quæratur, ita distinguendũ est: aut enim in ipso contractu seu actionis initio, aut intervallo pactum adjicitur, *l. nostra. in fin. d. leg. 6. § quinimò, d. leg. pact. conventa.* in ipso contractu seu actionis initio ipso jure, sicut insunt, ita quoque infirmant obligationem, tam ex pacto actoris, quàm rei, *d. l. 7. §. quinimò.* ubi Cujac. & Geil. *obs. 15. lib. 12.* Nec distinguitur, contractus sit bonæ fidei necne, ut *in l. contractus. circa fin. suprà hoc tit.* per *l. recta. ff. si cert. petatur.* annotatum est, Quod autem est in initio actionis pactũ adjicere. Cujac. Vulgo suum servum, ut apud Iason.

in d. l.

in d.l. 7. §. quinimò. videre est *suprà citatis locis* contendit, illud ipsum esse monumentum, quo inchoatur tractari de contractu ineundi, cum ex monumento incipiat actio quasi nasci: Idque probat per *d.l. 7. § Marcellus § nō puto.* Vnde quod conventione perfecta in continenti, id est ante quam aliud negotium peregrinum, *l. 1 § 1. l. continuus. ff. de verb. obl.* subjicitur contractui, negat inesse contractus, ut cujusdam producat actionem, sed singularem seu propriam, id est, præscriptis verbis, negatq; ipso jure obligationem infirmari. Sed hoc inesse contractui probant multi textus, *d.l.7 §. quod ferè. l. rescriptum. §. si pact. ff. de pact.* ac communiter cum Bartolo *d. l. 7.* & hic id receptum esse testatur Iason *in d.l. lecta. & d. l. 7.* ubi novissimè Duarenus. Nec obstat *d. l. 7. §. Marcellus § non puto.* cùm potius exēpla, quàm ut regula proponatur. Et Duar. probat, ex pacto in pacto in continenti adjectū, sive factū sit initio contractus, sive perfecto negotio, non tamen ex contractu. Sed ex præscriptis verbis, utroq; casu locum habere. Ejusmodi autem pactum in continenti adjectum l. contractus dicitur, *l. 7. §. quinimo. d. l. pacta. d. leg. contractus in verb. legem enim supra h. tit.* Quod pluribus exemplis Cujacius citatis locis illustrat. Cæterùm si pactum ex intervallo, quando scilicet ad aliud peregrinum negotium, post perfectum contractum transitum est, aliusque actus intercessit, adjiciatur ipso jure non infirmanti obligationis qualitatis aut effectus;

us, sed opus est exceptione, cùm ex parte acto-s nequaquam insit, etiam ex parte rei, qui se on aliter quàm exceptionis jure defendere po-st. *d. l. 7. §. quinimò. §. alio. d. l. pacta. d. l. si tibi 10. §. si* ut exemplum in pacto de non petendo, *in d. ad eò. & in dict. §. si quis.* item ne redhibitrio judi-o venditor teneatur. *l. pacisc.* aut evictione *d. l. dicta.* Quanquam actiones ex delicto descen-entes per pactum ipso jure tollantur, quoties œnam subsequũtur, maximè verò vindictam, iis receptum est, propter odium criminum & vorem remissionis pœnæ.

LEX XXVIII. VLPIANVS LIB. 36. ad Sabinum.

DIVUS Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere possunt, condemnandos.

SUMMARIA.

Dos est puellarum nubentium donum & proprium patrimonium mulieris, viro allatum.

Dissoluta affinitate, nulla eius habetur commiseratio.

Privilegia dicuntur quasi ius privantia: hæc quoque non extendi debent. num. 4.

INSCRIPTIO *27. 29. 33* (Nam teste Cujac. illius legis inscriptio viciosa est, & legendum Vlp.

Vlp. *lib. 36.* ad Sabinum) *ff. de iure dot. l.1.l 3.l 7.l. 9.ff. de impensis in res dot. factis l. 33. de don. inter vir. & uxor.* Cum hujus legis inscriptione collata argumento est Vlp. in *lib 36* ad Sabin. tractasse *de*
1 *dotis dat.* Dos † quæ puellarum nubentium donum, teste Ancio seu secundum Vlp. propriũ patrimonium uxoris viro allatum est. *l.3.§.sed utrũ. ff. de minorib.* Seu autore Bart. *in rubri. tit. ff. soluto matri. quemadmodum dos pet. n. 21.* Ius in rem, quã sponsa spõso ejusq; patri dedit pro suscipiendis matrimonii oneribus, vel à patre juris necessitate, *leg. 5. ff. de iure dot. leg. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum*, vel ab alio extraneo, puta matre, *l. neque 14. C. de iur dot.* Bart. *l. 5. §. utrum. ff. de agnos. lib.* Gloss. *in l. 1 ff. de alend. lib.* cognato aliove amico, si à patre promittatur vel constituatur eo nomine ultra id, quod facere potest, conveniri seu exequi non debet, modò exigatur constante patrimonio, ac durante affinitate, *l. pen. ff. de iur. dot. l. ex diverso. ff. soluto matrimonio. quemadmodum dos. pet.* Licèt si actio competat marito
2 propter dotem commissam. Dissoluta † affinitate ejus nulla habeatur commiseratio, *d. l. pen. l. sed hoc ita. 22. ff. de re iudicata.* qua distinet. Conciliandæ *leg. sicut. 21. eod.* cum *d. l. ex diverso.* Quando autem maritus solidum non exigit, quia non potuit, periculum est uxoris, *d. leg. si extra. n. 33. ff de iur. dot. d. l. pen. d. l. sicut. d. l. ex diverso.* Quid ergò si extraneus promiserit dotem donandi animo (nam si ex alia causa promiserit, nequaquam auditur

ditur *d.leg.pen.*) & lapsus sit facultatibus, an-
quam maritus exegerit; an in solidum excu-
:tur, & si hoc non poterit, in culpa erit ma-
:i? Hanc quæstionem tractat Vlp. *d. leg. si ex-
neus.* nempe extraneo indulgendum esse be-
:ficium D. Pii. Nempe neminem qui ex libe-
litate sua, hoc est, donatione convenitur in
us, quàm facere potest, exigendum *l. nostra. d. l.
xtraneus.* Idque adeò obtinet, ut etiam prius
quod in nullis aliis personis conceditur, puta
cio, patrono, quia iis tantùm alimenta dedu-
a relinquuntur. *l. qui in id. l. in condonationis. l.
ter eos. in fin. ff. de re iud.*) deducatur omne æs
ienum. *l. inter eos. §. 16. quoque. ff. de re iud.* Illud
:neficium D. Pii intuendum, ideò ne ex libe-
litate sua quis inopiam sentiat, neque ea quo
ii prodesse voluit, sibi noceat. *l. qui ex donatione
de donat*: Hoc sc. ut in ea donatione prius de-
ucatur æs alienum; ideò obtinuit, quia dona-
rii non sunt æquè veri conditores, ut cæteri,
uibus ex contractu συνάλλαγμα habente quid
ebetur, *d. l. sunt qui in id l. heredat. ff. de re iud. l. ve-
um. §. idquod. ff. pro socio.* facit *l. 10. & seqq. ff. de verb.
g.* Illi certam de lucro captando, hi de damno
itando, *argumento d. l. 10 l. 1. ff. de donat.* Sed du-
ior causa est ejus, qui lucrum facturus, quàm
amnum vitare conatur. *l. in eo 33 l. non debet. 41.
1. inf. h. tit.* | Vnde constat, hanc non magis esse
egulã, quàm quæ *in l. qui in id. cum seqq. ff. de re iud.*
eferuntur, ne dicã privilegia personas nõ egre-
lientia, cùm quasi jus † privantia dicatur mini- 3
mè re-

mè regul. juris efficere, *argumento l. 1. supra hoc tit. l. 1. in fin. ff. de constitut. princip.* ut meritò videatur ex fugitivis esse. Ceterùm ex hac regula Vlpian *d. l. si extraneus.* probat, maritum solidum non exigentem à dotis donatore, qui facultatib. lapsus est, uxori non ultra id teneri rei uxoriæ actione, quàm in quantum id accepit, ideò quia ipsa uxor, cujus nomine dos promissa fuit, donatoris nomine non potuisset plus exigere. Huic objicitur *l. Nescenius. ff. de re iudica.* ubi probatur, si mihi donaturus creditori meo ꝓmittat nō uti beneficio exceptionis adversus creditorem, cui promisit, sed in solidum exigitur: Idem inquit ICtus, in dotis promissore est, Cujac. eleganter dissolvit. *in observ. 17. lib. 1.* Breviter sicut creditor meus, cui te mihi donaturum delegavit, à te nō repelletur aliqua exceptione, quin solidum à te exigat, ille non ex donationis sed promissionis causa agit: ita quoq; vir in solidum exigit eum qui mulieri donaturus marito dotem promisit, quod strictum jus est. Sed tamen si indulgentia usus fuerit, ex æquo & bono nō propterea plus erit uxori obligatus, quod plus potuisset exigere, sed contenta erit cum eo, quod exactum est loquitur *d. l. Nescenius* de jure & actione mariti adversus donatorē. Sed *d. l. si extraneus.* de actione uxoria quia dos repetitur à marito, nec non de periculo à marito vel uxore sustinendo, quæ cùm diversa sunt, non pugnant oppositione. *d. l. Nescenius*, hoc quoque loco objici solet, sed re-

spon-

pon. privilegia personalia seu exceptionē merè personalem obstantem deleganti, non nocere ei, cui facta delegatio, ideò quod privilegia non extendantur, *d.l.1.in fin.ff. de constitut. Prin.* 4
Nec exceptiones merè psonales ad aliud transeant. *l. exceptiones. 7. ff. de except & rep.* ne donator teneatur tantùm in id, quod facere potest, personale beneficium, & merè personalis exceptio. Ergò adversus tertium locum non habet. Bart. & Duar. *in d.l. Nessennius.* Solutioni objicitur *l. mortis causa.31.ff.de mort. causa donat* ubi *in §. jusseris.* Cajus inquit: *Si iusseris mortis causa debitorem tuum mihi*: Cæterùm observandum est, non asserere IC. in quantum facere potuit, ne consecutum, sed quenta præmia solvendo fuit, quod ultimum quadrantem respicit secundùm Azonem, *in summa Codicis in tit. bon. ced. poss.* ne dicam aliud quantum facere potest, aliud qui quantum solvendi est. *d.l. si in id omnibus*, qui non sunt solvēdo, succurritur beneficio, ne exigantur in plus quàm facere possunt, cùm hoc certis personis beneficio indulgeatur.

LEX XIX. PAULUS LIB. VIII. ad Sabinum.

Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere.

SUMMARIA.

1, *Hi tantùm testari possunt, cum quibus testamenti factio est.*
2. *Iuri retrotrahibitionis an hîc locus sit, vel non.*
3. *Furioso est ius testandi, heresq; instituí potest.*
4. *Cuiusq; initium est, à quo cessio incipit.*
5. *Id quod semel meum est, meum amplius fieri nequit.*
6. *Fraus venditoris impunè manere non debet.*

IN *lib.8.* ad Sabinum Paulum ex tutelis & actionibus tutel. tractasse, non solùm materia *l. quia quolibet 27 ff. de contrah. emt* Sed etiam inscriptio *l.4. l.17 ff. de tutelis l.3 ff. de admin. tutor. l. 2 & 4 ff. de tut. & rat. dist.* palam loquitur, ii tantùm
1 † possunt, cum quibus testamenti factio est. *l. 21. ff. de test. tutel.* Quid ergò si quis datus sit, qui tempore mortis vel aditæ hereditatis (quia inde initium capiunt, *l. si nemo. 9 l. si quis. ff. de testamen. tutela.*) deportatus, vel penè servus est, an posteà restitutus vel à pœna liberatus tutor erit; quod affirmandum videbatur, quia restitutus quasi postliminio reversus omnia jura recuperat, *l. si deportationis. 12. C. de sent. pass. l. 3. ff. eod.* & si furiosus tutor testamento detur, rectè dicitur datus, ut tutor sit, si ad sanitatem redeat, *l. si hereditas. 18. § si furiosus. ff. de test. tut.* Sed contrarium obtinuit, cùm tempore dationis nequaquam cum eo fuerit jus testandi. Similiter quærebatur, an tutor datus à magistratu, qui jus dand habet, qui tempore donationis ejusmodi est ne pos-

ne possit tutelam administrare, si impedimentum cesset, posteà possit tutelã suscipere, quod similiter affirmandũ videbatur, cum animo minorem debeat habere præstantẽ magistr. quàm paterfam. privatus. *Argum. l. nõ potest. 199. inf. h. tit. l. ille à quo. ff. ad SC. Treb.* Sed utroq; casu contrarium placuit: Priori ideò, quia restitutus tantùm recuperat ea, quæ habuit tẽpore deportationis, *l. l. si deportatus.* quę potuisset medio tempore habere nequaquam, nec eo tempore fuit cum illo jus testandi, cùm civis deserit esse, quod reviviscere nequit, cùm juri retrotrahibitionis † hic non est locus. Posteriori ideò, quia datio tutoris est actus legitimus, qui vitiatur in totũ per temporis vel conditionis adjectionem, *l. actus legitimus. in fin. h. tit.* Nec obstat *d. l. 10. §. si furiosus. ff. de testam. tut.* quia cum furioso † jus testandi est & hæres institui potest, *l. fin. C. de cur. fur.* Ideoq; ab initio, potuit valere, & tacitè sub cõditione censetur facta, scil. si ad saniorem mentem reversus fuerit. Cæterùm in deportato, & qui à magistratu dabatur inutiliter, initio non valuit. Ergò & post factum convalescere non potuit. Hoc Paul. probavit regula Catoniana, quæ hic posita est, nempe quod ab initio est, &c. *l. 1. & 3. ff. de reg. Caton. §. sed si rem. §. ex contrario. Instit de legat. l. cætera. 41. §. 1. ff. eod. lib. 1.* Initium † cujusque est, à quo incipit cessio, *argumento l. cedere diem. ff. de verb. sig.* Ideoq; regula Catoniana, & quæ pura vel à die in diẽ facta sunt, vitiosè ab initio infirmat,

Marginal numbers: "2" beside "...retrotrahibitionis † hic", "3" beside "...furioso † jus testandi est &", "4" beside "Initium † cujusque est, à quo".

etiam ex post facto: Si verò futurum quoddam negotium sub cōditione dispositū, ut si ea conditio existat, negotium capiat initiū, licèt tempore dispositionis, si purè fuisset factū, initium capere non potuisset, tamen si tempore existentis conditionis inveniatur tale, ut possit initium capere, & valere, non impedit Regula Catoniana, quin valeat, quippe tempore inchoati negotii res est ejusmodi, ut minus purè possit fieri. Hinc *in d.l.1.* Cels. respondet, regulā Catonianā in quibusdā falsam esse, scil. in cōditionalib. negotiis & dispositionibus, qa placuit, inquit Ulp. *in l.4. ff. de reg. Caton.* in cōditionalib. regulæ locū non esse, scil. ne ante ejus adventum initii ratio habeatur, pòst habeatur, *d.§. sed si rem. d.§. ex coli tur. d.l. cætera. 41.§. 1.* Quæ regula etsi tantùm de legatis concepta fuerit ad stipulationes tamē, ad contractus, aliaque negotia posteà accommodata est. Hinc si purè res mea apud me deponatur, vel mihi vendatur, sicut inutilis ab initio est contractus, sic & ex post facto non convalescit *l. neq; pignus inf. h. tit. l. quā rē ff. depositi l. qui rem. C. locati.* nisi sub cōditione facta hęc fuerint, qa sperabatur fortè, meū esse desinere, *l. existimo. 61. C. de contrah. emt cum simil.* Idē in stipulationibus juris *l. nemo 87. l. si rem tradiā 28. l. si rē 31. ff. de verb.*
5 *obl.* Quia cum id, quod semel meū est, † amplius fieri nequeat, *l. mo. ut exvl. inf. h. tit. l. 3. §. ex plurib. ff. de acquir. poss.* impossibilitatem quandam hæc stipulatio continet. Cæterùm quod possit sub condi-

conditione stipulari res, aut propria, aut commercio exemta, necesse ut honestatẽ prę seferat, propter *l.7 §.ait prætor ff.de pactis. cum sim.* Itaque cũ inhonestũ sit, rebus divino cultui dicatis, vel religioni, vel libertati hominis inhiare, tum ꝗ Deum ejusq; cultũ spoliare videantur, tũ quod etiam id auferre conemur, quod natura ipsa cunctis largita est, minimè res sacræ, religiosæ, sanctę, liber homo, vel servus liber factus, in stipulationẽ etiã sub cõditionẽ deduci possunt, ut debeantur, si per hanc aut servi esse incipiant, *l. inter stipul.§.sacrã §.seqq l.liber hom.103 ff.de reb. obl. §.1.inst de inutil.stipul.* Adeò ne etiam æstimat. debeatur, *d.l.liber home.* Quod etiã in venditione aliisq; cõtractib. verũ esse existimo, per *§.fin.inst. de emt, & vendit.l.4.ff.de contrah.emt.l.cum servus 39. §.constat.ff.de le.1* nec obstat *l.liberi hominis.70 ff.de contrah.emt.* q̃a intelligit eatenus valere liberi hominis emtionẽ, ut emtori rata sit actio emti pro precio recuperãdo, si datum sit, unà cum interesse, vel saltem ad interesse, cùm fraus † vendito- 6
ris non debeat impunè manere. *l. 1.ff. de act.emt, d.§.fin.* Quod tamen in stipulationem peti non potest, cùm illud in stipulationem, quod stricti juris est, non sit deductum, nec aliud actum, quàm ut faciat stipulantem dominum. Glos. *in d.l.liberi hominis.per l si ita.25.in fine. ff. de contr.emt.*

LEX XXX. VLPIANVS LIB. XXXVI. ad Sabinum.

NUPTIAS non concubitus, sed consensus facit.

SUMMARIA.

1. *Solennitates nuptiarum quæ.*
2. *Nuptiarum definitio.*
3. *Contrahentium sola voluntas & expressus consensus nuptias efficiunt: nec parentum consensus in iis adeo necessarius est.* num. 4. *secus, ut in* num. 7.
5. *Contemplatio publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur.*
6. *Matrimonia debent esse libera.*
8. *Nuptiæ sine parentum consensu etiam subsistere possunt.*

SVPRA *in l.28. Divus Pius.* demonstratum est, Vlp. *in lib. 36.* ad Sabinum tractasse de dotis datione & promissione, quæstio hereditatis in eodem libro proponebatur, quidã puellæ 100. legavit dotis vel non dotis nomine, si in familia nupsisset: quærebatur, quando non extiterit conditio? Dicendum videbatur non antequam, si ritè essent omnia peracta, hoc est, si omnes solennitates intervenissent: aliàs enim non sunt nuptiæ. *§. 1. institut. de nupt.* Quamplurimas autem

tem † solennitates veteres adhibebant. Primùm apud Romanos more fuit, ut nuptiis contrahendis, auspices adhiberentur, Cic. *lib. 1. de divin. & orat. pro Cluentio.* Servius *lib. 1.* Vnde & Christianorum ritus profluxisse videtur, in exordiendis matrimoniis auxilium summi rectoris implorare, & in templum deducere nubentes. Deinde, tabulæ nuptiales interponebantur, Vlp. *in fragm. tit. 3.* Tertullian. *lib. 2. ad uxor & lib. unico de virginibus velandis:* Licèt recentiore jure placuerit: nuptias etiam esse sine scriptura vel instrumento nuptiali. *leg. si vicinus. leg. neque sine. Codic. de nuptiis.* receptis iis, quæ reservantur *in leg. imperialis. Codic. eodem. & novell. 117.* Tertiò, testes adhibebantur, qui tabulas nuptiales subscribebant & obsignabant. Tacitus *lib. 2. de morib. Rom.* Et nuptiæ manuum dextrarum consertione confirmabantur. Tertull. *in d. lib. de virg. veland.* immisso annulo sive gemma in digitum puellæ, qui minimo est proximus, Donæus *in Andr.* Terent. Et hæc fiebant, si viduæ essent die festo, non etiam si virgines. Quartò, nubentes caput flameo seu velo luteo cooperiebant, autore teste: Vnde nuptæ & nuptiæ dictæ, autore Varrone, veteribus nubere fuerit operire faciem, *cap. 30. quæst. 5.* adhibita aqua & igne, *leg. penult. ff. de donation. inter virum & uxorem.* & priusquam aqua & igne acciperentur. Quintò, tres pueri patrimon. aut matrimon. adhibebantur, unus qui

patrim. aut matrim. adhibebantur, unus qui facem præferret, duo qui nubentem tenerent, & hodiè Evariſtus Pontifex in alibi *30, quaſt. 5.* expoſcit, ut nova nupta à paranymphis cuſtodiatur. Auguſt. *lib. 6. de civit. Dei cap. 9* Sextò nova nupta in domum mariti deducebatur. *l. cum hic ſtatus. § pat. ff. de donat. inter vi. & leg. 5 ff. de rit. nupt. dict. leg. cum fuerit.* Et quidem noctu ſeu veſpertino crepuſculo. Plura in problemat. ubi cùm adlimen perventum, venerat nubens, ungebat poſtes oleo, & pictis ornabat, vnde uxor quaſi unxor dicta eſt. Plin. *lib. 28. cap. 9* & ingrediens diligenter cavebat virgo, ne limen attingeret, tum ne à ſacrilegio inciperet, quoniam limen Veſtæ Deæ ſacrum erat, tum ut teſtaretur ſe domum mariti ſpontè non exituram, & quod ſciret, ſe ibi virum paſſuram, & pudicitiam amiſſuram. Plutar. *in problemat.* Servius *ad Eclog. 8.* Virginem ita deductam monogamæ mulieres, quæ pronubæ erant, ingeniali toro novam nuptam collocabant, Catul. *in carm. nupt. Iuliæ & Manilii*: utrisque in toro collocatis ante thalamum ſeu cubiculum, virgines choreas ducentes & magna vi pedibus terram quatientes, canebant hymnæos, invocantes Thaſſium: interim ſponſus cingulum ex lana confectum, quo ſponſa præcingebatur, in lecto ſolvebat, ut Sextus Pompe. Nuptiis ita conſumma-

ummatis convivia parabantur nuptialia & repotia. Gell. *libr. 2. noct. nupt. cap. 24.* Nuptialiaque dona cognati & alii ad nuptias accersiti afferebant. *l. inter donum. ff. de verb. sig. l. 14. § in solvendo. ff. de admin. tut.* Videbatur ergò non nupsisse in familia, antequam hęc omnia intercessissent. Maximè cùm nupsisse sit præteritum perfectum. Verùm Vlpian. cùm solennia illa, & ritus nuptiales non essent de earum essentia, sed potiùs adjuncta quædam propria, quæ non ad perfectionem, hoc est, formam essentialem, sed consummationem, hoc est, effectum spectant, *in l. cum fuerit. ff. de cond. & demonstr.* respondit, si fuerit puellæ legatum, si in familia nupsisset, statim atque ducta esset uxor, quamvis nondum in cubiculum deducta, conditionem extitisse. Rationem subjecit à causa efficiente nuptias, non concubitus: Vnde ex *d. l. cum fuerit 15.* hæc regula depromta creditur. Cui respondet textus *l. fin. C. de repud. l. 2 ff. de rit. nupt. §. nuptias itaque. Novell. 22. de nuptiis. coll. 4. § illud. Novel. quib. modis nat. effic. legitim. col. 6.* dum locum extra *de spons. & matrim. si non sufficiat. 27. quæst. 2.* sicut ergò in emtione & venditione consensu ac pretio emtio ac venditio perficitur, nec requiratur numeratio & traditio, quo ad formam contractus absolvendam, *§. 1. & 2. instit. de empt. & venditio.* ita quoq; nuptiæ consensu animorum perficiuntur. Vnde *in §. 1. inst. de patr. potest.* nuptiæ † definiuntur, conjunctio scilicet animorum

 morum

morum. Nam corporum conjunctio hominib. cum animalib. cōmunis est. *l. jus aut. nat dist. 1. § 1. inst. de iur. nat. gent.* sed animorū conjunctio cùm propria sit hominū, efficit, ut inter homines tātùm nuptiæ cōsistāt. Quanquam legitimo concubitu ritè consumentur. *c. debit. de Big. c. ex. publ. ext. de cōvers. conjug.* Vnde dicerē, si hodie sub hac conditione legatū esset puellæ, si nupsisset, eam extitisse statim, si sponsalia de præsenti essent publicè contracta, cùm parum aut nihil à nuptiis distent. Primùm autem hic notandum, consensum requiri expressum, sive verbis, sive literis fiat, modò non sit expers negotii. *c. cum apud. extr. de spons. & matri. l. qui id quod. §. mutus. ff. de donat.* At verò consensus in animo retentus, nihil operatur, ut nec, qui non seriò, sed per jocum exprimitur, *argum. l. 3. ff. de oblig. & actio.* Se-
3 cundò, ex hac lege notandum, solam † contrahentium voluntatem ac consensum expressum
4 nuptias efficere, nec parentum consensum † ad causam efficientem vel formam nuptiarum, sed tantùm ad qualitatem matrimonii, necessariam licèt, pertinere, etiamsi contēdatur vulgò, non esse nuptias sine consensu parentum. Primò enim constat de jure civili tueri matrimonium adversus patriam potestatem, ne benè concordantia matrimonia turbentur. *l. 1. ff. de lib. exhib. & Paul. lib. 2. recept. sententiar.* eorum, inquit, qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia jure, hoc est, justè, ut effectum habeant,

unt, respectu patriæ potestatis, non contrahuntur, sed contracta non solvuntur. Contemplatio enim publicæ † utilitatis privatorũ commodis præfertur. Præterea definitio vim & substantiã rei, de qua agitur, breviter exprimit, *l.1.§.1. ff. de dol. mal.* sed definitio nuptiarum consensus patris non meminit *in d. §. 1. & l. 1. ff. de rit. nupt.* Igitur ad vim & substantiam matrimonii consensus patris nõ pertinet. Deniq; matrimonia † libera esse debent. *l. Titia. ff. de verb. obl. l. nec si ũ. l. nec ab initio. C. de nupt.* quod utiq; non conveniret, si patris cõsensus expectandus esset, *arg. l. ille. supr. h. tit.* Nec obstat, *§. 1. inst. de nupt. l. 2. ead. cum simil.* non n. de substantia & efficiente causa principali, sed de adjuncto necessario loquitur, propter quod nuptiæ illę habeant effectum respectu patriæ potestatis. Ratio juris civilis, cur tantùm parentum, qui liberos in potestate habebant, cõsensus requiritur, hæc erat, quia nati ex liberis, quos in potestate habem⁹, necessarii, an sui heredes fiũt, *§. 2. inst. de her. qual. & diffe. d. l. 1. § fin. & seqq. inst. de her. quæ ab intesta. l. in suis. ff. de li. & postum.* sed nemini invito suus heres agnosci debet, *§. sed si quis. instit. de exception.* Quæ ratio civilis cũ non efficientẽ causã respiciat, sed qualitatẽ, minimè inferre debet, patris cõsensũ esse substantiã matrim. Hinc etiam civilis emãcipatio facit, ut patris cõsensus in nuptiis filiorũ nõ requiratur. *l. filius, ff. de rit. nupt.* Ex quo rursus infertur etiã naturali ratione requiri necessariè ad per-

5 6

ad perfectionem nuptiarum, consensu pa-
7 rentum, cui accedit, quod matris consensus †
nullibi requiratur, nisi pudoris gratia adhibere velit vel reverentiæ causa, *l.1. C. de nupt.* licèt parentum par & una sit conditio, *l. parentes. ff de in ius vocando l. 2 C. eod.* quod ergò in matre erit, idem in patre. Vnde *in d. §. 1.* verba, naturalis ratio, interpretātur de æquo & bono necessitatē, non in potestate, idem etiam asseritur ad inter-
8 pretationem *l. 2.* Nec de jure divino adeò requiri: quia etiam sine consensu † parentum nuptię subsistāt, probatur exemplo Tobiæ, *Tob. 7.* Exemplo Esau, *Genes. 27.* qui duas uxores assumsit, quæ exacerbarunt animum Isaac. & Rebec. eò quod absque consilio patris & matris duxisset filius, attamen prognati liberi fuerunt justi & legitimi, quia principes exstiterunt, *Gen. 36.* Nec alibi in sacris literis expresè jubetur, ut consensus parentum adhibeatur ex necessitate. Nec movet *cap. 7. Deuter* ubi Moises, filiam, inquit, tuam non dabis Cananæo, nec filiam illius accipies filio tuo, prohibet ibi levitatem nubentium, ne cum impiis, aut populis exteris nuptias contrahant. Sed si quid horum factum erit, impediatur autoritate patria, sive filii sint emancipati, sive non. Ergò à contrario permittit eis coiri cum piis & honestis, ne locus sit imperio patris, aliam rationem, nempè Cananęos fuisse execratos populos & idololatrię deditos; ne igitur Israeli, quorum promissio erat

per

per nuptias Canan. semen suum promissione eximere, ut aut idololatriā in populo DEI excitarent, hanc prohibitionem à Mose esse præscriptam, quæ cessat, ubi ratio prohibitionis cessat. *argumento. c. cum cessante. extr. de appell.* Ad *cap 7.1. Corinth.* ubi Paulus, qui nuptum elocat, inquit, benefacit: respond. non esse preceptum sed consilium, & Apostol. maximè eò respicere, quod virgines ob naturalem pudorem non soleant sibi maritos eligere. Ideoque patrem debere incumbere, ut filiæ, ne uratur, maritum eligat. *Can. honoratur 32. qu. 2. §. si verò. unquam. Novell 115 Vt cum de appellatione cognoscitur.* Nec monet 4. præceptum decalogi. Etsi n. omissio reverentiæ à DEO puniendo inducat: ipsam tamen substantiam matrimonii non tollit. Quod si verum est de jure naturali, civili & divino, multò magis de jure Canonico, quod pluribus hic Decius explicat. Et licèt quidam subtiliter ad d. caput respondeant per §. *legitimè.* hoc est, secundùm leges, propter l. aliter *30. ca. qu. 5.* tamen cùm legitimum in jure Canonico in primis ad jus naturale & divinum referatur. *argumento. cap. 1. & 3 ext. de pact. c. etsi Christus. ext. de iureiur.* nec non recentiores textus expresè cōsensum patris de necessitate non requirant, puta, *c. veniens. extr. de sponsalibus. c. per tuas. extr. de condit. appos.* minimè eam respons. reluctare existimo. Cui accedit, in spiritualibus patris consensus exigendus non est, *cap. ult. de iud. in 6.* Sed matri-

matrimonium eſt ſpirituale. *c. debitum ext. de bigamis.* Ergò jure Canonico non requiritur cõſenſus patris. Verũ igitur manet, hic cõſenſum interpretati de ſolo contrahentium conſenſu. Vera quoq; manent, quæ Decius hic tradit, de correctione juris civilis, ſeu de non exheredandis liberis, qui citra conſenſum patris nuptias contraxerunt. Exploſa Coraſii *in cap. 17. li. 1. Miſc.* opinione contraria. Verum quoq; manet, corporum conjunctionem non pertinere ad ſubſtantiam matrim. plura apud interpretes. *inſt. in tit. de nupt.* & Anton. Gubertum *in tract. de ſponſ. & matrim.*

LEX XXXI. VLPIANVS LIB. XLII. ad Sabinum.

Verum eſt, neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſe tollere: quod enim impoſsibile eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, ut utilem actionem aut factum efficere poſſit.

SUMMARIA.

1. *Pacta contractibus inſint, & exceptionem pariunt.*
2. *Nemo ad impoßibile obligari poteſt.*
3. *Id quod factum eſt, infectum fieri nequaquam poteſt.*

EX

EV *lib.42.* Vlp.ad Sabin.translata eſt, *l.50.ff.de pactis.l.31.ff.de evict.l.15. ff. de præſcri. verb. l. general.26.ff.de verb.obl.l.174.ff.de verb.ſig.* In quibus de poſſibili & impoſſibili in cōventione deducto diſputatur. Dictum eſt *in l. contract. & l. nec ex prætorio.ſupr.h.tit.* pacta interdum † ineſſe cōtractib.interdum exceptionē parere. Sed ſtipulationes producūt actiones. § *1.inſt.de verb. obl.l. ſtip.74.l.ſeq.ff.eod.* Et ideò ſicut pactum in continenti appoſitum ipſo jure modò reformat vel mutat, modò infirmat contractum ex poſt facto adjectū, ope exceptionis, ut *in d.l. nec ex prætorio.* demonſtratum eſt. Ita quoq; ſtipulatio interdum prorſus tollet præcedentem obligationem, puta per acceptilationē. *§.item per.inſt.quib. mod.toll.obl.l.1.ff.de acceptilation.* etiā transfert obligationem per novationem. *l 1.ff.de novat.§.præterea.inſt.quib.mod.toll.obl.* vel quaſi, *l.obligat.ferè. §.fin.ff.de obl.& act.* Quid ergò, ſi impoſſibile ſtipuletur vel paciſcatur, an infirmata erit obligatio, vel mutata, ut poſſit aliam producere actionem, ſtipulatio ipſa inutilis eſt, ut & partim cùm nemo poſſit † ad impoſſibilia obligari. 2 *c.nemo poteſt. de regul.iur.in 6. l.ſi ſtipuler. ff. de verb. obligat. l. ſi heres. §. 1 ff. de ſtatu hominum.* Hinc non immeritò dubitabatur, an valeret ſtipulatio vel pactum, ſanum eſſe, furem non eſſe, vispellionē nō eſſe: quia ſi quis in hac cauſa eſt, impoſſibile cenſetur quod permittitur. *l.ſi ita quod 31.ff.de evict.* impoſſibilitas illa inde pendet,

det, quia furtum factum & nudatio corporum pactis aut stipulationibus non magis tolli potest, ne sit, quàm morbus, quem nulla conventio, sed sola medicina fugat, sanè hoc omninò verum est, ne scilicet pacisci possit, cum desinere furem esse, qui semel furtum commisit, adeò ne ex illa conventione actio oriatur, quæ agatur adversus promissorem ut efficiat, ne servus venditus fur sit, ne sit vispellio, ne sit morbosus. *l. natur.* Attamen eatenus utilis est conventio, ut emtor seu stipulator possit agere ad interesse utili actione talem esse. *d. l. si quis ita. 21. l. non impossib. 10. ff. de pact. l. aliud est. 174. ff. de verb. sig. l. si furtum. 52. ff. de ædilitio edicto.* Ratio, ne detur actio ad removendum factum, quod abesse promissum erat, *in princ. h. l.* annotatur. Cur verò ad interesse detur utilis, ea est ratio, quia loco illius, quod abesse videtur, venditor tacitè se ad interesse obligasse creditur, quasi dixisset, si aliter fuerit, tanti tenebor, quanti tua interérit. *d. l. si ita perf. l. 1. ff. de actio. empt. l. si qui procurator ff. si quis caut. iud sist. l. si venditor. ff. de ædil. ed. ct.* quippe interesse succedit in locum facti. *l. si insulam. ff. de verb. obl. §. ergò. §. si quis. inst it. de inut. stipul. l. stipulation. non dividuntur. ff. mod. d. l. 1. ff. de act. empt.* Non autem obstat *l. an inutilis. §. fin. ff. de accept. l 5. ff. de verb. oblig.* quod stipulatione non tantùm, quæ juris civilis, sed quæ juris gent. sunt, συναλλάγματα possint tolli. Sed contractus sunt facti. *l. consilii. ff. de curat. furio.* Quod enim

facti

facti sint contractus initio eorum inspecto verum est, sed si producant obligationes, quæ in matrimonio sunt. *l. nominu. l. 49. ff. de verb. sig.* magis juris quàm facti censentur. *l. si unus. § pactus. l. nec servus. ff. de pactu.* Tolluntur igitur stipulationibus per acceptilationem ea, quæ juris sunt, h. e. obligationes ex cōtractu ortas, & ita per cōsequentiam contractus, nō autē ipsum factum. Cæterùm regula, quod factū † infectum nullo 3
modo fieri queat. *l. natur. § 1. vers. quæ igitur. Nov. de æqual. dotu. & don. propter nupt. coll.* adeò vera est, ut jus etiā postliminium fingere possit, factum non esse, quod factū est. *l. in bello. § facta. ff. de cap. & postlim. revers.* quia color fingendi, quem jus in fictionib. semper adhibet, ut dictū est *in l. 7. supr. h. tit.* omninò in factis deficit, solūmodo locum sibi vendicant in iis, quæ juris sunt, nec veritus sit Bart. *in l. non dubium. C. de ll.* & Bald. *in l. fin. vers. ius à factis C. eod.* asserere, nec DEUM omnipotentem efficere posse, ne sit factum quod factū est, nec impietatis propterea argui potest, quo materia factum esse, & idem infectum esse implicat contradictionem omninò contrariam, ut alterum sine altero negato verum esse nequeat, unde contra naturam Dei, qui mentiri nequit, esset, quoniam veritas sine mendacio infectum fieri potest, quod factum est. Plures rationes adducit Wolf. Musculus *in locis com. loco de omnipotentia* DEI. *in loco an Deus possit omnia.*

M LEX

LEX XXXII. VLPIAN. LIB. XLIII ad Sabinum.

Quod attinet ad jus civile, servi pro nullis habentur: non tamen & jure naturali: quia quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales sunt.

AD hanc l. referenda sunt, quæ annotantu *in l. in person. 22 supr. h. t.*

LEX XXXIII. POMPON. LIB. XXII ad Sabinum.

In eo, quod vel is qui petit, vel is, quo petitur, lucri facturus est, durior causa est petitoris.

SUMMARIA.

1. *In pari causa potior debet haberi possessor.*
2. *Possessio ab onere reprobandi semper liberatur.*
3. *Nemo cum alterius iactura locupletior fieri debet.*
4. *Ius vigilantibus, non dormientibus scriptum est.*
5. *Causa possidentis semper melior est, cùm de lucro duorum certatur.*

IN *lib. 22.* ad Sabin. Pompon. de donat. titulis qu

que possessionum egit, ut videre est *in l. 3. ff. pro suo.* Notum est donatorem uti privilegio, ne in plus teneatur legatarius, quam facere potest, *l. Divus. sup. h. tit.* ac prius deduci æs alienum, ut ibidem declaratũm est. Si itaque plures donatarii concurrunt, an ne tempore priorũ donatio deducetur, unà cum creditis? Nequaquam, vel fiet redivisio, ut fieri solet inter creditores, *l. 6. C. de bonis aut iud. poss.* quod magis est inter ipsos solos donatarios. Quid ergò, si quædam res donatæ quibusdã traditæ sint, propter quas desinit donator alteri solvendo esse, an actioni revocatoriæ seu Paulianę, de qua *in §. item si quis. inst. de act.* locus erit? Minimè cùm illa actio locũ habeat, ubi de damno vitãdo agitur, sed donatarius lucrum captare studet, *arg. l. 1. ff de donat. § alien. in st. eo.* Quod si concurrãt, sed alter occupet possessionẽ priùs, an adversus eum alter actionẽ habebit, vel condictionem? Minimè. Nam cuiq; noceat mora, *l. in condemn. 173. infr. h. t.* ejus qui ex eadem causa debetur, qui occupãt priùs, melior erit conditio, *l. inter eos. ff. de re iud.* sibiq; vigilasse dicetur. *l. quia. §. apud Labeonem. l. illud. ff. quæ in fraud. cred.* Et generaliter Ulp. *lib. 9.* ad edictũ, in quo de familia hercisc. & de communi dividũdo actionẽ tractavit, ut arguit inscriptio *l. 2. 6. 8. 12. 16. 18. 20 ff. famil. hercisc. l. 4. 6 ff. comm. div.* in pari, inquit, causa patior † haberi debet posses- 1
sor, *l. in pari. 128. infr. h. tit.* quæ etiam ex *19. l.* Ulp. desumta est, eoque spectat, ut si rem, quam pos-

 sideo,

ſideo, tu, qui à communione provocaſti vel actione familiæ herciſcundæ experiri cœpiſti, contendas hereditariam, vel ego concedam quidem hereditariam, ſed te non eſſe heredem dicam, vel mihi prælegatam, potior ſim poſſeſſione, quàm tu, nam occupavi, donec te vel heredem, vel rem hered. aut eã tibi mecum communẽ eſſe probes. *l. fundu. §. ſi ego fam. herc.* Sem-

2 per enim poſſeſſio † ab onere probãdi liberat, *l. ſive. C. de prob. l. circa. l. quotiens. ff. eod. l. qui accuſare. C. de edendo l. 2. l. fruſtrà. 8. l. ſive. C. de prob.* Nec in dubio violẽta præſumitur poſſeſſio, quæ, ut dixi, ab onere probandi non relevat, *l. vu. 15. C. eod.* ſic interdicto uti poſſidetis qui vincit, ſolus in poſſeſſione tuetur, qui ab altero ſc. actore, neq; vi, neq; clam, neq; precario ſe poſſidere docuerit, *l. 1. ff. uti poſſidetis.* donec alter de damno doceat, *d. l. 1. §. inter litigatores.* Cæterùm ubi alter de lucro captando contendit, alter verò de damno vitando, vel uterq; de lucro, longè major eſt ratio poſſeſſoris, vel qui onerosa lite agit, quã qui lucrum ſpectat, nec tamen attenditur poſſeſſio, quàm cauſa petendi. Et ſemper probandũ erit, qui lucrũ facturus petit, ſive ab eo petatur à debitore damnũ vitare conante, ſive ab eo, qui æquè lucrum facturus eſt, ejus deteriorẽ eſſe cõditionẽ, unde in lege proditũ eſt, ut indiſtinctè revocẽtur donationes ab eo factæ, qui hoc modo deſinit ſolvendo eſſe, nec attenditur, an ſciente eo, cui donatum eſt, geſtum ſit, nec an re & con-

: consilio fraudati sint creditores, sed tantum an fraudentur creditores etiam reum, *l.5.§. nulls modo. ff. quæ in fraud. creditor.* Ratio, cur hoc casu potiùs attendatur causa petendi, quàm possessio, hæc est, quia si cum eo concurrat, qui de damno vitando agit, vincitur fortiori jure scilic. favore, qui vult neminem † cum alterius 3
iactura locupletiorem fieri, *l. nam. l. nat. ff. de con dict. indeb.* quod utique fieret, si lucrativus possessor qui creditori præferendus esset, cui forsan rei pretium abest: Et hic favor adeò privilegiatus est, ne etiam ei, qui de damno vitando contēdit, noceat juris ignorantia. *l. iuris. 7. & seq. ff. de iuris vel facti ignorātia.* Si verò ab eo petat, qui simul lucrum facturus possidet, ideò duriorem causam, quia gaudent possidentes, lugēt petentes & in pari causa potior est possessor, *d. l. in pari. ubi gl.* quia cùm jus vigilantibus † scriptum 4
sit, merito cōmodo utetur, qui prævenit alium in eadem causa. *d. l. qui aut. §. apud Labeo. l. pupillus. 4. §. fin. ff. quæ in fraud. cred.* Huc pertinet, quod Vlp. *in l. nemo. 1. § fin. infr. h. tit.* respondet, scil. cùm de lucro duorum certatur seu quæritur, melior † est causa possidentis, quæ referenda est ad *tit.* 5
de pet. her. ut arguit inscriptio, collata cum *l. 5. 9. 11. 13. 18. 17. 20. 23. ff. de pet. her.* ideoque si quis pro herede possideat vel pro possessore, etiamsi nullam aliam causam dicere possit, quàm quod possideat. Tamen nō ante ex possessione exire cogitur, quàm si actor intentionem suam proba-

verit,& usus sit petitione hereditatis. *l. pro hered. l. nec ullam. l. regular. 9. ff. de petit. her.* Et interim de rebus frugaliter vivere potest, *l. item veniunt. §. pridie. ff. eod.*

LEX XXXIV. VLPIAN. LIB. XLV. ad Sabinum.

Semper in stipulationibus & cæteris contractibus id sequimur, quod actum est, aut si non appareat, quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est.

SUMMARIA.

1. *Id in omnibus contractibus inprimis sequimur, quod actum est.*
2. *Usura in bonæ fidei contractibus veniunt ex pacto: in strictis vero stipulatione interposita.*

SICUT *l. semper in obscuris. supr. h. tit.* ut propriè ad legatum pertinebat, ita propriè hoc loco
1 ad stipulationem & contractus. In omnibus † contractibus id inprimis sequitur, quod actum est, pu ta

st, puta in bonæ fidei contractibus tamen veniunt † usuræ ex pacto, *l. bona fidei. Cod. de usuris.* 2
n strictis judiciis non aliter, quàm stipulatione interposita. *l. lecta. ff. si certum petatur. l. 1. quamvis. l. Cod. eod.* Quod si non appareat, quid actum sit, veniunt in bonæ fidei judiciis ex more. *l. 1. l. more. §. in bona fidei. ff. de usuris.* causæ scilicet, quę in regula frequentantur, *d. l. 1.* cujus usus si varius fuerit, veniunt leviores, *d. l. 1.* sed in strictis judiciis ex more non veniunt. *l. quod in stipulationibus. ff. eod.* sed tantum quod revera inter est, *l. ult. ff. de prætor. stipul.* quod ad justum pretium in regionib. frequentans accommodatur. *l. pretia, rerum. ff. ad leg. fal. l. in action. 5. §. fin. l. seq. l. penult. ff. de in lit. iur.* qui si similiter obscurus fuerit, vel varius, pretium minimum attenditur, *d. l. ultim.* Atq; illud, quod in hac lege innuitur, de cujus explicatione & usu uberiùs *in l. 9. supr. h. tit.*

LEX XXXV. VLPIAN. LIB. XLVIII. ad Sabinum.

Nihil tam naturale est, quàm eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est. Ideò verborum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur.

SUMMARIA.

1. *Acceptum ferre est confiteri accepisse, quod acceptum non est.*
2. *Definitio acceptilationis quæ, & quomodo ea fit.*
3. *Pacta quibus verbis solemnibus fiunt, & quibus non.*
4. *Quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.*
5. *Pignus an nuda conventione contrahatur: & an per exceptionem tollatur.* num. 6. *Pignorum genera quotuplicia.* numer. 7. *Pignus quomodo definitur.* num. 8.

IN *lib. 48.* ad Sabin. tractavit Ulpian. de stipulationibus, ut apparet ex inscriptione *l. 1. l. 34. l. 36. l. 38. ff. de verb. obl.* Atq; ita de acceptilatione, ut elucet ex *l. 8. ff. de accep.* quæ cum gl. conjungēda.
1 Acceptum † ferre est confiteri accepisse, quod acceptum non est. *l. si ex plurib. 89 ff. de sol. l. servus. ff. de manumiss. l. tal. 48. ff. de iur. dot.* Confessio autem fit ad interrogata. *l. 1. 2. 3. & seq.* respon. *l. 1. l. 5.*
2 *§ stipul. ff. de verb. obl.* Ideoq; acceptilatio † fit solenni stipulatione, & definitur liberatio p mutuā interrogationē, qua utriusq; contingit ab eodē nexu absolutio. *l. 1 ff de accep. §. itē per accept. inst. quib. mod. toll. obl.* Quæ *modus tollendi obl.* verba leno prodita, cujus introducēdę ratio, *in h. l. & in d. l. an inut. §. accep. fieri.* assignat, quippe stipulatio fit solennib. verbis. Ergò necesse erat, ut cōtrariis solēnib. verbis tolleretur, pacto fieri nō poterat, quia pacta non fiunt † solennib. verbis. *l. si*
3

habe-

haberes. C. communia utri. iud. Sed plerumq; nuda conventione, etiam tacita. *l. 1. & 2 ff. de pact.* At natura hoc postulabat, ut par ratio esset tollendæ & introducendæ obligationis, quod adeò verum est, ut *in l. obligationes ferè. ff. de act. & oblig.* asseratur obligationem ad certum tempus productam non desinere oblig. esse tempore fluxo, quippe cùm contractus facti sint, & contrahentium consensum requirant *l. consilii. ff. de cur. fur. consensu. ff. de act. & oblig.* Tempus verò adjunctum quoddã secundùm rẽ minimè potuit esse modus tollendi. Hinc fit, ut acceptilat. tantùm communi tollentur, quæ solenni stipulatione sunt contracta, non etiam, quæ re, literis, aut consensu inita sunt. *d. l. an inutilis. 8. §. acceptum fieri. l. nisi. 14 ff. de acceptil.* quia non est æqualis forma introducẽdę & tollendæ obligationis, ideoque necessitas introduxit Aquilianam stipulationem, qua contractus juris gent. & aliæ res debitæ novantur, in stipulationem deductæ, & posteà novatione facta acceptum fertur, quod novatum est. *d. l. 8. §. acceptum. d. § item per acceptilationem. l. 4 & 5. ff. de transact.* Omnia enim inquit Cajus *in l. 100. infr. hoc tit.* quæ † jure contrahuntur, contrario jure pereunt. Vnde obtinuit, ut obligatio re contracta, re tollatur: consensu inita, contrario consensu tollatur, *l. prout quisque. ff. de solut.* Quin & de ipsa acceptilatione Paul. ℞ pdidit, nisi consentiat cum obligatione, & nisi verum sit, quod in acceptilatione demonstra- 4

 tur,

tur, imperfecta erit ibi ratio. Quia verba illa demum resolvi possunt, quæ interesse congruunt, *d.l.nisi 14.* Non etiam obstat *d. l. 8. in princ.* quod inutilis acceptilatio, quę stipulatione fit, utile sit pactum ad perimendam obligationem ipso jure, sed ope exceptionis, *leg. exceptione §.1.ff. de except.* Quod non est tollere, sed elidere, vel potiùs eludere intentionem actoris, *l.1.ff.eod.* Non etiam obstat *l. si tibi decem. § de pignore. ff. de pact.* De pignore, inquit Paulus, jure honorario nascitur pacto actio, vel ut Vlp. *in lib. 1. ff. de pignor. act.*
5 ait, pignus † contrahitur etiam nuda conventi-
6 one; attamen statim subjicit: tollitur autem † per exceptionē, quoties paciscor, ne petam. Ecce palam negat contraria cōventione vel pacto pignus tolli: Cui repugnat *l. 2. C. de remiss. pign.*
7 *l. maior. 23. C. de pig.* Cæterùm duo sunt genera † pignorum, pignus & hypotheca, *l. 1. ff. de pignor.*
8 *d.l.1.l.9 §.1.ff. de pignor. act.* pignus † cōtractus, qui rem perficit, *§. fin. institut. quib. mod. re contra oblig.* Hypotheca est pactum, *d.l.1.* ex contractu actio personalis est, *d. d. §. fin.* ex conventione realis *§. itē serviana. inst. de act. d. l.1.* Quod ergò Paulus *in d. §. de pignorum.* asserit, intelligitur de pignoraticia actione, quæ ex contractu est, quæ, nisi re interveniente, ipso jure nō tollitur. Quod verò Imp. rescripserunt *in d.l. maior. & d. l. 2.* in hypotheca, quæ solo consensu constat, obtinet, ita communiter omnes post Gloss. *in d.l. maior.* & novissimè Hottom. *ibidem.* Sed vehementer refragari videtur,

ir, quod Paulus dicit jure honorario nasci actionem, hoc est, prætorio, quę Serviana, hoc est, hypothecaria dicitur, *d.§.item Serviana.* Vnde subsequens versiculus videtur necessariò interpretandus de eadē actione. Verùm dici potest, Paulum à diverso argumentari, non à contrario, quasi dixisset, etsi conventione hypothecaria actio contrahitur, re non interveniente, & ita nuda conventione contraria perit: tamē ne ego debitor repetā pignus traditū, de quo ne peterē, pactus eram, necesse est, aut ope exceptionis me repellas, quippe non omnia contrario facto intercesserunt, hoc est, restitutio facta non est. Si itaque initium accipiatur de prætoria actione, versiculus constituitur de civili, quæ pignoratitia dicitur, nulla erit pugna.

LEX XXXVI. POMPONIVS LIB. 27 ad Sabinum.

CULPA est, immiscere sę rei ad se non pertinenti.

SUMMARIA.

1. *Actiones reales adversus quos competunt.*
2. *Homo alteri homini officium debet.*
3. *Quilibet scire debet quam rem apud se habeat.*

CVM rem vindicaturus, quam meam existimabam, tu te liti obtulisses, hoc est, defensionem

sionem rei in te recepisses, & litem mecum contestat' esses, quæritur, si posteà neges te possidere, idq; probes etiam, an absolvendus sis? quod
1 videbatur, quoniam actiones reales † adversus alium non competunt, quàm qui possident. §. *omnium instit. de actio. l. 1. l. officium. 9 ff. de rei vendic. l regulariter 9. cum seqq. l. item videndum. 18. §. si quis cum. ff. de petitione her.* Sed tu nunquam possedisti. Deinde publicè sicut interest personas defendere. *l. servum. §. publicè. ff. de procurat.* ita quoque res, quæ alter sanguis habentur & reipub. sustentatio *l. 1. ff. unde vi. l. furem. ff. ad l. Cornel. de sicar.* gloss. ad *l. ut vim. ff. de instit. & iur.* juncta *l. bonorum 49. l. 15. & seq. ff. de verb. signif. l. 2. §. 1. ff. de administ. rerum ad civit. pertin.* Nec tamen per defensionem personæ susceptam cogitur aliquis judicatum facere *l. 4 §. 1. ff. de re iud.* Ergò nec hoc casu teneberis. Prætereà invitamur ad negotia
2 alia gerenda, *l. 2. ff. de neg. gest.* cùm homo † homini officium debeat, *l. servus. ff. de servis exportandis.* Sed contrariũ obtinuit, quoniã hoc tibi imputabis. *l. qui lit. ff. de petit. hered. l. is qui se obtulit. ff. de rei vendicat.* qui te rei ad te non pertinenti immiscuisti, *d. l. is qui se obtulit.* Nec videri potest, quod te tanquam defensorem intergesseris, nec tanquam negotiorum gestorem. Vnde *in l. 4. ff. de re iud.* is, qui se liti obtulit, manifestè discernitur & separatur ab eo, qui procuratorio nomine vel negotia gerens litem alterius suscepit. Non ergò obstant, quæ de defensione & negotiorum

tiorum gestione allata sunt, nam & de voluntario procuratore rei, aliisq; similibus proditum est, officium quidẽ eorum laudandum esse, non culpandum ab eo, cujus negotia gesta sunt, *d.l.2.* attamen in præjudicium tertii culpa non vocare. Hinc is, qui defensionem amicitiæ causa minoris 25. annis suscepit, condemnatus solus judicatum facere cogitur, nisi regressum adversum minorem non habeat, *l. eum qui. ff. de minor.* Similiter fidejussor qui judicatum solvi promiserat, non autem defendi, defensionem sponte suscipiens actori non tantùm in judicatum: sed etiam litis expensas condemnetur, & excutiatur: Licèt à reo principali litis expensas repetere nequeat, *leg 5. §. in hac exceptione. ff. iudic. solvi.* Quippe notissimos mandati terminos excessit, quatenus defensionem suscepit, ideoq; sibi imputabit, quod suscepit id, quo vacuus esse potuisset. *arg. l. 4. 5. ff. mand.* Non etiam distat, quod de actione reali allatum est, quippe eo ipso, quo se liti offert aliquis, ne se transfert, petitionem maximè, per litis contestationem, *l. aliam. ff. de novat.* Nec excusatur, quod non possederit, cùm proprium factum ignorante non debuisset, *l. 2. l. regula. l. seq. ff. de iur. & fact. ignor.* Neq; eò, quòd ignoravit, rem apud se esse, vel non esse, cùm quisq; scire debeat, quam rem apud se habeat. 3
l. fin. C. unde vi. neq; etiam illius fraus & culpa petitori oberunt, *argumento l. non debitor. inf. h. tit.*

LEX

LEX XXXVII. VLPIANVS LIB. LI. ad Sabinum.

NEMO qui condemnare potest, absolvere non potest.

SUMMARIA.

1. *Cui non convenit condemnatio, multò minùs absolutio, & contrà*, num. 2.
3. *Condemnare & absolvere ratione finis sunt correlativa.*
4. *Absolutio favorabilior est, quàm condemnatio.*
5. *Delegati iurisdictionem non habent, sed tantùm cognitionem causæ.*
6. *Absolvere minus est quàm condemnare.*
7. *Quæ ad merita causæ pertinent, iudex ea mutare non potest.*

IN *lib. 51* ad Sabinum Vlp. de jurisdictione & officio judicis tractavit, ut evincitur ex inscriptione *l. eum qui. ff. de iurisdict. omn. iud. l. si locus 58. ff. de iud. l. iudex. ff. de re iud.* Ex eodem libro hæc regula desumta est, quæ variè legitur, modò affirmativè, modò negativè: Sed res eodem redit, nempè qui † condemnare non potest, non
1
posse absolvere, quod verum est, si defectus sit jurisdictionis. Econtrà verò qui condemnare potest † absolvendi quoq; potestatem habet,
2
secundùm Iason. *in l. 3. ff. de re iudic.* quia absolutio & condemnatio sunt in eadem specie jurisdict. Cannet. *hic. nu. 1.* Dec. *n. 4* pertinet ab heredita-

litatem *l. sicut etiam d. l. 3. ff. de re iud.* Ad veterem formulam judicum datorum, cujus solemnia erant, si patet Titium hoc fecisse vel 10. illa promisisse cōdemnat illū judex. Duar. *in d. l. 3.* Quæritur ergò, An judex ita datus possit absolvere reū, quod negandum videbatur, quoniā autho. Franc. Ripa *in d. l. 3. n. 1.* Etsi condemnare † & ab- 3
solvere ratione finis, hoc est, finiendarū controversiarū respectu, *l. 1. ff. de re iud.* Sint correlativa, tamen non sunt ejusmodi, respectu jurisdictionis & potestatis. Vnde concessa potestate condemnādi, non videtur concessa facultas absolvendi, cessante relatione, ut & vice versa. Deinde prætores cùm formulas judicandi olim præscriberent, quasi mandare videbantur, sed mandati fines egrediendi non sunt, quin potiùs diligenter custodiendi, *l. 3. 4. & 5. ff. mand. § is qui exequitur. inst. eod.* Cuiac. *obs. 34. lib. 12* Si itaque absolvere velit, qui formulam condemnationis acceperat, mandati fines notissimos egredi videtur. Cæterùm contrarium placuit, ut *hic & in d. l. 3.* quoniam formulæ istæ non specialiter, sed per vocabula, *si paret*, præscribebantur, quod vocabulum non necessariò factum ponit, sed in eventum conditionis quid infert, secundùm Antoni. Schor. *in Thesau. Cicero.* ad vocabulum *si.* unde solenne olim erat in exceptionibus. Cuiac. *observation. 34. lib. 5* Exempla sunt *in leg. 2. in l. si à te. 9 ff. de exception. rei iudic. leg. si post litem. leg. fundum. leg. fundi. ff. de exception.* Deinde formula

formula præscripta, ut in summã formula comprehensam, non etiam in usuras vel interesse fieret condemnatio, aut ne compensatio admitteretur, si quando potiss. erat in stricti juris actionibus: in bonæ fidei verò, & arbitrariis ex æquo & bono judicari licebat, ut *in §. actionum*
4 *Cum 3. seqq. inst. de act.* Denique favorabilior † est absolutio, quàm condemnatio, *l. Arrianus. ff. de act. & oll. l. favorabiliores infra h. tit.* Concesso itaque duriori seu condemnatione, concessum quoque videbitur id, quod levius est, & quod facilius scilicet absolutio: *arg. l. non debet cui plus inf. h. tit.* Non ergò obstat, quod ex Ripa allatum est, cùm in formula præscripta referatur potestas condemnandi ad finiendas controversias, non ad
5 jurisdictionem, cùm delegati † non habeant jurisdictionem, sed tantùm cognitionem causæ, *l. 5. § aut prætor. ff. de re iudic.* Non etiam obstat de similitudine mandati & formulæ, cùm non sit omninò eadem ratio. Quinimò in mandato observatur, ut minoris rem comparare liceat, & non ita longè infra terminos manere, *d. l. 4.*
6 *l. seq.* Sed absolvere † minus est quàm condemnare. *d. l. favorabiliores. d. l. Arrianus.* Itaque qui jussus est condemnare, quando absolvit, non egreditur terminos mandati. An verò vice versa, cui conceditur potestas absolvendi, concessa quoq; videatur potestas condemnandi, quæritur, Gloss. *hic & in d. l. 3 ibidem.* Ripa. *num. 2. & 3.* tenent, quod sic, *arg. l. 15. potest ff. de acquir. hered. l.*

Eius

jus est nolle. supra h.tit. Potissimùm verò, ne continentia causæ dividatur. *l. nulli, C. de iudic. l. 1. ff. de quib. caus. ad eund. iud. eatur.* Duar. *in d. leg. 3.* sequutus Bart. tenet, omninò eum condemnare, cui permissum solvere. Nam cui minus concessum est, non statim illi, quod majus, cùm majus sub minori comprehendi nequeat. Quo pertineant etiam quę dicta sunt, ad *l. non cui. sup. h. tit.* Nec facit etiã aliquid pro Gloss. *d. l. iam potest. d. l. eius est nolle.* cùm in aliis terminis loquatur, & ea opponat, quæ directò correlativa sunt. Sed hæ duæ species potiùs, tanquã majus & min⁹, opponuntur. Sanè & Ripæ assertionem, in eos qui propriam jurisdictionem habent, facilè veram esse, cõtrarius ero, modò in abstracto consideretur, respectu personę, ejusq; jurisdictionis, nõ etiam in concreto, hoc est in eadem causa. Vnde Duar. *d. l. 3.* rectè admonet, sophisma esse, si ita argumentaretur: Titium debitorẽ Caii, Sempronio permissum est absolvere: Ergò etiã cõdemnare, & econtrà, quod minimè licebit, prout judex exerceri velit potestatem. Quoniam non ex eo, quod sibi videbitur, vel quod ipse velit, judicare debet, sed ex legis prescripto, cui jurisjurandi necessitate adstrictus est, *l. rem non novam. C. de iudic.* Ideoq; qui condemnandus condemnabitur, qui absolvendus, absolvetur. Nec refragatur *auth. hoc iure C. de iud.* quoniã malè ab Irnerio collectum est, ex *Novell. de defens. civit. § ius civitatum. coll. 3. & Novell. iusiurandũ quod præstatur ab his. § pen. coll. 2.* Cùm in

iis Novell: potiùs contrarium statuatur, nempè idem quod *in d.l. rem non novam.* procedit enim, quando subest eadem ratio cōdemnandi & absolvendi: Secus ubi diversa. *c. pen. extra de off. delegati. c. ad eminentiam. extra. de sententia excommunicat.* ubi merita causæ suadeant. Nam quæ ad
7 merita † causæ pertinent, judex mutare nequit, sed illud saltem sequitur, quod justitia dictat, *l. filius qui fuit ff. de condit. inst. l. nepos proculo. ff. de verb. sig.* ubi verò datus fuerit judex, cui expressè potestas absolvendi data est, nequaquam conceditur potestas condemnandi, *d. l. quoties. vers. cum sit certum. C. ubi senat. vel clariss. l. solent. ff. de off. procons.* Exemplum est *in Novell. 113. ut clerici apud propr. Episc. conveniantur.* Cæterùm ubi formula est etiā conditionaliter cōcepta in hunc fortè modum: Si patet dare facere non oportere, absolve reum judex. Existimo verum esse quod Gloss. & Ripa asserunt, quia sub contraria conditione subintelligitur condemnatio, & in dubio Regula statur, ut videatur potestas judicandi concessa, quę consistit in condemnatione & absolutione. *d. l. i.* plura apud Bart. Ripam & Iason. Duar. *in d. l. 3. de re iud.*

LEX XXXVIII. POMPONIUS LIB. 29. ad Sabinum.

Sicuti pœna ex delicto defuncti heres teneri non debeat: ita nec lucrum facere

facere, si quid ex ea re ad eum pervenisset.

SUMMARIA.

1. *Heredes an ex defuncti delicto teneantur.*
2. *Iudicia pœnalia in heredes non transeunt.*
3. *Pœnæ autorem suum excedere non debent.*
4. *Heres est successor iuris universi.*
5. *Actio ex contractu an contra heredem competat, vel non & ex contractibus dantur actiones in heredem.* num. 6.
7. *Actiones, quibus præstatio doli inest, sunt omnes bonæ fidei & arbitrariæ actiones.*

EX *lib.29* Pompon. ad Sabin. desumta est etiam *l. ex deposit. 12. ff. de acti. & obl. l. ob id. 43 ff. ad l. Aquil. l. si quis. 35. de furt. l. 6. §. arbor furt. cæs.* Vnde constat, in eo libro Pomponium tractasse de maleficiis. Vnde etiam ex professo quæstionem movit: An heredes ex defuncti † delicto teneantur, sive illud per se subsistat, sive in contractum inciderit: Ad hanc quæstionem generalis refertur regula: Pœnalia † judicia in heredem non transire, *l. nunquam actione. 130. inf. h. tit.* Ratio est, quia pœnæ † auctorem suum excedere non debent, *l. sancimus. C. de pœn.* Sed hoc limitatur, nisi quatenus pervenit, *l. nostra.* Vnde duo excutienda hic sunt. Primò generaliter tenendum, actiones pœnales non etiã in heredem sive ex delicto vel ex quasi delicto descendant. *l. pœnalia. 154. inf. h. tit. l. utrique. ff. de liber. causa.* Etsi 1 2 3

4 enim heres sit successor † juris universi, *l nihil est aliud. ff. de verb. sig.* nulla tamen est delictorũ successio, *l. pupillum. §. 1. inf. h. tit. l. injuriarum 13. ff. de injur. §. non autem omnes. instit. de perpet. & temp act.* Quod tamen ita verum est, si ex delicto sit pœna, non ex contractu vel conventione debita, *l. 2. §. fin. l 3. l. 4* §. *Cato. l. habere licere ff. de verb. oblig.* Non propter delictum, sed propter morã commissam debita. Deinde hoc verũ est, quamdiu lis non fuerit contestata cum defuncto. Etenim litis contestatio actiones omnes tã civiles, quàm prætorias, sive ex maleficio sint, sive ex judicio inclusæ salvæ permanent, etiamsi morte aut tẽpore piissent aliàs, *l. omnes 139. inf h. tit.* Vnde vulgo dici solet, litis cõtestatio perpetuat actiones, præscriptionẽ interrumpit, non necesse sit novã inchoare à tempore litis contestationis, *l. 1 C. de ann. except. l. unic. C. ex del. def. in quant. her* cujus hæc est ratio, Quoniã in judicio, per litis contestationẽ quasi contrahitur, *l. 3. § idem scribet. ff. de pecul.* & quasi novatur præced. obl. *l. aliam. ff. de novat.* Ac novatio producit civilẽ obligationẽ ad dandum vel faciendum, non ad pœnam solvendam, cùm sit contractus, §. *prætereà inst. quib. mod. toll. obl. l. Nessenius. ff. de re iud.* Verùm actiones ex contractu vel quasi descendentes, perpetuæ sunt, & ipso jure in heredem transiunt, §. *1. inst. de perpet. & temp. act.* Ideoq; cùm ꝓpter litis contestationem intercedentẽ heres non actione ex delicto descendẽte, sed actione in factũ ex quasi nova-

novatione pulsetur, non potest dici ex delicto defuncti conveniri, sed ex ejus cõtractu. Quod rursus verum est in actionibus, non etiam criminalib. accusationibus, sive institutæ, sive extra ordinem, sive publicè, quippe tunc nõ sufficit litis cõtestatio, sed etiã condemnatione opus est, excepto crimine læsæ Majestatis & repetundarũ, quę etiam mortuis reis, cum quib. nihil est actum, cõtra heredes exercentur, *l. ex iudiciorum ff. de accus.* Secundò ex hac lege notatur, etsi in heredem non sint actiones pœnales ex maleficio: si tamen ad eum aliquid ex maleficio defuncti pervenerit, teneri eum actione in factũ, vel condictione de restituenda, quatenus pervenit, *l. 2 §. fin. ff. vi bon. rapt. l. 9 ff. de condit. furt. l. toties. 44. infra hoc tit.* quod etiam obtinet in actionibus civilibus, puta de dolo, *leg. in heredem. ff. de dol. mal.* deposito, commodato, pignore. *l. ex depositi. 12. de act. & obl. l. si plures ff. depos.* Et sanè in actionibus ex maleficio descendentibus dubium non esse, quin heres in id tantùm teneatur, quod pervenit, non etiam in solidum. Verùm de obligationibus ex contractu descendentibus controvertitur: puta in actione depositi, tutelæ, negotiorum gestorum, mandati, &c. de quibus proditum est. *d. l. ex deposito. l. 3. §. Heres. ff. de commod. l. 7. §. 1 ff. depositi.* ut singuli in solidum teneantur, etiamsi nihil pervenit. Contrà *in d. §. non autẽ. vers. aliquand. instit. de perpet. & tempor. actio.* Aliquando tamen, inquit Impera. ex contractu etiam actio

5 †contra heredem non competit, veluti cùm dolosè testator versatus sit, & ad heredem ejus nihil pervenerit ex eo dolo. Quidam respondent ex vocab, *Aliquando*. Quod hoc generale non sit, sed interdum fiat, cui refragatur textus dispositio & connexio. Cùm hactenus ostenderit, ex
6 contractibus † dari actiones in heredes, non etiam ex delicto, & huic voluerit exceptionẽ subjicere. Verùm rectè respondetur ex *l hoc iure. inf. h. tit. & d. leg 7. §. 1. d. l. 3. §. heres.* quod in judiciis, quib. doli pręstatio inest, in solidum heredes teneãtur ex dolo defuncti, etiamsi nihil pervenerit, quia nostra actio ejusmodi est, ut potiùs jure contractus videatur teneri, quàm jure delicti, secus autem in contractibus, quibus doli præstatio non inest, qui contractus stricti juris, puta stipulatio, actio ex testamento, actio doli, & actiones aliæ, *d. l. in heredem. 26 de dolo malo. l. un.* C.
7 *ex del. def. in quant. her. teneatur.* Actiones † quibus doli præstatio inest, sunt omnes bonæ fidei & arbitrariæ actiones, ut patet ex *§. actio. §. in bona fidei. & §. præterea. inst. de act.* Hinc rectè dixit Iustin. aliquando, &c. & adhuc exceptio est de regula præmissa. Cæterùm circa hanc regulã non est omittendum, jure Canon. introductum esse, ut heres ejus, qui moribundus sacerdoti confessus est maleficium, teneatur in solidum, etiam si nihil ad eum pervenit, *cap. fin. ext. de sepul. c. in literis. ext. de raptor.* Bart. *in l. 1. ff. de privat delict.* Sed heres non convenitur actione delicti, quoniam ex con-

ex confessione tantùm & ita ex quasi contractu tenetur. Receptum enim est jure Canon. tertium posse mihi rectè stipulari, & actionem utilem acquirere, maximè si sit psona publica, cujusmodi sacerdos est, attestante Nevisantio, *in tract. pignorum membro 4. part. 2. num. 124.* Ioa. Andre. *in additionibus ad Speculatorem tit. de appel. § in quibus. in verb. confessio.*

LEX XXXIX. POMPONIVS LIB. 32. ad Sabinum.

In omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per aliquem mora sit, quo minùs fiat.

Summaria.

1. *Interpretatio huius regulæ est duplex.*
2. *Hæc regula quando locum habet, & quando non.*
3. *Metus iustus quando requiritur.*

Concordat autem hęc lex rursum Vlp. *in lib. 77.* ad Edict. quod habetur infra *in l. in iure. 161. inf. h. tit.* Vterq; contractus de stipulationib. prætoriis tractavit in iis libris, unde hęc respōsa depromta sunt. Quod verò circa implendam conditionē in stipulationibus receptū est, Idē quoq; in legatis *l. iure civili. 24. ff. de cond. & demonst.* vnde etiā cum hac lege cōjungendę sunt, *l. 5. §. item si qua. ff. quando dies legat. ced. l. Mævia. ff. de annu. leg. l. statu liberos. l. servus. §. imperator. ff. de stat.*

lib. l. 5. ff. de condit. instit. l. in execut. 85. §. fin. ff. de verb. obl. l. fin C. de pignor. act. l. ut perfectius. C. de condic. in-
1 *sert.* Hinc dupliciter hęc † regula interpretatur. Primùm, secundùm inscriptionẽ rectissimè de obligationib. & legatis, ut quoties per eũ, cujus interest conditionem non impleri, quia fortasse aliqd dabit vel restituet, fiat quò minùs improbatur, perinde habeatur, ac si impleta esset, *d. l. iure civili. 24. ad l. in iure 167* puta: promisisti. Stichum sub ea conditione, si Mævio debitori tuo quoq; solvam. Tu prohibes, ne Mævius à me accipiat, etiam detines me, aut Mævium, ne alter alterius copiam habere possit. Sanè cùm per te stet, quò minùs conditioni paream, pro impleta habetur & teneris mihi servum præstare, quamvis nihilominùs pecuniam solvere tenear. *d. l. in executione. §. fin.* Aliud exemplum est *in l. Iulianus. 45. ff. de condit. & demonst.* Legatum est Mævio, si 10. Titio det. Titius accepta fert, & ita conditioni non potest parere, hic qui paruisset conditioni, habetur, idem est, si non per debitorem, sed per alium steterit, *d. l. in iure. l. qui sub conditione. §. quotiens. ff. de condit. instit. leg. turpia. §. 1. de legat. 1.* ubi heres institutus sub conditione, si servum Sejum manumittet. Servus ille mortuus est. Quæritur an possit adire hereditatem? Verùm nulla mora facta est, ne fatalitas illi⁹ tertii oberit heredi instituto, ideoq; respondetur, adire posse. Objicitur *l. inde Neratius. §. idem Iulian. ff. ad leg. Aquil.* ubi servus antequam

manu-

manumitteretur, discessit, quam ob causam heredi sub conditione instituto, si servum manumittat, denegatur aditio, sed *in d. §. idem Iulianus*, ita proponitur casus, ut demonstretur servum post mortem testatoris decessisse, ita ut institutus culpa seu mora non caruerit, *in d. l. quæ sub conditione. § quoties. & d. l. turpia § 1.* servus decessit ante mortem testatoris, ubi nõdum erat hereditas delata, & in ea conditione, ut potuisset adire. *l. delata. ff. de verb. sig. l. qui superstitis. ff. de acquir. hered.* Cæterùm hæc regula locum non habet in eo, qui completa conditione in suum arbitriũ collata aliquid accipere debet, quoniam si is in mora fuit, sibi ipsi imputabit, *l. si Titius statuas. l. cum pupillus. l. Titio 100. §. fin. de condit. & demonst.* Nec obstat, *l. legatum. C. de cond. insert.* Rectè enim Bart. *in d. l. iure civili.* hic respondet, regulam hanc † procedere in conditione facti, 2 quo quis gravatur, secus in conditione dandi, vel non potestativa. Alii hanc legem interpretantur de cujusque proprio facto, quo impeditus fuerit, propter diversam lectionẽ, ita ut subducatur justus metus & terror, per quem quis in mora constituitur, exemplum ex *l. 2. C. de his qui propter met. iud.* adducunt. Vbi appellatio omissa erat, propter judicum metum; quæritur, an post lapsum terminum ratio appellandi peremta sit? Rescribunt Impp appellationem propter judicis metum justum omissam habendam pro interposita, modo intra tempus legitimum

appellandi proteſtatio, ſe ſine periculo appellare non potuiſſe, interpoſita ſit. Idem dicendum eſt, ſi propter metum adverſarii omiſſa ſit ſecundùm Bart. *in d. l. 2.* ſic ſi in fundo meo ædifices, ego tua violentia aut juſto metu impeditus, cùm fortaſsè ſit magiſtratus, qui jus dicendi in carcerem habet, novum opus nunciare. Siquidem proteſtatus ſim, me per vim aut metũ impeditum, perinde erit, ac ſi tibi novum opus nunciaſſem. Ita ut quicquid à die proteſtationis ædificatum eſt, cogaris demoliri. *l. 1. §. ſed & ſi Ariſto. ff. quod vi aut clam.* Bart. *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de nov. ope. nunc.* Verùm requiritur o-
3 mninò metus † juſtus & talis, qui ſalutis periculum, vel corporis cruciatũ reſpiciat. Quippe vani timoris non eſt juſta excuſatio, *l. vani. 146. infr. h. tit.* ubi latiùs. Verùm prior Iureconſultus & verbis & inſcriptioni magis convenit.

LEX XL. POMPON. LIB. XXXIV. ad Sabinum.

Furioſi, vel ejus, cui bonis interdictum ſit, nulla voluntas eſt.

SUMMARIA.

1. *Prodigus quis dicatur. &* num. 2 & 3.
4. *Quæ lege & iure ipſo prohibentur, ſententiam non deſiderant.*

5. *Diſſe-*

4. *Differentia inter prodigum & furiosum qua.*
5. *Prodigus an iuramento obligetur?*
7. *Iuramentum quodcunque neque dolo, neque vi extortum servari debet, nisi in detrimentum animæ & salutis æternæ vergat.*
8. *Iuramentum tres comites habet, & quinam isti: hisce quoque deficientibus, an & ipsum iuramentum deficiat* num.9.
10. *Comparatio minoris & prodigi qua, & quando locum habet.*

IN hac lege Pompon. furioso, de quo *in l.5. sup. h. tit.* æquiparat prodigum, cui bonis interdictum est. Prodigus † is est, qui nullum modū aut tempus expensarū habet, sed incōsultò & temerè facultates suas dilacerandi profundit. *l.1. de curat. fur.* Cic. *de offic. lib. 2.* prodigo bonis *l. 12. tab.* interdicitur ipso jure & agnatorū curatione, instar furiosi constituitur. *§. furiosi. insti. de curat. d. l. 1.* sed posteà tempore Caii & Iustin. ut ex *d. §. furiosi.* patet, nec non Vlp. ut *d. l. 1* apparet, cœpit eis curatores dari, & bonis interdici, Romæ à præfectis urbis, in provinciis à præsidibus ex inquisitione. Vnde orta est quæstio; an prodigo ipso jure † bonis sit interdictum, an verò requiratur judicis sententia? Multi, ex quorum numero sunt Fulgosius, Imola, Accursius, *in l. is cui lege. ff. qui test. fac. pos.* Ioan. Fab. *in d. §. furiosi.* & quas Iason. *in l. is cui bonis. 9. numero nono. ff. de verb. obl.* refert, tenuerunt ipso jure

jure per morum improbitatem administratione privari. Primò, quia notorium & sententia æquiparantur, Ias. *in d. l. 15. cui bon. 15. numer. 9* sed mores prodigi obscuri esse nequeunt, sed in omnium oculos incurrunt & notissimi fiunt.
3 Ergò cùm paria sint interdicere † administrationem prodigo, vel declarare illum prodigum non opus erit sententia, per *l. quin tamen. §. si arbitr. ff. de arbitr. l. cum prætor. 12 ff. de iudic. l. 1. § 1 ff. ad SC. Turp l* Secundò, *l. 12. tab.* prodigo interdicitur administratio rerum suarum, *a. l. 1. d. l. is cui lege. l. multum. §. 1. verb. lege. ff. de acquir. hered. d. § furiosi.* quæ lex ipsum factum prodigorum inspexit, neque aliquis magistratus tum temporis prodigalitati reprimendæ deputatus fuit. Sed
4 quæ prohibentur † lege & jure ipso, sentētiam non desiderant, quia ipsum jus & factum hominis se invicem tollunt. *l. fin. C. de pact. conv. l. & homo §. cum quis. ff. de precario.* Bart. *in l. 2.* post gl. *C. de iur. Emphyt.* Vnde restitutione in integrum non egent ea, quæ jure nulla sunt, *l. 3. C. de rest. in integr. l. in caus. 16. ff. de minor.* Tertiò, inter furiosum & prodigum circa administrationem nulla est diversitas, per *l. natur. §. furiosi.* Furioso interdicta est ipso jure, in tantum, ut non desideretur declaratio judicis: prętereà beneficium Ecclesiasticum ipso jure amissum statim alii potest conferri, nulla expectata sententia vel notione, *c. cum in cunctis. verb. ut liberam. ext. de electione.* sed contrarium verius & communiori calculo

ılo à Bart.Bald.Imola.*in d.l.is cui lege.* & Iaſon. *d.l.9.num 9.*receptum,non antè prodigum ca-
:re adminiſtratione, quàm ſi à prætore bonis bi interdictum ſit. Moventur expreſſo textu *l.9.d.§.furioſi.d.l.1.de curat.fur.& l.his qui de tut el.* *:l curat.dat.ob legis. & c.l.is cui bonis.18 de teſt.* ubi :mpora diſtinguuntur, ut olim iſtis lege fuerit dminiſtratione interdictum. Sed hodiè non iter, quàm ſi prætor ſuas partes interponat.)einde *in d.l.is cui lege.* Cui lege, inquit Vlpian. onis interdictum, teſtamentum facere nõ po-
:ſt. Et ſi fuerit, ipſo jure nullum eſt. Quod ımen interdicto vetuſtius habuerit teſtamen-
ım valebit quaſi dicat valere teſtamentum fa-
tum, quod fecerit antequam prætor ex lege el legis diſpoſitione interdictum fecerit: Eo-
em ſpectat. *l.Iulianus.10.ff.de curat.furio.l.ſi furio-* *§.ſed utrũ.verſ.prætere.l.& mulieri.14.ff.eo.l.prin.* *7.ff.de minor.l.certi conditio.§.quoniam.ff.ſi cert.pe-* *at.l.tres tutores,verſ.nam apertè.ff.de adminiſtr. tut.* *.is qui.§.1.ff de tutor.& curat.da. l.ſi cui curatorem.* *.l.cui à prætore.C.de integr.reſtit.min.* Tandem larius facit textus *c.veritatis. ext.de dolo & con-* *umacia.* Non obſtant contraria: Primum, etſi lla paria ſunt, diverſum tamen habẽt effectũ, *.ſi ſciens.C.de contra.empt.l.ſed et ſi poſſeſſori.§.item* *i ff.de iureiur.* ubi Iaſon & *in d.l.is cui bonis.num.9.* quaſi dicas declarando & manifeſtando paria unt, at non inducendo effectum. Secundum olim verum fuit: ſed hodiè aliud conſuetudi-
ne ob-

ne obſervatur, ſcilic. tempore Vlp. & Caii, quod & poſteà in conſtitutione Impp. confirmatũ eſt *in d. l. ſi curatorem. 3. verb. cum à prat.* Quinimò licèt ipſo jure aliquid dicatur fieri, tamẽ factum hominis nihilominùs requiritur, & declaratoria ſententia expectatur, ut probat multis Mynſ. §.
5 *1. n. 6. & 7. inſt. de exher. liber.* Tertiò omninò † inter prodigũ & furioſum eſſe differentiam, infrà patebit. Quod de beneficio eccleſiaſticò allatũ, ſingulare videri poteſt propter favorẽ eccleſiarũ, ne officia cultũ Dei reſpiciẽtia diu ſint in ſuſpẽſo. Vel reſpõdetur, ſtatum quidẽ alteri conferre poſſe: ita tamẽ ut irrevocabiliter ſubſiſtat, ſi ſentẽtia declaratoria aliud nõ cõſtituerit. Prodigus igitur cui ita bonis interdictũ eſt, furioſo æquiparatur in promittẽdo, & ſeſe obligãdo alteri, *d. l. is cui bonis alien. d. l. 3. C. de reſt. in integr. min.* teſtamẽto faciẽdo *d. l. is cui leg.* At nõ in ſtipulando, acquirẽdo & delinquẽdo, in quib modo minori, modo pupillo doli capaci æquiparatur, ut latè hic Dec. pleniſs. Everh. à Middel. *in loco 73. à min. ad furioſ. prod.* Bart. Iaſ. Duar. Cuia. *in d. l. is cui bon.* Cuiac. *in d. l. is cui leg* Dd: cõmuniter omnes *in §. furioſ. inſt. de inut. ſtip. & d. §. furio.* quo auditorẽ remitto. Ratio differentiæ ſumi poteſt ex iis, quæ *in d l. 5.* allata ſunt *ſupr. h. tit.* ad differentiam pupilli & furioſi. Quoniã furioſus patitur corruptionẽ & reſolutionem judicii: ſed prodigus tantũ laborat morũ improbitate & imbecillitate fortaſſe judicii orta, quæ moderata quædam ſtulti-

ſtultitia ſeu μωρία quædã eſt. Obiter notetur illa inſignis q̃ſtio, an prodigus † juramẽto obligetur? Quidam exiſtimant, quod ſic, quia pupillus doli capax, *c.un.§.idẽ.de ſponſ.impub.in 6.c.3.ext.eo.* Et mulieres in fundo dotali nõ obſtãte legis Iul. prohibitione, ſi cõtrahant propter vinculũ juramẽti interpoſitum obligantur. *c. cũ conting. c. nuli. ext. de iureiur.c.quãvis.de pact.in 6.* ſed prodigus magis pupillo quã furioſo ęq̃paratur, ſecũdum Everh. *d. lo. 73.* Deinde æquiparatur minori curatorẽ habenti, *d.l.ſi curat.3* Sed minoris cõtractus ſine curatoris cõſenſu irritus & nullus eſt, *d.l.3* accedente tamẽ juramẽto ſubſiſtit *auth. ſacram.pub.C.ſi adv.vend.* prodigus rectè religionẽ ingreditur & ad p̃feſſionẽ, q̃ jurejur.fit. *Clem. eosq́; de regul.c.conſul.ext.eo.* admittitur, juramentoq; adſtringitur Alber. *in auth.ingreſ.C.de SS.eccleſiis.* Tandem canonib. proditũ eſt, quodcunq; juramentũ † neq; dolo, neq; vi extortũ, ſervandũ eſſe, niſi in detrimentum æternæ ſalutis vergat, *d.c.cũ cõting.d c.quãvis.* ſed contraria ſentẽtia verior eſt. Primò, q̃a omnis obligatio & facultas obligandi illi abeſt, imò plusquã minori, *d.l.1 ff. de cur.fur.* Deinde juramentũ † tres comites habet, juſtitiã, judicium & veritatem, quib. deficientib. † ipsũ quoq; deficit juramentũ. *c.etſi Chriſtus.ext.de iur.* ſed ſi prodigus juraverit, his 369. caret, quia juſtitia denegat illi facultatẽ: lex illi adimit voluntatem, & veritas eſſe nequit in eo, qui improbitate morum ſcatet. Quo pertinet, *l.non*

Margin numbers: 6 (beside line 2), 7 (beside "juramentũ † neq; dolo"), 8 (beside "Deinde juramentũ †"), 9 (beside "entib. † ipsũ").

l. non dubium. C. de ll. Vnde non refragabitur, ſi quis dicat. *d. l. non dubium.* eſſe juris civilis: ſed aliud obſervari jure canon. quippe requiſita juris canon. abſunt. Deinde etiamſi jure canon. omne juramentum ſervandum ſit, niſi attingat æternam ſalutem, tamen juramentum bonis moribus contrarium, omninò improbatur. Nec juvat color, quo poſſint etiam mali mores non tamen impedientes æternam ſalutem, *c. non eſt obligatorium.* ubi Dyn. *de reg. iur. in 6.* Verùm eſt aliud, jus can. conſiderare bonos mores, qui utilitati reipub. adverſantur & anſam peccandi præbent. Latè Iaſ. *in d. l. non eſt dubium.* ſed quid magis oberit Reipub. quàm prodigos ad majorem prodigalitatem incitare. *argument. §. in fraudem. verſ. exped. inſt. de his qui ſunt ſui vel al.* eorumq; luxum augere, unde ſcandalum oriri ſolet. Non ergò obſtant contraria. Nam quod de juramento impuberum affertur, in favorem matrimonii proditum eſt, & ſpeciale eſt. Comparatio
10 minoris † & prodigi in adminiſtratione procedit, in juramento ceſſat, cùm diſpar ſit ratio. Non enim minori propter malos mores ademta eſt adminiſtratio, ſed ut morem gerat ei, quem ipſe ſibi elegit. Religionem ingrediens videtur ſanioris fieri mẽtis, ſeque abbati ſubjicere, ne quid proprii, quod profundat, retineat. *argumento. d. auth. ingreſſi. auth. ſi qua mulier. C. de SS. eccleſ.* Vltimò reſpondetur, quod nihilominùs oporteat in licitis & honeſtis eſſe conceptum

ptum, ut antè dictum est. Ergò jurejurando prodigus non obligatur. Quanquam ut pleniùs conscientiæ consultum esset, non eo inficias, absolutionem hoc casu petendam esse.

LEX XLI. VLPIAN. LIB. XXVI. ad Edictum.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur.

SUMMARIA.

1. *Huius legis capita sunt duo: & quænam.*
2. *Partes rei sunt favorabiliores, quam actoris.*
3. *Reo multa conceduntur, quæ actori prorsus denegantur.*

ULPIAN. *in lib. 26.* ad edict. tractavit de mutuo, ut patet ex inscriptione *l. 1. l. 7. l. 9. l. 11. l. 13. ff. si cert. pet.* nec non de condictionibus certi, & certi quæ vel ex mutuo vel permutuo. *§. 1. & 2. instit. quib. mod. re contrah.* idque discimus ex inscriptione *l. 1. l. 3. ff. de condict. ca da l. 1. & quam pluribus aliis. ff. de condic. indeb.* Duo hujus legis † capita sc. primum ad mutui contractum spe- 1 ctat: alterum ad permutuum seu indebitum. Vnde condictio indebiti nascitur *d. §. 2.* Natura mutui est, ut æquè bonum in eodem genere reddatur, nec liceat debitori deterius reddere,

veluti vinum novum pro veteri. *l. 3. ff. si cert. pet.* nec invito creditori aliud pro alio solvere, *l 2. § mutu. ff. eod. §. 1. instit. quib mod. toll. ob l.* Quid ergò si creditor petat vetus vinum pro novo, vel alterius generis quantitatem pro quantitate, non audietur? Quod videbatur, quia sæpè ex necessitate cogitur actor aliud pro alio accipere, ut species facti est *in l. vinum. ff. si cert. pet.* sed actor & reus pari passu ambulant, *l. post litē l. quæ omnia.*
2 *ff. de procur.* Cæterùm cum favorabiliores † sint partes rei quàm actoris, ita obtinuit, ut quod reo non permittitur, multò minùs actori permittatur. *l. nostra. c. non licet act. de reg. jur. in 6.* ideoq; aliud pro alio peti nequit, nec quod in genere debetur, petet in specie. Sed si hoc fecerit, sciat subjici se pœnę plus petitionis, cùm modò re, modò causa pluspetat. *§. plus aut ē. § huic autem. inst. de act.* quæ olim erat causæ amissio. *§. si quis agens. inst. eod* hodiè ut in triplum majorum sportularum hoc nomine exactarum cōdemnetur. *§. sed hæc quidem. in fin. & §. tripli. inst.* Codex const. Iustin. cujus tantū meminit, *in d. §. sed hæc quidē.* & summa ejus refert *in d. §. tripli.* non autē extat, nisi quatenus à Cuic. *obs. 21. l b. 12.* restituta. Sic etiam si actor deferat juramentum, reus aut jurare, aut solvere cogitur. *l. iusiur. in pr. 17. ff. eod.* Quod si retulerit similiter actor jurare, aut actionem amittere seu judicio desistere cogitur. *d. l. iusiuran. 34 §. ait prætor. vers. datur.* Sicut etiam reo permissum non est post litem contestatam

latam procuratorem revocare, *d. l. post litem.* 5
ta multò minùs actori. *l. quæ omnia. 21. de prob.* Verùm multa conceduntur † reo, quæ actori prorsus denegantur. Exemplum est *in l. fin. & l. ratione ff. de feriis.* ut unaque Bart. & Ias. Costal. *in d. l. fin.* ubi actori duæ tantùm, reo tres conceduntur dilationes. Item aliud exemplum est *in l. 2. C. de dilat.* ubi ei qui rescriptum ad extraordinarium judicem reportavit, nulla conceditur dilatio probandæ veritatis: reo autem datur ad probanda precum mendacia. Ejusdem generis est, quod in *l. petenda. 6. C. de tempo. in integ. restit.* rescribitur, ne actori dentur dilationes terminum restitutionis petendæ excedentes: reo autem dentur. Hinc regula legis nostræ promanavit, cui adjungenda est ratio. *l. 21. supr. h. tit.*

§. 1.

In re obscura melius est favere repetitioni, quàm adventitio lucro.

SUMMARIUM.

1. *In dubio melius est repetitioni, quàm lucro favere.*

HOc caput pertinet ad promutuũ, ut vocat Cuia. *obs 34. l. 1. 8. sent.* indebitũ. Putabã procuratorẽ meũ tecum trãsegisse, ut si 10. darẽ, tu à lite recederes. Ex hoc errore q̃ritur mihi cõdictio indebiti, ne ex damno meo locupleteris,

eleganter.25. ff. de condict. indeb. Ratio est, quia in
1 obscuro & dubio † melius est favere repetitioni quàm adventitio lucro: vel in eo, quo is qui petit, vel à quo petitur lucri factus est durior est causa ejus, qui lucrũ expectat, ut latiss. *in l. in eo. 33. supr. h. tit.* sed si quis ignorat in indebiti petitione actorem certare de damno vitãdo: reum verò de lucro captãdo? unde naturalis ejus cõditio censetur, *l. indeb. 15. ff. de condic. indeb.* & hæc ratio in omnib. indebiti casibus procedit & ad omnes applicari potest, reliqua ex *d. l. in eo. 33. supra. h. tit.* repetenda sunt.

LEX XLII. CAIVS LIB. IX. ad edictum provinciale.

Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiæ, an id, quod peteretur, deberetur. Fidejussores quoque non minùs, quàm heredes justam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita debere, quæ dicta sunt, si cũ eo agetur: non etiam si agat. nam planè qui agit, certus esse debet: cùm sit in potestate ejus, quando velit, experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Error nullum consensum habens, ignorantia similis est.*
2. *Condictio indebiti quando cessat, & quando non.*
3. *Heredes personam defuncti repraesentant.*
4. *Scire & scire debere an aequiparentur.*
5. *In re dubia & obscura melius est favere repetitioni, quàm adventitio lucro.*
6. *Sicut in actore & reo diversa est ratio, ita quoque diversum ius: & sicut diversum ius, ita quoque diversa interpretatio.* num.7.
8. *Sine iuris vinculo neminem obligatum habere possumus.*
9. *Heres ius ignorare non debet.*

IN *libr. 9.* ad edictum provinciale Cajus non tantùm de condictionib. ut patet ex *l. fin. ff. de trit. condic. l. 1. & 3. de eo quod cert. loc.* & actionibus cõmodat. *l. 18. de comm.* pignoratitia. *l. 10. l. 12. ff. de pign. act.* & depositi. *l. 14. ff. depo.* sed etiã de compensatione, *l. 5. 8. ff. de compens.* & in SC. Velleian. *l. 5 & 9 ff. ad SC. Vell.* egit. Qui exceptionẽ perpetuam habet, solutum per errorẽ ut ignoratione repetere potest, cujusmodi est exceptio de intercessione ex SC. Velleiano. *l. qui except. l. si non sortem. § indebitum. ff. de cond. ct. indeb.* Si quidẽ error, † cùm nullum consensum habet, *l. si per errorem.* ubi Bart. & Iason. *ff. de iurisdict. omnium iud.* ignorantiae similis est, *l. elegante. l. 1, id etsi me pu-* 1

tem. ff. de condict. indebiti. etiamsi in jure erretur, *d. l qui exceptionem. l si fidejussor. ff. eod* modò subsit aliqua justa causa erroris: Secus si nulla, quando nimirum scire debuisset aut potuisset, *l. emt. C. ad leg. Falcid. l. cum indebitum ubi Dd. C. de jur. & fact. ign.* Hinc si sciens quis solvit, cessat repetitio. *l. nam etsi. 16. 17. ff. eod.* etiamsi non animo dederit, ut repetat, *l. quod quis 50. ff. eod.* cùm donare videatur, *l cum per errorem infr. h. tit.* Quid ergò si heres ejus, qui exceptionem habebat, SC. Vellejani vel fidejussor intercessionis conven-
2 tus solverit, an cessabit † condictio indebiti? quod affirmandum videbatur. Primò, quia
3 sicut heredes repræsentant † personam defuncti, & creditur scire vires patrimonii, *l. nihil est aliud. ff. de verb. sign.* ita quoque fidejussor scire debet pro quo fide jubebat, & in quam obliga-
4 tionem recipiatur. Cùm ergò scire † & scire debere æquiparentur, *l. qui cum alio. supr. h. tit.* sibi imputabunt quod solverint illud, cujus retentionem habebant, juxta *l. exceptio. 7. §. 1. ff de except.* Deinde edita illis fuit actio spatiumque datum secum deliberandi, cedere ne, an contendereve licet. Cujus effectus est, ut ad agendum & defendendum instructi ad judicium veniant. *l. 1. ff. de edendo. l. edita. C. eod.* Cæterùm contrarium placuit. I. in herede quod is non ultrò contrahat, cum hereditariis creditoribus, ut eorum conditionem scire potuisset, *d. l. qui cum alio. 19. infr. h. tit.* Cuiac. *observ. 36. libr. 7.*

Secundò,

Secundò, quod magis versetur factum alienum quàm proprium, sed facti alieni justa est ignorantia, cùm etiam sapientissimum quemq; fallat, *l 3. ff. de iur. & fact. ignor.* Deinde fidejussor ideò non excludetur à repetitione, quia in re obscura † meliùs est favere repetitioni quàm adventitio lucro. *l. praced. in fin.* Deinde uterque certat de damno vitando, cùm fidejussor non habeat regressum adversus mulierẽ magis, quã adversus pupillum, ideò quod in ipso jure obligatio sit infirmata, *d. l. 2. §. 1. ff. ad SC. Vell. cum similib. l. si fideiuss. ff. de cond. & indeb.* sed in damnis vitandis ne quidem error nocet. *l. iuris. l error. l. regula ff. de iur. & fact. ignor.* Tandem cùm fidejussoris obligatio nõ possit subsistere sine principali. *l. gen. §. illud. ff. de fideiussor. §. item si ille purè, vers. contra verò non potest. instit. eod.* nulla potuit inde actio fieri, sed quicquid solutum erit, tanquam indebitum solutum intelligetur. *d. l. si fideiussor. d. l. qui cum alio.* Nec obstat primum, cùm quod de herede asseritur verum sit in iis, quæ juris sunt, *d. l. nihil est aliud.* non quæ facti. *l cum her. ff. de acqu. her.* in fidejussore, quasi est justa causa scientiæ in oculos incurrens, puta si pro pupillo vel furioso fidejubebat, sciens tamen. *l. Marcellus. de fideiuss.* sed in iis quæ justam habent ignorantiam excusatur. *d. l. si fideius. l. 5. C. de condict. indeb. l. indeb. 47 ff. de cond. ind.* Secundò, quod de aditione actionis affertur, ita verum est, ut instructus sit ad probandas exceptiones

ſuas, quotquot earũ habere poteſt. Sicut etiam actor inſtructus venire debet probationib. ſuæ intentionis. *l. 1. l. qui accuſ. C. de eden.* Cæterùm nõ æquè requiritur in reo, ut certã habeat exceptionẽ, cum plurib. uti poſſit etiam diverſis uno eodemq; modo ad idẽ, *l. ſeq* ſicut in actore, qui ſemper certus eſſe debet, quã actionẽ inſtituat, 6 *hic in fine & ſeq.* ſicut ergò diverſa eſt † ratio ita 7 quoq; diverſum jus, & ſicut diverſum jus † ita quoq; diverſa interpretatio, *d. l. 1.* nec movebit vocabulũ, *Ad agẽdũ in d. l. 1* cũ illud reſpectu probationis μεταφορικῶς accipiatur. Sic ubi accipitur *in l. 1. & 2. ff. de exc.* itaq; ſi heres rurſus ſolverit, quod defunctus ante ſolverat, non amicis videtur donaſſe, ut repetitio ceſſat. *l. 1. C. de cond. indeb.* quã fidejuſſor ſi eam pecuniã ſolverit, quã reus principalis aut ſolverat antè, aut jure non debebat, *d. l. ſi fidejuſſ. d. l. indebit. 47.* ſic ſimili denunciatum fuerit litis nomine, ut conſtituat in mora, *l. item veniunt §. peti am. ff. de petit. her. l. 1. & 2. C. de ann. except.* neq; fidejuſſori, neq; heredi meo à tempore mortis obeſſe poterit, ut ipſi de periculo aut mora teneantur, modo his quoq; denunciatum non ſit, *l. non poteſt videri. infr. h. tit. l. 5. ff. de reb. credit. ſi cert. petat.* Mora enim facti eſt, *l. mora de uſur.* ſed quæ facti ſunt alieni, fidejuſſorem non gravant, *l. certum. ff. de eo quod certo. l. cum quis. 20. de oblig. & Act.* Vnde obligatio ejus ex mora principalis non augeatur, *l. centum capua. l. per retentionem. l. pignoribus. Cod. de uſur. l. ſolu-*

l.solutum.§.2.de pig.act. l.mora.§.pen.& ult.ff.de usur. Licèt continuetur, seu perpetuetur, *l. mora.8.ff. de verb. obl. l. si à Colono.58.ff.de fideiuss.* Nec obstat *leg. quæro. ff. locati.* ubi & ex mora rei tenetur ad usuras ex mora debitas, sed hoc ideò, quod in universam causam actionis bonæ fidei fidejusserat. (Secus autem si stricti juris actio fuisset, aut non fidejussisset in universam causam.) propter *l. quicquid adstringenda.ff. de verb. oblig.* & naturam bonæ fidei actionum, quæ describitur *in §. actionum §.in bonæ fidei.institut.de act.* prout communicata distinguuntur, *in d. leg. quæro.* ubi Castalius, & *d.l.mora.* Cujac. *ad Afric.ad l.traiectitia.ff.de act. & o. l.& d.l. centum capuæ.* licèt Corasius aliter dissolvat, *in Misc.lib. 2. cap. 12.* Hæres ideò ex denunciatione defuncti facta non constituitur in mora, quod facta in herede non continentur, *d.l.cum heredes* nec teneatur ex culpa defuncti, nec ex ejus dolo, nisi quatenus pervenit, prout declaratum est *in l sicuti.38.supra h. tit.* Hæc regula in fine tandem declaratur, ut in herede procedat, si in facto defuncti conveniatur, vel ex eo obligatum se esse existimaverit: secus autem si ipse velit agere, vel etiam condicere, quod defunctus solvit. Nam tunc certus debet esse, qua actione aliquid petat, facit *l. si fundi. 12.ff. de condict. indebit.l.pure §.ult.ff.de dol.except l. ult. C. de temp.in integ. restit.l.2 C.de dilat.* quoniam non ut reus pluribus defensionibus uti potest: ita quoque actori permissum est, in actionibus varium

O 5 esse

esse, *hic & l. seq.* Deinde eam actionem, quam e didit, probare debet, adeò ut si in ea deficiat, re us absolvatur ab instantia. *l. 1. l. quia accusare. C. d edent.* & petitor tanquam temerè litigans subji ciatur pœnæ, de qua in *tit. instit. de pœn. tem. litig l. 2. & 3. C. de fruct. & lit. expens.* Nec possit in judi cium videre deductum, quod litis contestata tempore non extitit, *l. non videtur. ff. de iudi.* Præ tereà si alia ex causa petat, quàm debetur, vel s nulla sub est, tenetur ad pœnam de plus petitio ne, *d. §. si quis intentione. cum seqq. instit de actio.* Nec dici potest hic factum alienum versari, cujus ju sta sit ignorantia, *d. l. 3.* cùm non defunctus, sed ipse heres litem inchoaverit. Nec etiam factum est alienum, cujus vi agit, sed jus, cùm neminem
8 habeamus † obligatum sine vinculo juris. *§. 1. instit. de obl. §. 1. §. omnium. instit. de actio.* Sed jus heres
9 † ignorare non debet. Ergò si non habeat fundatam intentionem, propterea quod heres sit & successor alterius, juri non excusetur *l. nostra in fin.* Idem existimo pertrahendum esse ad fidejussorem, qui si mandati actione uti velit, adversus eum, pro quo solvit, eum certum esse debere, an sibi mandatum fuerit à reo, ut fidejuberet.

LEX XLIII. VLPIANVS LIB. XXVIII. ad Edictum.

Nemo ex his, qui negant se debere, prohibe-

hibetur etiam alia defenſione uti, niſi lex impedit.

S u m m a r i a.

1. *Huius legis capita ſunt duo, & quænam illa.*
2. *Declinatoria fori poſt litem conteſtatam amplius opponere non licet.*
3. *Lis ubi cœpta eſt, ibi quoq; finiri debet.*

Ulpian. *in lib. 28.* ad edictum triplici actionum genere egit, commodati. *l. 1. l. 3. l. 5. l. 7. ff. de commod.* Pignoratitia, *l. 6. 9. l. 11. 13. 15. ff. de pignor. actio.* & deniq; de actionibus oriundis ex negotiis cum iis geſtis, quæ ſunt in alterius poteſtate, puta exercitoria. *l. 1. ff de exerc. act.* inſtitoria, *l. 1. 5. 7 11 13 ff. de inſtit. actio.* Sunt autem hujus † legis duo capit. Primum ad reum: Alterum ad actorem ſpectat. Reus, inquit, plurib. exceptionib. etiam cumulatis & diverſis ſeu diſcrepantibus uti poteſt, niſi lex ſpecialiter prohibeat uti. Cui concordat *l. 5. & 8 ff. de except.* Exceptiones enim ſunt defenſiones, ſed defenſio, quę juris naturalis, nemini pręſcindi aut coarctari debet, ſed potiùs ampliari, *l. ut vim* ubi Dd. *de inſtit. & iur.* Exempli gratia, propoſui ſervum meum inſtitorem pro negotiis Italicis quæſtuariis: is tecum contraxit, & precio accepto mercem non tradidit, ut mutuò à te pecuniam acceperit, experiris adverſus me inſtitoria actione exemto vel 1

mutuo,

mutuo, de qua in §. institoria instit. Quòd cum eo qui in altera potestate, ubi ita describitur, ut appareat eam competere ex contractu institoris adversus eum qui præposuit, facit *l. 1. l. si quis mancipii 17. ff. de institor. act. l. 2. & ult. C. eod.* Cum præponens tacitè videatur mandare, ut suo nomine cum præposito contrahatur, *l. 5. §. non tamen. §. ult. l. 7. l. 8. l. sed et si l. 11. §. 1. vers. tenebitur. ff. eod.* Ergò adversus te exceptio, me in hoc non præposuisse, itaq; si aliud gesserit, quàm id cui proposueram, me tibi non esse obligatum, per *d. l. sed et si. 11. §. conditio. d. l. 5. §. non tamen. l. pen. §. ult. ff. de inst. act. l. 1. §. igitur. ff. de exercit. actio.* Sed fortassè dubius sum, an hæc exceptio sit sufficiens vel vera, ideoq; adjicio hanc quoque: Ex institoris mei contractu teneor tibi, si non appareat me tibi denunciasse, ne cum eo contraheres, vel si non appareat me expresè palàm literis claris taberna affixis jam ante mandatum revocasse. Nam & in his casib. cessat actio. *d. l. sed et si. in pr. §. id. l. si quis mancipii. 17. §. si impubes. §. seq. de instit. act.* vel dato, me non revocasse, in omnem adjicio exceptionem de non petendo in hunc modum, aut si non patet pactum esse de non petendo, vel si non sit actioni præscriptum. Idem in actione de peculio, de commodato & pignore accidere potest. Rem mihi commodasti, vel pignori dedisti, agenti adversus me objicio exceptionem plus petitionis de commodato nondum finito, *l. in commodato §. sicut. de commodo.* vel

debito

debito nondum soluto, *l. 9 §. omnes ff. de pign. act.* adjicio prætereà, etsi non patet, pactum esse de non petendo, ex *l. si unus §. pactus. ff. de pact.* vel si non patet me jure retentionis propter impensas uti posse, quasi contrario judicio petere licèt. *l. in rebus § possunt. § sequenti. ff. de commod.* Restringitur autē hæc regula, ut officiū suum perdat, si lex cumulationem impediat, quod variè interdū contingit, maximè si non justo tempore opponantur. Nam declinatoriam † fori 2
post litem contestatam ampliùs opponere non licèt. *l. ult. C. de except. l. sed etsi susceperit. 52. ff. de rei vendic.* sed ubi lis † inchoata est, ibi determi- 3
nari debetur. *l. cum quadam puella. ff. de iurisd. omn. iud.* Aliud exemplum est in procuratore in lite, muliere & similibus ad agendum propter defectum personæ inhabilibus, contra quos si non excipiatur ante litem contestatam, *l. militem. 7. Cod. de procurat* post non repetetur exceptione procuratoria, *l. ita demum 13 C. eod* quamvis exceptio falsi procuratoris semper opponi possit, *l. licet 24. C. eod.* Ratio differentiæ est: Quia aliquomodo, rei participes sunt, sed in falso procuratore nihil est quod ad negotium pertineat. Ideoq; illi possunt fieri per litis contestationem domini litis, *l. quod quis sibi. l. procuratoribus. C. de procurat.* hi verò non, *d. l. licet.* sicut falsus tutor per gestionem tutor non efficitur, *l. 1. & toto tit. ff. de eo quod fals. tut. auct. gestum.*

§. 1.

§. 1.

Quotiens concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una quis experiri debet.

SUMMARIA.

1. *Actiones plures si competant, electione unius, an altera tollatur.*
2. *Bartoli distinctio in d.l.nunquam.ff.de privat.delict. an sit vera.*
3. *Objectio contra Bartoli distinctionem quæ.*

SICUT reo permittitur pluribus exceptionibus uti, ita videbatur actori permissum esse plurib. ex eodem negotio competentib. actionibus uti, cùm quædam sit correlatio inter hoc. Deinde in *§.liberum.instit.de leg.Aquil.l.uni.c.quan. civ.act.crim.præiud.l.nunquam plura.ff. de privat. delict.l.1 ff. de vi bon. rapt l. nunquam. 130. infra hoc tit.*
1 traditur actiones † si plures competant, unius electione alteram non tolli. Et § *nostra.instit. de legat.*traditur, hypothecariam cum testamentaria cumulari posse. Quod etiam asseruit Mynsi. *obs 58.cent.1.& in §.nostra.* Sed contrarium hic respondetur, tum quia plus licet reo quàm actori, nec propriè sunt correlata, quoad beneficia & privilegia, ut declaratum est in *l. in omnibus. 39. sub. h tit.* Deinde ad removendas duas reliquas objectiones, etsi variè laboratum sit à Cujac. *obs.*

24. *lib.*

.lib.8, Coras. *lib.2.Misc.cap.5.* verissima tamen est
artoli † distinctio *in d. l.nunquam.ff.de priv. delic.* 2
l.6. & 7.§ si dicatur. ff. de iniu. ex *l.qui servum.ff.de*
l.& act. quam sequitur Ioan. Ferrariensis *in pr.*
rma inquisitionis, in verbo hac est quad.inquis n.10. &
fertur ad Schneidw. *in §.in summa. inst. de iniur.*
nde repeti potest. Deinde limitatur hoc axio-
a, nisi plus sit in una quàm in altera, quia tunc
leviore prius actũ fuerit, poterit adhuc ad prę-
dium alia experiri, quasi ex alia causa debeatur,
on ex eadem. *l.si vulneraverit.43.l.seq.ff loca. l qui*
rvum.ff de obl.& acti.d.l.in rebus.ff.commod. Obji-
tur † distinctioni Bart. *l. 1. §.fin. l.2.ff. de tut. &* 3
it distrah. ubi actio tutelæ, & de actionibus di-
ractis, se invicem non consumunt, etiamsi u-
aq; sit rei persecutoria ex eadem causa, sc. tute-
a orta. Sed sciendũ est, ex diversis oriri princi-
iis, quia illa ex quasi cõtractu, sc. tutela, hæc ex
ero delicto quod furti loco habetur, oritur.
nde evenit, ut actio de rationibus distrahen-
is tollat quidem furti actionẽ, & econtrà. Neu-
ra tamen tutelæ judiciũ, *d.l.1.§.fin*, exẽpla hujus
egulæ peti possunt ex eodẽ libro, unde desum-
a est. Si cõmodatarius rem deteriorẽ fecerit ei,
ui cõmodavit, duę cõpetunt actiones commo-
ati ex cõtractu & lege Aquiliæ ex quasi delicto.
l. in reb. 28. §. sive autem ff. com. Aliud est in acti-
onibus, qui oriuntur ex gesto cũ servo vel filio-
am. alieno. ex omni gesto oritur actio de pecu-
io, & de in rem verso: Sed utilius est aliis agere,
si ha-

si haberi possunt. §. *caterum instit. Quod cum eo qui in alt. pot. st.* Verùm qui in una cœperit agere, in reliquis sibi præjudicat, *leg. qui in hered. 9 §. 1. De tribut. act.* nisi deceptus, vel errore lapsus, *l. 4 §. fin. ff. quod cum eo qui in alt. potestate. l. habebat. ff. de instit. act. l. quod in heredem. 9 § se. de tribut. act.*

LEX XLIV. VLPIANVS LIB. XXIX ad Edictum.

TOTIENS in heredem damus de eo quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur, non quotiens ex suo.

HÆc lex pertinet ad *l. quod in heredem. 9 §. 1. ff de tribut. act.* sed satis explicata *in l. sicuti. 38 supra hoc tit.*

LEX XLV. VLPIANVS LIB. XXX ad Edictum.

Neque pignus, neque depositum, neq precarium, neq; emtio, neque locatio rei suæ consistere potest.

§. 1.

Privatorum conventio juri public non derogat.

IN *lib. 30* ad edictum tractavit Paulus nonnulla de pignore, ut apparet ex *leg. 22. leg. 24. ff. d pign*

pign.act nec non de deposito, *l.1.5.&7* Quærebatur, an rei suæ consisteret pignus vel depositum. Respondetur, quod non, quia nec precariũ, nec emtio locatione rei suę consistit. Rationem subjicit, quia privatorum conventio juri publi. &c. ut declaratum est, *in l. nec ex prætorio. 27. sup. h. tit.* Idq; adeò verum creditur, ne etiam ex post facto possit convalescere, ut dictum *in l. quod initio. 29. supra h. tit.* Vnde hujus legis explicatio repetenda.

LEX XLVI. CAIVS LIB. X. AD edictum Provinciale.

Quod à quoque pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.

SUMMARIA.

1. *Pœna suos autores tenere debet.*
2. *Pœnæ repeti non solent, cum sint defensæ.*

IN *lib. 10.* ad edictum provinciale Cajus disseruit, cùm de mandati actione ut evincitur ex inscriptione *l. 13. & 27. ff. mandat* tùm etiam de actione pro socio, *l. 2. l. 22. l. 34. l. 66 l. 68. ff. pro socio* Etsi fidejussor mora rei principalis non in plus obligatur, quàm ab initio in obligatione fuit, *l. centum capua. ff. de eo quod certo lo. l. trajectitia. ff.* ut dictum est *in d. l. qui in alterius. 31. supra hoc titul.* ex

P pro-

proprio tamen facto & delicto cũ in mora constituitur tùm etiam ad pœnam obligatur, *l. sancimus. Cod. de fideiũss. l. 19 ff. de dolo malo l. mora §. fin. l. cum filiusfam. ff. de usur. l. Stichum aut pamphilum. ff. de solut.* Si itaq; ex suo dolo vel mora conventus pœnam solverit, an à mandatore seu reo principali repetet? videtur repetere, quod habeat actionem mandati contrariam & quod potiùs rei principalis causa, quàm sui gratia moram fecerit. Sed contrarium placuit, *l. si mandavero. 22. § si tibi 10. ff. mand. d. l. sancimus l. nostra.* Tum quia fines mandati excessit, & ideò actione quoad in carcere debet, *l. 3. 4. & 5. ff. mandati.* Quoniam fraudis ac culpæ nullum est mandatum, *l. si verò. 12. § si adolescens. d. leg. si mandavero §. qui edent. ff. mand.*
1 tum quod pœnę † suos tenere debeāt auctores *l. sancimus. C. de pœn.* Ideoq; sicut fidejussoris obligatio mora & delicto rei principalis non augetur, sicut *in l. 42 supra hoc tit.* dictum est, ita quoque rei principalis obligatio ex facto & delicto fidejussoris gravari non debet. Ejusdem generis est, quod in *l. qui proprio. 46. §. procurator. ff. de procurator.* traditur, procuratorem posse actione mandati repetere, quamobrem judicatam solvit, non etiam pœnam, etiamsi ad eum casum perveniant, ne possint incipere deberi, sive sint usuræ punitoriæ sive interesse propter moram vel contumaciam, seu usum, *l. pœna. ff. de condit. indeb.* Sive reverà sit pœna ex delicto privato petita, puta furtor. vel l. Aquilia, ut si debitor p

gni

gnus creditori surripuerit, sic hoc nomine condemnatus actione furti in duplum solverit, etiam si pignus dissoluta obligatione, cui opponebatur cum suis accessionib. sit restituendũ, adeò ut etiam id quod ultrà justum creditum pœnæ nomine furti actione à pignoris jure exegit, debitori ex pignoratitia actione præstare teneatur, *l. creditoris. 15. ff. de furt.* tamen ubi ex suo delicto pœnam etiam longè majorem solverit, nihil repetit. *l. nostra. l. si debitori. 79 ff. de furt. leg. si pignore. 22. in pr. vers. sed quod ipse. ff. de pignor. acti.* Cuiac. *obs. 39. lib. 8.* Hinc regula illa, pœnę non solent repeti, cùm depensæ sint, *d. l. pœna.* licèt mora potuisset purgari, aut pœna licitè retineri, *l. qui ob rem ff. de condic. indeb.* Hinc usuræ punitorię vel etiã compensatoriæ majores ac debebantur solutæ, non tanquam usuræ indebitæ repetuntur, sed sorti imputantur, ut ea soluta redundantes, tanquam sors major indebitè soluta, repetantur. *d. l. si non sortem.* 2

LEX XLVII. VLPIANVS LIB. XXX. ad Edictum.

Consilii non fraudulenti nulla obligatio est. Cæterùm si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio competit.

SUMMARIA.

1. *Mandatum quatuor modis contrahitur.*

2. *Actio mandati in proxeneta non datur.*

DIVERSISMODE hujus legis inscriptio legitur, modò Vlp.*lib.30* ad edict.in quo libro de act. depositi & pignoratitia tractavit, ut demonstratũ *in l.45.sup.h.tit.* modò Vlp.*lib.31.* ad edictũ, ubi de mandato & societate egit, ut videre est *in l.6.l.9.l.10.l.12.l.14.l.16.ff.mandat.l.5.l.20.l.44.l.52.l.58.ff.pro soc.* Quæ posterior lectio verior videtur, quoniam finẽ hujus legis idem cum *l.nam socii 20.ff.pro soc.* quæ ex *lib.31* ad edictũ desumta, & principiũ ejus convenit cum *l.6 § si tibi mandavero.l.2 § 1.ff. mand.* quæ etiam ex eodem libro.

1 Duo autem hujus responsi capita sunt. Primum ad tractatum mand. pertinet, quod quatuor † modis contrahitur, ut *§.1.instit.mand.& d.l.2* declaratur. Quinta verò species, quando tua tantùm gratia mand. supervacuum est mandatum, nullamque producit obligationem *d. l.2. in prin.* Ratio ejus in hac lege ab Vlp. ut & *in l. 6. §.si tibi mandavero.* & Cajo *in d. l. 2. circa finem* assignatur qa consiliũ potiùs est, quàm mandatum, cujus exemplum refertur *in §.6 instit. eod.* Sed ex consilio non datur actio, etiamsi non expediat ei cui datum est, *d.l.2.in fin.d.§. 2.d.l.6.§ si tibi*, quoniam liberum est cuique, apud se explorare, an expediat sibi consilium, nec ne §. *tua tantùm. instit.de mand.d.l.2.§.fin.* Vtrobique Dd. Hinc in

2 proxenetam † non datur mandati cautio, si nominis faciendi causa intervenerit, & effeceri

rit, ut Titio dares 100. mutuo, qui bonis lapsus erat, quia non mandat, sed tantùm monstrat, *l.2.ff.de proxenet. l.& eleganter 7.§.ult.ff.de dol. mal.* Sed hoc restringitur ad consilium bona fide datum, nam si dolo vel calliditate proxeneta nos induxerit, cùm sciret debitorem facultatib. lapsum, actione de dolo tenebitur, *l. quod si 8. ff. de dol. mal. l materia.* Nam cùm proxeneta non adhibeatur contrahendæ secum obligationis causa, nulla alia superest actio, quàm de dolo, cùm detur omnib. aliis cessantibus, *l.1.§.1.ff.de dol. mal.* ideoq; *in l.9. ff. de dol. mal.* præcipitur ex consilio fraudulento & doloso ita demum esse doli actionem, si consilium illud non inciderit in aliquem contractum, ex quo actio oriri potuisset: aut non producat propriam speciem delicti privati. Hinc si quis induxerit aliquem, à quo consultus erat ad id, quod aliàs non fuisset facturus, nisi persuasisset consultor, mandati actio erit, *§. & adeò, hæc ita sunt. instit. de mandato d.l. 5. §. plan. è. l. si hereditatem. 32. l. si mandavero. 45. ff. mandati:* si verò in speciem privati delicti: Puta furti, injuriarũ, servi corrupti incideret, tunc læso adversus mandatorẽ nõ minus quàm adversus ipsum mandatarium actio ex delicto datur, *§. interdum. instit. de obl quæ ex dol nasc.* ubi Schneidw. & Mynſ. *l. qui servos 36. §. 1. l. in furti. 50. §. ope. ff. de furt.* & ibi. Bart. *l. sæpè. 53. §. fin.* ubi ibidem Bart. & Alciat. *ff. de verb. oblig. l. si quis servo. Codic. de furt.* ubi gloss. *leg. 1. §. persuadere. ff. de serv. corrup. l. non solum. 11.*

ff. de iniur. De qua re videndi sunt interpretes antea allegati.

§. 1.

Socii mei socius, meus socius non est.

SUMMARIUM.

1. *Societas consensu contrahitur.*

HOc alterum caput ad tit. *de societ.* spectat. 1 Societas † consensu contrahitur. *§. 1. instit. de obl. quæ ex consen.* Ideoq; si socius frumentarius cum Titio argentariam societatem contraxerit, is Titius mecum non cogitur communicare lucrum ex societate argentaria consecutū, nec ego cum eo, quod habeo ex frumentaria societate: neq; socius meus mecum cōmunicare cogitur, quod lucri acceperit à Titio ex mensaria societate. *l. qui admittitur. 19. & l. seq. leg. cum duobus. 52. §. cum duo erant. ff. pro soc.* neq; etiam incipiam agentariæ societati particeps esse, nec Titius frumētariæ, nisi consentiam ego in illum & ille in me, *d. §. 1.* quippe invito & ignoranti nemo fit socius. *l. qui admittitur. 19. l. seq. ff. pro socio.* licèt pactum præcedens aliquando efficiat, ut emtor rei communis cogatur in societate persistere, ut dictum est, *in l. 26. sup. h. tit.* Hinc heres non est socius, nisi novus intercedat consensus, *l. verum est. §. in heredem. ff. pro soc.* aut res vectigalis conducta, *l. adeò ff. eod.* Cujac. *obs. 25. lib. 10.*

LEX

LEX XLVIII. PAVLVS LIB. XXXV, ad Edictum.

Quicquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur: non prius ratum est, quàm si perseverantia apparuit, judicium animi fuisse. Ideoque brevi reversa uxor, nec divertisse videtur.

Summaria.

1. *Delicta dolum requirunt, nec lata culpa dolo æquiparatur in illis.*
2. *Animus & propositum an delicta distinguant.*

Recte monet Cujac. hanc legem referendam est ad tractatum *de divortio.* ut constat ex inscriptione *l.1.& 3.ff.de divort.l. quodsi non.ff.de iur dot.* Cùm enim Paul. *d.l.3.* de divortio dixisset, divortium non esse, nisi quod fiat animo perpetuæ dissensionis constituendæ, statim illatione subjecit: Quicquid calore iracundiæ, &c. Ideoq; per calorem misso repudio si perbrevi reversa est uxor, divertisse non videbitur. Etenim ira furor brevis est, &c. inquit Poeta. Quemadmodum igitur furiosa propter dementiam sensusque defectum repudium mittere nequit, *l.4.ff. de divort.* ita vel ea quæ subito iracundiæ calore ac motu perturbata divortium facere voluit. Hinc Ferrarius & Cagnolus *hic numer.3.* inferunt, si quis contrahendo vel jurando ira commotus

motus quid egerit, fecerit, dixeritve, id nō prius ratum judicandum esse, quàm si tantùm intercesserit, ut animus certus ac deliberatus colligi possit. Et Decius hic tradit, regulæ locum esse in contractibus, juramento, voto & confessione. An verò in delictis quæsitum est? Quoniam de-
1 licta dolum † requirunt, nec in illis lata culpa dolo æquiparatur. *l. 1. C. ad l. Corne. de sica. l. in l. 7. ff. eod.* Sed qui furat, captus omninò dolo, imò culpa caret. *l. Divus. ff. de offic. præsid.* Si itaque iratus seu calore iracundiæ inflammatus sit instar furiosi, regulę in delictis locus esse videtur. De-
2 inde animus † & propositum delicta distinguūt *leg. qui injuria. ff. de furt.* Animus huic deesse videtur. Tandem in omnibus pœnalibus judiciis ætati & imprudentiæ succurritur, *leg. ferè in omnibus. infra hoc tit.* Verùm in contrarium sunt urgentissimæ rationes, cùm & in sacris pcipiatur, ne patiamur nos ira vinci, & in Ethicis ira viciis annumeretur fugiendis. Deinde ira quandoque ex ipso dolo & proposito oritur. Suntque nonnulla delicta, quæ vix aliter atque ab ratio expediuntur, cujusmodi homicidium est, parricidium, Geilius itaque *in observation. 110. numer. 32. & seq. lib. 2. practi. observation.* ex receptiori Dd. sententia tradit, regulam hanc in delictis non habere locum, *argumento l. si non civili. Codic. de injur.* nisi in levioribus, puta in verbali injuria, quod & Dec. *hic num. 6. 7. & seqq.* tradit. Nam in his quæ-
dam

dam imprudentia condonari poteſt, in gravioribus minimè. Nec obſtat prima, non tum ideò, quod illud verum ſit quoad pœnam ordinariam, ſed propter latam culpam nemo ab extraordinario excuſatur, *d. leg. in lege. l. reſpiciendum ff. de pœn.* tum quod ira non omninò ſit ſimilis furori. Sed tantùm in iis quæ leviora ſunt, & quæ judicium quoddam animi deliberatum requirunt, non in iis qui atrocitatem facti habent & ira augentur. Similiter ad ſecundum reſpondetur, quod iratus non prorſus voluntate careat: unde ad tertium manifeſta eſt reſpõſio, quæ atrocitatem facti habent, nihil inveniri poſſe, quod imprudẽtiam prætendat eorum, quæ ira ad ea perficienda incitabantur. Cùm ipſe potiùs iram vincere, quàm ab illa vinci debuiſſet. Eadem diſtinctio in ebrioſo quoque recepta eſt, per *l. reſpiciendum. §. delinquunt. verſ. impetu. ff. de pœn. l. omne. § per vinum. ff. de re milit. c. inebriavit. c. ſive. 16. quæſt. 1. c. ſi quis iratus. 2. quæſt. 3.* Geil. *obſerv. 110.*

LEX XLIX. VLPIAN. LIB. XXXV. ad Edictum.

Alterius circumventio alii non præbet actionem.

SUMMARIA.

1. *Circumventionis nomen hoc loco activè & paſſivè*

 acci-

accipitur. & num.2.

3. *Aliquis nunquam præsumitur in illicita consentire.*

RECTIUS hujus legis inscriptio legitur apud Vlp. *lib. 35.* ad edictũ non cujus. Cùm Cajus non scripserit ad edictum, sed tantùm ad edictum provinciale pauciores numero libros, & 10. tantùm ad edictum urbicum de servitut. Vlp. *lib. 35* ad edictũ de tut. earumq; actionib. ut patet ex inscriptione. *l. 1. 3. 6. 7. ff. de admin. tut. l. 1. 3. ff. de susp. tut. l. 9. & 13 ff. de tut. & rat. distr.* Certi juris est, tutorẽ ex cõtractu circa res pupilli inito ipsi pupillo actionẽ inquirere. *l. 2. C. quãdo ex fac. tut. pup. tene.* Et conventi judicio aut agentes, sicut judicati actionẽ pupilli quærũt, ita quoq; pupillum obligant, ut stante administratione in eos tanquam administratores fiat executio, ea dissoluta in bona pupilli, *l. 1. C. eod.* Quid ergò? si contrahendo vel judicium suscipiẽdo circumvenerint adversarium, vel passi sunt se circumveniri, an quæsita erit actio pupillo? Respond. hic alterius sc. tutoris & procuratoris circumventio seu dolosa actio, alii sc. pupillo vel domino mandanti non præbet actionem circũventionis nomen, & agendi & defendendi habet significationem. Activè † hic glos. interpretatur, 1 exemplum est: Tutor dolo malo circumvenit eum, cum quo agebat pupilli nomine, hæc circumventio nullam prorsus pupillo actionem acquirit, etsi agit de facto, doli mali exceptione

repelli-

repellitur, cùm id petat, quod nullo jure debeatur. *l. 4. § illa. §. quæ in tut. ff. de dol. mal. except. l. sed & si ff. de dol. mal.* Passivè † accipitur in *l. novissi. ff. de eo quod fal. tut. auct. gest. est.* Vbi dolo malo tutor pupillo factus est auctor in litẽ qui victus. Etsi alias ex causa judicati fiat executio in pupillum, *l. l. 1. C. quando ex fact. tut.* tamen hoc casu propter dolum tutoris causam actioni præbentem, nõ in pupillum, sed in ipsum tutorẽ erit. *d. l. novissi.* ac haberi debet, ac si se liti obtulisset. *l. 4. §. 1. ff. de re iud.* Sic dominus servum emit, per procuratorem deceptus est, qui procurator cùm sciret servum morbosum esse, dominum fefellit, quæritur, an competat actio redhibitoria domino? Resp. quod non, per hanc regulam, licèt ipse procurator mandati teneatur. Cui cõvenit, quod de proxeneta *l. 2. ff. de proxen.* proditum est. Ratio est, quia dolus malus nemini cõmodum afferre debet, sive quis ipse commisit sive alius. *l. ult. §. 1. ff. de eo per quem fact. erit. & c. l. & eleganter. ff. de dol. mal.* Hinc socius si quid furto vel alio maleficio acquisierit in cõmunionem non infert propter turpitudinem *l. quod aut. 54 ff. pro soc.* Nec censetur possessio domino acquisita, quã servus invito & ignorante domino vitiosè cõsecutus est. *l. quod servus. 24 ff. de acqu. poss.* Nam nunquã præsumitur † aliquã in illicita consentire, &c. *l. procurator. vers. quod si indeb. ff. de condic. indeb. leg. 2. §. si procurator. ff. quod quisque iure in alium. &c.* Sed ut dominus ex delictis servo-
rum

rum teneatur suo nomine necesse est, ut factum eorum ratum habeat vel sciat, nec prohibeat, *l. 2 ff. de noxa. act. & hic 1. & l. seq.*

LEX L. PAVLVS LIB. XXXIX. ad Edictum.

Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest.

SUMMARIA.

1. *Aliud est autorem esse servo delinquenti, aliud pati delinquere.*
2. *Qui non prohibet, nullum crimen patitur, cum prohibere potest: quod secus est in crimine falsi.* numero 3.

PAUL. *in lib. 39.* ad edictum tractavit de furtis, ut arguit inscriptio collata cum *l. 1. l. 53. ff. de furt. l. 9 ff. de noxal. actio.* ex *l. pen. ff de furt.* Constat Labeonẽ existimasse, eum non habere furti actionem, qui cùm sciret sibi quid surripi, non prohibuit. Contrarium Paul. *ibidem* tradit Labeonem reprehendens, quia aut non potuit prohibere, aut potuit quidem, sed ut evitaret fortasse tumultum aliudve periculum; & certior esset de proposito delinquentis, non prohibuit. Vtrobique nulla est ratio, cur actio denegetur: posteriori casu ideò non; quia etsi

ètſi non prohibuit, ſe tamen invito res contractatur, quo efficitur, ut furtum ſit. *l. 1. ff. de furt.* priori caſu, quia culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt, *l. noſtra. l. 1. § occiſorum. verſ. hoc ideo. ff. ad SC. Sillan. l. ſi quis in gravi. in pr. ff. eod. l. ſi fund. §. fin. ff. locat. l. adigere. in pr. ff. de iure patron.* Accommodari etiam poteſt ad furtum à ſervo vel familia factum. Si ſervus volente, ſeu ratum habente, aut jubente domino deliquerit, ipſe dominus principali actione furti tenetur in ſolidum, ſicut ex quolibet alio delicto, nec liberatur noxæ deditione. *l. 2. ff. de nox. actio. l. non ſolum. ff. de iniur. l. conſilii. & quæ ibi annot. ſupr. h. tit.* Cæterùm ſi domino ignorante, *l. 5. ff. de noxal. actione.* vel eo quidem ſciente, ſed in eo caſu conſtituto ne poſſit prohibere, puta trans flumen eſt, aut ſervus autoritatem domini contemnit, vel ad libertatem provocat, &c. Solum noxale judicium locum habet, nec culpa aliqua domino imputari poteſt. *l. 3. & 4. ff de noxal. actio.* Vnde reg. illa, in omnibus noxal. actionibus, ubicunque ſcientia exigitur domini, ſic accipienda eſt, ſi cùm prohibere poſſet, non prohibuit. Aliud enim eſt autorē † eſſe ſervo delinquenti, aliud 1
pati delinquere, *d. l. 3.* Extenditur hæc regula ad multa alia argumenta, *l. ſæpè ff. de re iud.* quidam promiſit damni infecti opus factum eſt ab alio quodam, ſciente promiſſore, ex quo damnum contigit, quæritur: an teneatur promiſſor? Vlp. *in l. ſi luminum. 24. §. quanquam autem. ff. de damn.*

de damn. infect. respondet, si prohibere potuit, tenetur, sin minus, non committetur. Ejusdem generis est respons. Paul. *in l. nullum. 109. in fr. h. tit.* Nullum, inquit, crimen patiatur, qui non prohibet, cũ prohibere nõ potest. Hoc desumtum est ex *lib. 5* ad edictum, in quo tractaverat de his quæ notantur infamia, ex prætoris edicto, ut arguit inscriptio *l. 5. 7. 9. 12. & 14. ff. de his qui not infa.* paterfam. qui patitur filium uxorem ducere eam, quæ virum nondũ duxit, aut bina sponsalia eodem tempore contrahere permittit, infamia notatur, *l. quid ergò ff. de his qui not. inf.* Ecõtrà filiasf. qui jussu patris duxit, quãvis liberatus patria potestate eam retinuit, nón notatur quippe in potestate constitutus prohibere au impedire nõ potuit, quo minùs patri obtemperaret. *l. qui iussit. 12. ff. eod.* Legitur *d. l. nullum.* etian
2 alio modo, nempè: Nullum crimen patitur, qui non prohibet, cùm prohibere posset. Sed tum alio respectu consideratur. Primò de extraneo nõ suo, sed alterius nomine, bina sponsalia constituente, qui propterea infamia non notatur, quippe hoc tantũ cõtingit, si quis eju nomine cõstituerit, quem quamvè in potestat sua habuerit, *d. l. quid ergò. § 1.* Secundo modo in domino sciente à servo suo delictum committi, ad quod persuasus erat ab extraneo, qu in potestate non habet, ut exemplum est *in l. quis servo. C. de furt.* Et § *unde illud. instit. de obl. qu ex dol.* Etsi enim servum potuisset prohibere

tame

tamen ut suasoris crimen, quod prohibere non potuisset, præsumitur, elucescat clariùs permissum est, ne prohiberet servum illud expedire, ad quod persuasus est. Nec propterea exceptionem doli vel culpæ patitur. Cui non refragatur *l. lege Cornelia. ff. ad leg. Corn.* vel de falso, quod is de falso teneatur, qui cùm sciret, extraneos falsos conficere nummos, non prohibuit, cùm prohibere potuisset, quoniam speciale est in † crimine falsi, quod regulam in 3 casibus non exceptis confirmat. Vtraq; igitur lectio *d. l. nullum.* sustineri potest, & probabilis est, si ad diversa accommodetur.

LEX LI. CAIVS LIB. XV. ad edictum provinciale.

Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est, alii restituere.

QVæ ad hujus responsi Caii ex *lib. 15.* ad edictum provinciale, in quo de bonorum possessione tractavit, explicationem spectant, repetenda sunt ex *l. non videtur. 13. supr. h. tit.*

LEX LII. VLPIAN. LIB. XLIV. ad Edictum.

Non defendere videtur, non tantùm qui latitat, sed & is, qui præsens negat

gat se defendere, aut non vult suscipere actionem.

SUMMARIA.

1. *Bona sæpè causa sub iniquo iudice vincitur.*
2. *Gesta fraudationis causa quomodo accipienda.*
3. *Metus in virum constantem non incidit, sed vanu timor.*
4. *Verbum,* defendere, *est generale.*

IN *lib. 44.* ad edictum Vlp. tractavit *de bon. libert. & act. Fabiana.* arg. *l. 3.* (secundum veriorem inscriptionem) *l. 10. & 12. ff. de bon. lib. l. 1. & ff. si quid in fraudo patron. fact. erit.* Patronus pro libertate collata à libertis morientib. legitimai habere debet portionem, de qua in *in tit. inst. de succes. libert.* Itaque si dolo malo fecerint liberti, tàm testamento, quàm intestati, ne patroni legitimam habeat, agit Fabiana seu Calvisiana actione ut ii, in quos res ita alienatæ sunt, restituāt, unà cum fructibus, donec patronus consequatur id, quod habere debuit, *l. 1. § quamvis & § cum ll. seqq. ff. si quid in fra. patron.* Quid si libertus conventus se defendere cùm potuisse, noluit, & ita victus excussus sit? Videbatur nihil in fraudem patroni factum, quia, ut potiùs quasi victus solvere voluerit, quàm contendere, justo metu inductus videtur, cùm propter dubium litis eventum. *l. quod dicitur. § 2. ff. de pe* glo

glosf. *in l. Lucius. 78. § fin. ff. ad SC. Treb.* & bona † 1
sæpè causa sub iniquo judice vincitur, teste Cicerone. Deinde qui jussu judicis aliquid facit, non creditur dolo malo facere, *argument. l. non potest 199 & l. res iudicata 207. infr h. tit. l. non videntur. 167. §. 1 infr. eod.* sed placuit Fabianæ locum esse, *l. 1. §. quid si in lite ff. si quid infrà. patron.* &c. Nam gesta fraudationis causa † accipere debe- 2
mus, non ea, quæ contrahens gesserit aliquis. Verùm etiamsi fortè data opera ad judicium nō adfuit, vel litem mori patiatur, vel à debitore non petit. *l. 3. §. 1. ff. quæ in fraud. cred.* Est enim metus † nō incidens in virum constantem, sed 3
vanus timor, maximè ubi justa haberi potest defensio, nec est quod judicis iniquitatē metuat, cùm remediū habeat appellationis. Neq; etiam jussus judicis, ut solvat ex justa rei causa, est, sed ex contumacia non respondentis, quæ ut alteri nocere non debet: ita nec jussus judicis inde pervenieris. Hinc quærebatur, quādo quis non defendat vel defendisse videatur, ut Fabianæ actioni locus sit? Respond. Vlpi. hic non tantùm si omninò fraude se subducat & locum judicii fugiat: Sed etiam tunc, quando quidem præsens est, h. e. in urbe vel in foro, sed latitat fortè in suburbiis vel circa columnas, aut negat præsens coram prætore aut judice se defensionem suscepturum, aut actionem in judicium ducturum. Ex quo constat, si quæratur, quis causam non defendat; primùm eum non de-

Q fendere

fendere qui latitat, h.e. turpiter se occultat, sive in remotioribus locis sit constitutus, sive proximè. *l. Fulcinius. §. 1 ff. quibus ex cau∫. in pos∫. eatur.* Quippe non satis est latitare, sed necesse est id fraudationis causa fieri, ut ita turpiter lateat. Quod Vlpian. *in d. l. Fulcinius. §. quid sit autem latitare.* auctoritate Cicero. *in orat. pro Quinto Fratre* comprobat. Potest enim quis non turpiter latitare, fortasse timens tyranni crudelitatem, aut vim hostium, aut seditiones domesticas, *d. l. Fulcinius. §. quid sit autem latitare.* præterea necesse, ut in fraudem patroni ita latitet, hoc est, ut propterea faciat, ne post mortem suam patronus legitimam integram habeat, sicut in eo, qui in fraudem creditorum latitat, obtinet, quem non satis est fraudationis causa latitare, sed requiritur, ut propter creditores latitet, ne possint commodam solutionem exigere, *d. l. Fulcinius. § sed & is qui.* Secundò, is defendere non videtur, qui quidem non latitat, sed præsens est, verùm patitur se vinci omissis defensionibus, *d. l. 1. §. quid si in lite.* aut patitur se condemnare ex contumacia sua, cùm litem nolit contestari, *d. l. 3. §. 1.* Huic etiam additur is, qui initio quidem defensionem suscipit, sed non perseverat, *d. l. 2. fin. ff. ex quib. cau∫. in pos∫. eatur. Can. certum est, 10. quæst. 3 l. rectè. in fin. ff. de iud.*

4 Verbum, &c. *defendere* † generale est, ut & jure & facto defensio fiat, *l. sed si damnum. §. sed & cred. ff. de pecul. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de donat. int. vir. &*

vir. & uxo. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. l. consentaneum. C. de iur. delib.

LEX LIII. PAULUS LIB. XLII. ad Edictum.

Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est.

SUMMARIA.

1. *Occupantis conditio melior est. &* num. 4.
2. *Errantis nullus est consensus.*
3. *Condictio indebiti tamdiu competit, quamdiu indebitum solutum non incidit in speciem donationis.*

HÆc quoque lex ad bona libertorum & actionem Fabianam spectat, arg. inscriptionis collatæ cum *l. 4. & 9. de bon. liber. l. 6. ff. si quid fr. patro.* Libertus debebat Cajo 10. postquã pactus esset de nõ petẽdo, ut tutus fuisset perpetua exceptione, decem illa solvit. Quærebatur, an patronus, qui per hanc solutionẽ legitima privatus est, possit repetere? sive errans, sive sciens fecisset, per patronũ repeti non posse videbatur, quia in eo, quod vel is, qui petit, vel à quo petit, lucri factur⁹ est; durior causa est petitoris. *l. in eo. 34. s. b. 1* & occupãtis cõditio † melior *l. int. eos. ff. de re iu.* sed patron⁹ cũ jure successionis legitimã 1

 petat,

petat, *tit. inst. de success. libert.* ex lucrativa causa consequi cupit, *l. 1. §. lucrativas verò. C. de impon. lucrat. descr. l. si hereditatem ff. manda.* contrarium tamen verius est, quoties verè indebitũ solvit.
2 Nam si errans dederit, cùm errantis † nullus sit consensus. *l. error. ff. de iur. & fact. ignor.* omninò repetitioni locus est, & ipsum quod solutũ, aut tantundem reddatur, *l. 7. l. si pœna. 19. § 1. §. seq. l. el. g inter 23. l. qui except. 40 ff. de condict. indeb. §. is quoq; inst. quibus mod. re contrah. obl. §. item is cui. inst. de obl. quæ ex qua. contr nasc.* Ideoque condicet tanquam successor seu heres, cui ipse quoq; libertus condicere potuisset. *l. si fund. 12. ff. de co d. ind.* si sciens indebitũ solvit, cùm in patroni fraudẽ factum sit, mertiò actioni Fabianæ locus erit. *l. 5. 6 9. & 10 ff. si quid in fr. patro.* cessante condictione indeb. *l. qui fund. § servus meus. ff. pro emt.* Nam
3 tamdiu competit † cõdictio indebiti, quamdiu indebitum solutum non incidit in speciem donationis. *d. l. 1.* ideoq; nisi cùm sciens indebitum libertus solverit, id in fraudem patroni fecerit, & condictio cessabit, *d. l. 1.* & actio Fabiana *d. l. 5. & 6.* quippe quod vivus libertus donare voluit benemerentibus amicis, id dominus revocare nequit, *d. l. 9.* nisi in ejus fraudem donatum sit, *d. l 5. & 6.* Hinc regula nostra ad distinguendam actionem Fabianam à condictione indebiti à Paulo in *tit. si quid in fraud pat. fac. sit.* adducebatur. Non autem obstat, quod occupãtis melior
4 † sit conditio, quod verum est, si par sit utriusq; ratio

ratio & causa *d.l.inter eos.* sed hic impar causa est, quoniã patrono debetur portio legitima quælibet. *l.Papin.8.§ si quis.ff.de inof test.* Sed ut donationes integræ conservari possint, priùs deducendum est æs alienum, *d.l.inter eos.* prout plenè *in d.l.33.supr.h.tit.* declaratũ est. Quod adeò obtinuit, ut creditores possint donationes indistinctè revocare, cùm lucrum extorqueatur, non damnum inferatur. *l. 4. §. simili modo ff. quæ in fraud.cred.*

LEX LIV. VLPIANVS LIB. XLVI. ad Edictum.

Nemo plus juris ad alium transferre potest, quàm ipse haberet.

SUMMARIA.

1. *Possessionis bonorum effectus qui.*
2. *Quarum rerum dominium defunctus non habuit, earum quoque successor non consequitur.*
3. *Heres eandem, quam defunctus, actionem habet.*
4. *Sicut in iura succedimus, ita quoque in vitia.*
5. *Possessionis continuatio in iuris successore quoad usucapionem valet.*
6. *Aliquis non plus iuris in alium transferre potest, quàm ipsemet habet.*
7. *Iure datoris resoluto, resolvitur quoq; ius acceptoris.*

 8. *Vsu-*

8. *Vsucapio à tempore alienationis incboare debet.*

IN *libr. 46.* ad edictum Vlpianus tractavit de bonis possessionis tam ex testamento, quàm ab intestato, ut ex infinitis respõsis manifestum evadit: inprimis verò ex *l. 2. ff. unde legit. l. 1. l. 6. ff. unde cognat. l. 2. ff. de grad. cognat. & affin. l. 5. ff. de*
1 *suis & legit.* Quæstio est de effectu † possessionis bonorum, quę jus persequẽdi pertinendiq; patrimonii defuncti tribuit. *l. 3. §. bon. ff. de bon. poss.* sicut etiã hereditas, *l. nihil est aliud. ff. de verb. sign.* Quid ergò trãsfert successio ꝑtoria tũ ex testamento, cùm etiã ab intestato? idem quod hereditaria seu civilis scil. universum jus defuncti, *d. l. 3. §. bon. l. her. l. her. ff. de verb. sig.* cõmoda scil. & incõmoda, & dominiũ rerũ, quod defunctus habuit. *l. 1. ff. de bon. poss.* Quarũ igitur rerum domi-
2 nium † non habuit defunctus, earum quoque non consequitur successor, sive sit prætorius, sive sit civilis. Quare? Ratio in *hac l.* assignatur: Quia nemo plus juris, &c. Nec majoris est potestatis jurisve successor quàm defunctus
3 fuit, *l. her. 59. infr. h. t.* Heres † eandẽ habet actionem, quã defunctus, *l. repet. ff. ad leg. Falc. l. si per imprudentiã quod mirũ ff. de evict.* Nec obstat quod quædam actiones, ꝓsertim pœnales, vindictam persequẽtes, heredi nõ dẽtur, cujusmodi est injuriarũ, Actio in factũ de calumniatorib. popularis, &c. nisi lis cõtestata sit *l. iniur. 13. ff. de iniur. l.*

pœn.

pœn. in prin. ff. ad l. Falc. l. pen. ff. 1. de pop. act. l. pœn. infr. h. t. §. non autẽ. inst. de perpet. & temp. act. Nam qui plus juris transfert, minus transferre potest, *d. l. hered. l. nostra. l. 1. C. de her. tutor, & curat. l. 4. ff. de magistr. conventi.* sed nec in bonis sunt ante litem contestatam, *l. injuriarũ. 28. ff. de injur. d. l. pen. ff. de pop. act. l. si cui. 11. §. 1. ff. de verb. sign. l. si verò. §. hac autem ff. de his qui deiece.* Ideoque transmitti non potuerunt, nisi lis cõtestata esset. Similiter quæ mala fides obstabat defuncto, ne usu caperet, heredi bonorumq; successori obstat, licèt ipse bonam fidẽ habeat. Sicut n. in jura † succedimus: ita quoq; in vitia, *l. vitia. C. de acqu. poss.* ut è contra bona fides defuncti heredi, licet malæ fidei sit possessor, prodest. Quanquam aliud in emptore, legatario, donatorio & similibus obtineat. *§. diutina. §. seq.* ubi interpretes, *instit. de usucap.* Quippe continuatio possessionis † in juris successore locum habet, quo ad usucapionem *l. cum miles. ff. ex quib. caus. maio. in integ. restit l. cum hered. ff. de acqu. poss. d. l. vitia.* non etiam in rerũ successorib. cujusmodi illi sunt, qui ex singulari titulo succedunt. Hæc quoq; regula in cæteris etiã alienationib. locum habet, puta si is, qui vendidit & tradidit, dominus fuerit, dominium transtulerit: si non tantum usucapiendi occasionem, quam ipse habet, præstitisse dicetur, *l. traditio. ff. de acquir. rerum dom. l. aliud est vendere. §. ult. infr. hoc titul. l. 2. §. 1. l. seq. l. exempto. in princip. ver. quæ res siquidem dominus. ff. de act.*

(margin: 4 beside "Sicut n. in jura † succedimus"; 5 beside "continuatio possessionis † in juris")

empti. Sic Vasallus feudi directa proprietate carens, nihil transferre potest, ne quidem usucapiendi conditionem, qua ipse caruit, *c. imper. de prob. Feud. alie per Fed. in usib. Feud* Et quanquam in aliquē agnatorum, vel etiā extraneum, agnatis consentientib. commodum utendi fruendi feudo transferre possit, *c. 1. de alie. feud. pat. c. 1. de success. feud.* tamen per proximiores agnatos vel liberos alienatoris mortuo tandem vasallo gratis revocatur. *c. Titius. si de feudo defuncti contentio fuerit. in usib. feud.* Curtius junior *parte 4. Feud. n. 151.* Facit *cap. 1. de alien. feud. pat.* Quia non plus
6 juris potuit † transferre, quàm ipse habuit, videl. ut quādiu viveret, possideret, per *l. nostrā.* id-
7 eoq; resoluto † jure datoris resolvitur jus acceptoris. *c. 1. §. rursus de controvers. invest. l. lex vectigali fundo. 3. 1. ff. de pign.* Iacob. de sanctoGeorg. *in verb. item etiam. nu. 4. ad d. §. rursus.* Zasius *parte 10. num. 86. in compend. feud.* Quinimò masculus heres descendens alienantis vivo patre intra annum revocare potest ab agnato, reddito pretio, *d. c. Titius. d. loco.* Quod etiam verum puto, non obstante contraria observatione, Mynsi. *in centur. 5. obs. 55.* etiamsi aliquis ex agnatis cōsenserit alienationi, cùm propter generalem rationē, quod lōgè majus sit dominum consentire, quā agnatum. Sed domini consensus nihil pjudicat filio, *d. c. 1. de ali. feud. pat.* Tum etiā qp non majoris debeat auctoritatis esse agnati voluntas, quā ipsius patris possessoris. Ne dicam plus juris filium habere

habere in feudo patris quàm ullus ex agnatis, *arg. d. cap. Titius. l. si in suis. ff. de lib. & posthum.* & neminì jus sibi quęsitum auferre posse, *l. idquod nostrum. supra h. tit.* Prætereà unius agnati cōsensus reliquis non præjudicat. Curtius *num. 4. per d. c. de ali e. pater. feud. verb. ad quos quandoque sit. Et l. fin. C. de auct. præst. c. quod omnes, de reg. iur. in 6.* Ergò nec filio jus suum adimet. Nec refragatur *l. cum à iure. C. de rei vendic. cum simlib.* quod heres debeat ratum habere factum defuncti. Quod verum est, si habuerit ita agendi, vel disposuerit super iure quærendo, non autem quæsito ut *ibid.* per interpretes. Sed in feudo Vasallus nullam habet facultatem disponendi contra formam successionis à lege datam, *c. unic o. de nat. feud. success. c. un. qualiter olim pot. feud. alt.* Porrò si in extraneum translatum fuerit, consentiente etiam dominò, adeò nullũ creabitur agnatis præjudicium, vel filio Vasalli, per *l. nostram.* quin cuique, ordine tamen observato, liberum sit, reddito intra annum pretio vivo alienante, revocare, *d. c. 1. §. sed etiam res. per quos fiat. invest. d. c. Titius.* Vbi Ardizo. aut si expectare velint mortem alienantis gratis revocent, *d. c. 1. de aler. feud. pat. d. c. Titius.* & quidem intra 30. annos à die mortis vasalli. per *d. cap. unic. §. hoc quoq; de success. feud. d. c. uni. §. porrò. qualiter olim poterat feudum alienari.* gloss. *in d. c. Titius.* per *l. cum notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Resoluto enim jure datoris, solvitur jus acceptoris, propter rationem *huius l.* Nec obstat, usu-

8 capionem † inchoari oportere à tempore alienationis: Quoniam ex *l.1. C. de ann. recept.* constat & præscriptiones in initio esse utiles ne antè currere quàm si agi possit. Sed jus ad agnatum vel filium delatum non est, ut agere possit antequam vasallus è medio sit sublatus, quibu congruit, quod Dd. de jure offerendi tradun passim. Circa hanc l. movetur antonomia d creditore alienante, item Emphyteuta, & quibusdam aliis; Sed de iis actum est *in l. id quod nostrum, supra h. tit.* unde repeti debent.

LEX LV. CAIVS LIB. II. DE TEstamentus ad edictum urbicum.

Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur.

SUMMARIA.

1. *Creditor nihil dolo facit, qui suum recipit.*
2. *Is dolo non caret, qui eandem rem duobus in solidum vendit.*

QVONIAM hæc lex, quo referenda sit, propriè ipsa monstrat inscriptio, nempè ad testamentarium tractatum. Quidam cùm filios non haberet, fratres alios ab intestato successores testamento facto periit, non sine causa institutus aliis honestis ac bonis viris. Hi fratres

insti-

stituunt inofficiosi testamenti querelam, di-
entes se iniquè & improbè nec sine injuria
ræteritos per ea, quæ scribuntur, *in l. 3. & 5. ff.
inoff test.* Quæritur, quid juris, cùm usus sit
ure suo, scilicet libera testandi facultate à lege
oncessa, nihil quod defuncto possit imputari,
editur, per hanc *l. & l. fratres. 27. C. de inoff. test.*
nde meritò fructibus ita præteritis, ut licitum
rat præterire eos in officio, si querela denega-
ur, ne immeritum defunctum preter suam cul-
am diffament, aut cineres ejus inquietent; Sic
ice versa, si filius injustè fuit præteritus, qui in
fficio fuit patris, qui testamentum dixit,
on potest videri id dolo fecisse, vel contra pie-
atem aut reverentiam patri debitam, cùm ju-
e suo utatur, *argum. d. l. 2 3. & 5. l. 1. l. 8. l. si filius. 22.
f. de inoff. test. l. nostra.* sic etiam si heres legitimus
estamento heres institutus potiùs ab intestato
dire velit, quàm ex testamento, cùm illud ten-
lat in præjudicium legatariorum, meritò tene-
ur ex edicto prætoris; *Si quis omissa testamenti
causa ab intestato adierit hereditatem*, ad præstatio-
nem legatorum, ac si ex testamento adiisset, *l. 1. l.
quia autē in pr. ff si quis omissa causa testamē.* Si verò
sibi à testatore liberum fuerit permissum & in
arbitriū suum collatū, velit ne potiùs ab intesta-
to adire, quàm est testamento adiēs ab intestato
non incidet in edictū, *d. l. 1. §. si proponatur. d. l. quia.
§. planè si nominatim.* Ratio est, quod jure suo usus
sit, cùm expressam per se testatoris voluntatem
habeat,

hanc, ne calliditatis reus videri possit. *d. l. 1. in pr* Accommodatur hæc quoq; regula ad multa alia, puta ad casum, *l. 3. §. 1. ff. de l b. hom. ex hib* Ejusdem generis est regula. Nihil dolo† creditor facit qui suum recipit. *l. nihil dolo. 129. inf. h. tit.* Quæ regulę ratio est actionis Paulianę, qua revocātur alienata in fraudem creditorum, §. *item si quid in fraude. instit. de act.* cujus æquitas quanta sit, partim ex *l. cuius 53.* partim quoq; ex *l. in eo 33. supra h tit.* colligere licet. Infinita hic autem gloss. exempla cumulantur, tandem duo objicit. Primò si rem meam semel venditam, nondum tamen traditam, citra falsi crimen aut pœnam stellionatus rursus alii vendere non possum. Regula fallit, quippe jure meo uti videor, tum quod res adhuc apud me sit, nondum tradita, & ita dominio uti liceat, *arg. l. in re mandata. ff mandati*, tum quod res etiam aliena possit citra crimen alienari, *l. quotiens C. de rei vendic. l. rem alienam. ff. de contrah. empt.* Sed primum verum est. *l. qui duobus. ff ad l. Cor. de fals. l. fin. ff. de crim. stell.* Ergò & consequens. Secundò adducit in contrarium *l. virilis 8 §. si acciderit. ff. de legat. præst.* ubi adiens hereditatem ex testamento, quo sibi portio virilis relicta erat, de dolo tenetur. Sed in utroq; casu dolus potiùs quàm jus intercessit. Quis non in-
2 telligit eum † dolo non carere, qui eandem rem duobus in solidum vendit? jure autem ita vendendi carere patet ex eo, quod actione empti rem necessariò teneatur præstare, *leg. 1 ff. de actio*

Emt

nti. Vbi gl. magna *l.4 C.eod.* Nec ampliùs pro-
·iè ſit ſua, ſed ſub conditione, unde etiam pe-
culum ad emtorem pertinet à tempore perfe-
i contractus, *l.1.& ſeqq. ff. de peric. & com. rei vend. cum autem emtio. inſt. t. de emt. & vend.* Quinimò
:èt res aliena vendi poſſit: tamē ſi dolo verſatus
:, non tantùm actione de evictione, ſed etiam
: emto ad intereſſe tenetur, ne ex dolo ſuo lu-
um capiat. *l. 2. & 3. l. ex emto. ff. de act. emt.* facit *l. uti, l. alterius. 49. ſupra h. tit.*

EX LVI. CAIVS LIB. III. DE LEgatis ad edictum urbicum.

Semper in dubiis benigniora præferenda ſunt.

HÆc quoq; inſcriptio luce ipſa clarius reddit, quod pertineat reſpōſum illud ad tra-
atum de legatis. Vnde intelligimus, illud idem
ſe, & eandem cum *l. ſemper. 9. ſup. h. tit.* admitte-
: interpretationem.

LEX LVII. CAIVS LIB. XVIII. ad edictum Provinciale.

Bona fides non patitur, ut idem bis exigatur.

SUMMARIA.

Diverſa ſunt, rei æſtimatio, & ipſa res.

2. Æſti-

2. *Æstimatio quando in rei locum succedit.*
3. *Bona fides non patitur, ut idem secundò exigatur.*
4. *Omnes pœnales stipulationes sunt conditionales.*
5. *Tot sunt delicta, quot delinquentium personæ sunt.*
6. *Obligationes tot sunt, quot sunt delicta.*
7. *Delictorum nulla est communicatio, sed quilibet ex suo facto tenetur.*

IN *lib.18* ad edictum provinciale tractavit Cajus de legatis, ut apparet ex *l. 66.68. & 70. ff. de legat. cum similibus* Quidam in testamento Stichi servum ab uno herede Mœvio legaverat. Eidem Mœvio eundem Stichum postea in codicillis factis ab omnib. heredib. legavit, sed antequam codicilli aperientur, Mœvius litis æstimationem consecutus est: Quæritur, an Stichum adhuc ex codicillis vindicare possit? Videbatur quod sic. Etsi enim *in §. qui res aliena. instit. de legat.* præcipitur, si eadem res legata ex lucrativa causa ad legatarium pervenerit, ne ea amplius legati causa petatur, tamen si testator voluit alicui tessaram frumentariam comparari, & legatarius consecutus eam sit, vivo testatore, etiam ex causa lucrativa, nihilominus pretium tessaræ peti poterit, *l. Titia Seio. 87. in pr ff. de lega. 2.* Quinimò *in l. 3. §. inde quæritur. ff. de tab. ex hib.* proditum est, si qui legatarius egerit interdicto de tabulis exhibendis, & obtinuerit, ut reus sibi condemnaretur in æstimationem legati, quod nihilominus æstimatione cõsecuta possit experiri adversus heredem

·dem delegato præstando. *in l. servo. 113. §. si quis primo. ff. de legat. 1.* Si quis, inquit ICtus, à primo erede 100. alicui legaverit & eidem à secundo. 00. posteà generaliter repetiit 300. videtur re- ·tiisse. Deinde rei judicatæ exceptione ita quis pellitur, propter bonam fidem refragantem, rursus de eadem re adversus eundē ex eadem ·usa agatur, *l. 5 l. si modo. l. & an eadem. l. si in iudicio. de excep rei iud.* Sed hic diversa res peti videtur, ım aliud sit † rei æstimatio, aliud ipsa res. *l. si in ulin. 112. §. fin. ff. de legat. 1.* adeò ut etiā permis- ·m sit rei suę pretium stipulari, licèt nemo rem ·am in eum casum, quo sua est, stipulari possit, *em. l. nemo. ff. de verb. obl.* videturq; ab alia perso- ı peti, cùm à cæteris heredibus & quidē ex alia ·usa, scil. ex codicillis, cui consentit, quod tra- ·tur *in l. quid ergò. 53. §. 1. ff. de leg. 1.* Verùm cōtra- ū obtinuit, *l. sibi homo. 86 §. 1. ff. de legat. 1. l. Mœvius 5. ff. eod. lib. 2.* Æstimatio enim succedit † in lo- 2 ū rei, quando pro ipsa re accipitur, *l. cum servus. ·. §. fin. l. seqq. ff. de legat. 1.* nec is, qui pretium rei ·nsecutus est, ampliùs querelare potest, quasi ·bi quid absit. Ideoq; bona fides † non patitur, 3 ·t idem rursus exigatur. *l. materia. d. §. si ut aliena. l. 5 ff. de except. rei iud.* Nec obstat. *l. Titia Seio. l. ser- ·. 113. § si quis à primo.* Loquitur enim de quanti- ·te seu suma, quæ ut minui, ita augeri potest, & ·t sunt sumæ, quot quis diversas cōstituit, nec ·na eademq; summa est, si hodiè mihi decē, cras ·ursus 10. promittas. Vnde per *l. planè 34. §. si eadē*

ff. de

(margin numbers: 1 beside "ım aliud sit † rei æstimatio…")

ff.de legat.1.& d.l. Titia Seio. Mynſ. *d.§. ſi res aliena rum.6.* Secutus ibi gl.in verbis *ex duobus* Balduin & Budæum, nec non ibid. Schneidw. *numer.4.* tradidere, ne bis promiſſam vel eodem teſtamento bis legatam niſi ſemel deberi poſſe, illam regulam procedere in legato ſpeciei; non ſummæ ſeu quantitatis bis legatæ. Quoniam eadem ſpecies alia atq; alia eſſe nequit, neq; bis præſtar poteſt. *d.l. planè.§. ſi eadem.* Cùm diviſionem non admittat. *l.2.§.1.l. quod dicitur l.ſcire debemus ff. de verb.obl.* Sed quantitates & dividi poſſunt & ſępius nominatę diverſę cenſentur cùm fruitionem recipiant, *l.2. & 3.ff. de reb.cred.ſi cer pet* Ideoq; niſi contraria mens teſtatoris appareat utraque ſumma ſeu quantitas in teſtamento repetita præſtari debet. Non etiam obſtat, quod de exceptione rei judicatæ adfertur, quoniam rei æſtimationi ipſius rei locum omninò ſuccedit, ſi rei nomine ab eodem ex eadem cauſa ſit profecta, *d.l.planè.§.1.* Neq; diverſę perſonę ſunt cùm reliqui heredes non ex alia, neq; in aliud quàm ex qua & ad hoc ipſum ſint obligati ex codicillis, ad quod heres ex teſtamento adſtringebatur antè. Nec adeò reſiſtit *d.l.3.§.inde quærium* Quæ expreſsè diſtinguit, an æſtimatio ſit à tertio exacta pœnæ nomine, quia teſtamentum exhibere nolebat: An verò ab ipſo herede priori caſu nihilominus ab herede petit rē legatam quia non rei ęſtimationem conſecutus eſt, ut rei legatæ ſed pœnam contumaciæ: poſteriore vero

caſ

casu æstimatione exacta frustra poni rē propter hanc regulam, cùm rei æstimationem consecutus sit, tanquā rei: sic *l §. si res aliena vers. hac ratione.* interpretatur de testamentis bonorū hominum non ejusdem testatoris, ut ibid. Mynſ. *n. 4.* Ideoq; quoties res semel data est, aut ab eodem ejus æstimatio loco rei exacta; toties bona fides nō patitur, ut idem, h. e. res aut ejus pretium, ab eodem rursus exigatur, quod etiam in quantitate debita verū est, quādo nisi una debeatur eaq; soluta sit, ut à contrario colligitur ex iis, quæ Schneidw. *d. n. 4.* & Mynſ. *d. n. 6.* tradunt. Eodem modo etsi duobus constitutis reis debendi liberū sit creditori à singulis partem vel ab alterutro solidum petere. *§. ex huiusmodi, instit. de duobus reis. l. 6. § fin. ff. eod* tamen si ab uno solidum fuerit consecutus, ab altero frustra idē petet, quia una fuit obligatio utriusque, qua sublata bona fides, *l. 3. § ult. ff. eod. d. §. ex huiusmodi.* Hinc obtinuit, si res dari stipulata sit, etsi intra illud vel illud tempus non detur, 10. pœnæ nomine solvantur; si pœna commissa petatur & exigatur, rem in stipulationem deductam amplius peti non posse, & econtrà, *l. ita stipulatus. 115. § fin. ff. de verb. obl. l. obligationum ferè. in fin. ff. de act. & obl.* quia stipulatio nisi semel committi potuit, non utiq; bis, ut scil. & pretium & res debeatur. *l. venditoris 1. ff. de hered. actio. vel. vend.* Et cùm pœna succedat in locum rei, ad instar interesse. *leg. 1 ff. de act. emt.* ubi gloss. magna *§. alteri. vers. planè. instit. de*

inutil. stipul. l. inter stipulantem. §. alteri. ff. de verb. obl. Omninò bonæ fidei contrarium videtur, si & pœna & res simul exigantur, cùm alterutrum tantùm debeatur, *l. nostra.* Et rei pręstatio tamen fuerit in conditione, non etiam in obligatione,
4 cùm omnes pœnales stipulationes † sint conditionales & pœna propriè in stipulatione, *l 3. C. de inutil. stip. si quis omissa. ff si quis omissa causa test. & c.* Vnde vulgò traditum est per pœnalem stipulationẽ commissam quasi novari obligationem, *d. l. obligationum ferè. §. fin.* quippe actor tantùm aget ad pœnã, quæ sola fuit in obligatione, non etiam ad rem, quæ erat in conditione, per *d. l. 3. l. cum proponas. C. de transact. & d. l. venditor. 21.* quamquam in voluntate rei sit, utrũ rem præstare velit, an verò pœnam, *d. l. obligationum ferè in fin.* Instar ejus qui condemnatus erat noxali judicio in 10. aut servi deditionem, *leg. 6. §. 1. ff. de re iud.* quia ex parte rei non censetur novata obligatio pœnalis. Quo pertinent, quæ tradit Bart. *in l. stipulationes non dividuntur.* per illũ textum, *ff. de verb. obl. in d. l. obligationum fere. §. fin.* Sed hęc vera sunt, modo specialiter conventum non sit, rato manente pacto seu contractu, ut pœna nihilominus debeatur, *l. pœna. ff. de transact. l. cum proponens. 17. C. eod. l. rescriptum. § 1. ubi Iason. ff. de pact.* Porrò ad hanc quoq; *l.* pertinent, q̃ habentur *in l. si quis dolo. ff. de re iudicata. l. fideiussori. §. si cum debitor. & §. in omnibus com. mandati l. si is qui. ff. de petit. hered.* Atq; hęc quidem in contractibus & ultimis volunta-

luntátibus indubitata sunt: An verò in delictis regula nostra obtineat propter contrarietates textuum disputatur. Etenim *in l. 1. §. 2. ff. de eo per quem fact. est. l. 2. l. 3. l. 4. ff. de his qui deiecer. vel effud. l. licet. ff. de nautæ. cap. stabul. l. si multi, ff. de publ. & vectig. l. 1. ff. si fam. furt. fec. dicat. l. illud 23 ff. ad leg. Aquil.* traditur, plures homines unum idemq; delictum simul committentes singulorum quidem in solidum obligari: attamen unius solidi solutione reliquos omnes liberari. Cui respondere videlicet *l. nostra* contrà in *l. prætor. §. 1. ad l. ex pœnalibus l. si plures. ff. de iniur. leg. semper. 16. §. si ei. ff. quod vi aut clam leg. 5. ff. si quis cavil. iud. sist. cau fact. item prela. §. sed si plures. Ad l. Aquil. l. pœn. §. vlt. ff. nec quis eum qui in ius voc. l. adeò. de iurisdict. om. iud.* Ias. post Bart. §. *interdum quoque*, ubi Myns. *nu. 3. instit. de oblig. quæ ex del.* pro regula traditur. Quoties ex uno facto seu maleficio plures conveniuntur in pœnam, unius pœnæ solutionem reliquos non liberare. Cui consentit, quod dici solet: Tot esse delicta, † quod delinquentium personæ sunt, *d. l. si plures ff. de iniur.* & tot obligationes † quot delicta ne videri possint correi in solidũ esse ex delicto, sicut esse possunt ex contractibus. Cùm nulla sit delictorum † communicatio, sed quisq; ex suo facto teneatur, gloss. *in d. l. si plures.* per *l. 7. & 9. ff. de iurisd. om. iud.* pro hac contrarietate reconcilianda, primò distinguendum est inter servos & liberos homines, per *dict. leg. item prela. §. sed si plures.* iuncto *tit. in ff si famil. furt.* 5 6 7

ut *ibid.* Costal. Si plures servi unius domini idem simul maleficium commiserunt, distinguitur rursus, an ejusmodi sit pœnalis actio, quæ vindictæ pœnam persequatur, an verò simpliciter pœnam, sive ea vera sit pœna, sive instar interesse ex parte scilicet actoris. Si vindictæ pœnam nō persequatur, ut accidit in furto, l. Aquilia, vi bonorū raptorū, dejectione & similibus. Semper familia seu plures servi ejusdē familiæ rei liberantur à noxæ deditione, si dominus pro illis tantùm solvere paratus est, quantum homo liber, si solus fecisset, præstitisset unus. Idq; singulari beneficio indultum est dominis in provincia quidem à Proconsule, *d. l. illud. 32* in urbe à prætore, *l. 1. ff. si fam. furt fec. dicatur.* Ne tota familia tua carere cogeretur, aut nimis magnum damnum sustinere. Quod speciale beneficium, cùm non extendatur ad pœnam vindictæ, magis est, ut si plures servi ejusdem domini deliquerint singulorū nomine dominus tantùm præstet, quantum singuli si liberi essent. Quapropter quandiu non singuli coerceantur, vindictæ non satisfactum videtur, *d. l. si plures. d. l. 7. & 9.* Cujacius. *obs 21. lib. 8.* Et ejusmodi actiones vindictæ pœnam persequentes sunt: Actio de albo corrupto, *d. l. 7. & 9.* & injuriarum, Cujac. *obs. 33.* populares actiones, *l. si cui. ff de verb. sig. cum similib.* Quanquam autem dominus ita teneretur omnes noxæ dedere aut singulorum nomine integram solvere pœnam: tamen ne & hoc

casu

casu dominus damnum patiatur, indulgeri potest, ut pecuniaria pœna in corporalẽ vertatur, nempe ut virgis cedantur, ut fustuati restituantur, per *l. fin. ff in ius voc.* Circa homines liberos idem receptũ non est, nisi potius interesse sit ex parte actoris, quàm pœna, ut accidit in edicto *de bis qui deiec. vel effud. d. l. 2. cum 2. seqq.* & in edicto *de reb. custodiæ causa traditis* nautę, cauponę, stab. & de illatis *d. l. licet* & in edicto de publicanis plus exigentibus. *d. l. si multi. ff. de public.* Quia tunc potiùs rei, quàm pœnę sunt correi. Quo etiam pertinet *l. si plures. de dolo mal.* Cæterùm ubi ex utraq; parte pœna est, sive vindicta sit, ut in actione injuriarum: sive mera pœna, ut in actione furti, vi bon. rap. unius solutio alteri non prodest, cùm singuli ex suo facto teneantur, nec læsus antè suum recepisse videatur, quàm si à singulis pœnã consecutus sit. Si quidem factum quod dividi nequit, ut pro parte videri nõ potest commissum, ita nec pœna pro parte commissa videri poterit, *l. §. interdum quoque.* quippe pœnæ nulla est divisio, *l. 2. in fin. l. seq. l. stipulationes non dividuntur. ff. de verb. obl.* Et hoc probat quoque Mynf. *d. num. 6.* Quoniam autem persequatur pœna vindictæ, vel mera pœna, aut pœna, quæ sit instar interesse, eleganter Bart. explicat in *leg. prætor. ff. de vi bon. rapt.*

LEX LVIII. VLPIANVS LIB. II. Disputationum.

Ex pœnalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari.

SUMMARIA.

1. *Pater ex filio gesto in id, quod in peculio est, semper tenetur.*
2. *Delictum suum saltem autorem sequitur.*

1 NOTISSIMUM est, patrem semper teneri † ex filio gesto in id, quod suo peculio est, sive pater mandaverit aut ratum habuerit, sive non, sive quid in peculium versum sit, sive non, *§. actiones. instit. de actio.* vbi Mynſ. & alii siquidem concesso peculio tacitè & concessa facultas administrandi modo. *l. 3. §. 1. & seq. ff. de pecul.* Sed cùm mandatum semper intelligatur de licitis & honestis, nec censetur quis ratum habere, quod fraude culpa ve gestum est, prout declaratur *in l. alterius. 49. hoc tit.* Obtinuit filiusfam. delictum: puta furtum aut injuriam vel quasi delictum commiserit: puta malè judicavit vel seorsim habitans (Nam si unà cum patre habitaret, pater suo nomine conveniretur, non filius. *§. item is ex cuius. instit. de obl. quæ ex del.*) quid effuderit, ne in patrem actio de peculio daretur. Sed ipse filius actione ex delicto conveniatur, *§. si filiusfam. instit.*

Institut. de oblig. quæ ex del. nasc.l.1. §. filiusfam.ff. de his, qui deiecer vel effud. §. fin. institut. de nox. act. ita tamen ut pecuniaria pœna moderetur ad quantitatem peculii, quod habet, vel ut actio judicati ex condemnatione orta patrem exigat, in id tantùm quod in peculio est, *l. filiusfam. 15. de iudic.* Nam etsi nihilominus ratio peculii habeatur: nec tamen pater conveniatur de peculio ex ipso delicto, sed judicati actione, illud ideò placuit, ne videretur aliquis ex alterius delicto, quod suum † tantùm auctorem 2
sequi debeat, *l. sancimus. C. de pœnis.* conventus videatur, sed hæc regula ut in omnibus aliis actionibus ex delicto competentibus. *l. sicuti,* & quæ ibi notatæ sunt *supra hoc titul.* restringitur, modò nihil in peculium ex delicto pervenerit. Nam si aliquid pervenerit omninò in patrem quatenus pervenit, actio parata erit, *l. 3. §. item scrib. 7. §. ex furtiva. ff. de pecul. d. l. 1. § cum servus ff. qui deiec. vel eff. leg. 1. §. si filiusfam. §. fin ff. de vi viam.* aut si lis cum defuncto filiofam. contestata fuerit, *l. tam ex contractibus 58. ff. de iud. l. noxalis. l. seq. & l. fin. ff. de noxal. act.* Quoniam tunc ex quasi contractu pater conveniri videtur, cùm litis contestatio sit quasi quædam novatio & necessarius contractus actionem perpetuans.

LEX LIX. VLPIANVS LIB. III. Disputationum.

Heredem ejusdem poteſtatis jurisque eſſe, cujus fuit defunctus, conſtat.

UNDE quæ in *l nemo pius. 54. ſupra h. tit.* dicta ſunt, quoniam huc quoq; pertinent, cùm ejusdem generis ac ſententiæ lex utraque cenſeatur.

LEX LX. VLPIANVS LIB. XX. Diſputationum.

Semper qui non prohibet pro ſe intervenire, mandare creditur. Sed & ſi quis ratum habuerit, quod geſtum eſt: obſtringitur mandati actione.

SUMMARIA.

1. *Mandatum ſolo conſenſu contrahitur.*
2. *Omnis ratihabitio ad tempus ſuſceptæ rei, & initium geſtionis retro trahitur.*
3. *Ratihabitio in quibus valet.*
4. *Malitia laudando augeri non debeat.*

PERTINET hoc ad tit. *de mand.* Mandatum
1 † ſolo conſenſu contrahitur, *l. 1. l. ſi quis. 27. ff. mand. §. 1. inſt. de obl. quæ ex contr. naſ.* ideò tamẽ cõſenſu tacito, quàm expreſſo de negotio aliquo gerendo

gerendo vel perficiendo, etiam per nuntium & Epistolam iniri potest. *d.l.1.l.6.§.si passus.l. qui patitur. 28.ff.mandat.* Hinc scientia ejus, cujus negotium geritur pro mandato habetur, quoties ratio prohibet, cùm prohibere potuisset, *l.nostr. d.l.qui patria.l.si fideiussor.6.C.eod.l.qui fidem.ff.eod. d.l. si remunerandi. §. qui passus.* ubi exemplum in fidejussore. Nec non ratihabitio subsequens mandati loco habetur, quoniam omnis ratihabitio † retrotrahitur ad tempus susceptæ rei & 2
initium gestionis, *l.ult.C.ad SC.Vell.c.ratihabitio. ubi Dyn.de reg.iur.in 6.* ita ut videatur initio mandatum intercessisse, ut exemplum est in filiofa. mutuum contra SC. Maced. accipiente, quod pater posteà ratum habet *d. l.fin.* aliud in vero procuratore, *l.10.ff.de procurat.* ubi falso procuratori solutum est. Solutione facta ratum habet dominus, quod à procuratore gestum est. Quæritur, an liberatus sit debitor, & procurator teneatur acti de mandati? Respond. Sicut si falso procuratori indebitum esset solutum, si ratum haberetur ab eo, cujus intuitu solvebatur, condictio adversus ratum habentem sit: ita quoque hoc casu debitorem liberari à creditore, qui deinceps actionem mandati habet adversum falsum procuratorem. Quod autem hic dicitur, mandati actionem ex ratihabitione oriri, impugnari videtur per *l.si pupilli.§.idem ait. ff.de negot.gest.* ubi Vlpian. asserit negotiorum gestorum actionem ex ratihabitione oriri. Sed

negotiorum gestorum actio ex quasi contractu est. *§. igitur cũ quis. inst. de obl. quæ ex quasi contractu nasc.* mãdati actio ex vero contractu, ut nõ tantum ex ordine titulorũ *in inst.* sed etiam ex *d. §. 1.* apparet. Vnde ratihabitio nõ poterit pertinere ad mandati actionẽ. Quod etiam affirmat Scævola *in l. Pompon. 9. ff. de suscipiendo non degest. §. 1. & seqq. inst. de mandato. l. 2. ff. eod.* sed ratihabitio concipitur super negotio preterito, sed postvariam & minus veram gloss. dissolutionem tenendum est, posse & negotia gesta & mandati actionem concurrere per *l. 3. §. fin. ff. de neg. gest.* quippe duplicẽ vim habet ratihabitio, & ut alienũ negotium meum faciat, atq; ut ita in me neg. gest. actionem transferat, ac si principaliter meũ negotium gestum esset, ut species est *d. l. Pomp. & d. l si pupilli. §. idem ait. si Titiu,* & ut mandatum producat *d. l. qui patitur. l. nostra. d. l. fin.* Nec hæc contraria sunt, cum negotiorum gestorũ actio potius ex gesto sit per ratihabitionem in me translato *d. §. igitur cum quis.* quàm ex ratihabitione mandati verò actio non tam ex negotio gesto quàm ex ipsa ratihabitione *d. l fin. d. l. verò procuratori. de ratihabitione.* Deinde cum retrotrahatur ratihabitio, ut ante dictum est, nihil est cur dubitemus mandatum rectè subsistere ac si initio mandatum fuisset de suscipiendo nego-
3 tio. Quid in maleficiis? An in iis † quoq; ratihabitio locum habet? Obtinuit locum habere, non ut producat mandati actionem aut negotiorum

gotiorum gestorũ, ut dictum est *in l. alterius. supr. h. tit. & l. cons.* sed obliget ratihabẽtem ad actionem ex maleficio descendentẽ, ac si ipse perpetrasset *l. hoc iure. 152. infr. h. tit. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm.* unde *d. l. hoc iure 152.* desumta est. Et sanè quoties mandato meo delictum à te commissum est, sive aliàs fecisses, sive non, semper ex delicto teneor, *l. non solum. ff. de iniuri.* & plura in *d. l. consilii. supr. hoc. tit.* allegata cum laudando † malitia augeri non debeat, *l. 1. §. persuadere, ff. de servo corrupt.* Nec obstat, *l. sæpè. 53. §. fin ff. de verb. signif.* Nam etsi Sabinus voluerit illa verba, *ope, consilio,* conjunctim sumere, in eo tamen reprehenditur à Paulo, qui separatim hæc esse sumenda docet. Verùm in hoc ratihabitio circa delicta differt ab ea, quæ contractibus & negotiis adhibetur. Quippe alienum delictũ vel per actum quod alterius nomine non nostro cõmissum est, non possumus nostrum fratrem in rem nostram peractum, *l. si servus. ff. de precar. d. l. 1. §. sed et si quis quando fin. ff. de vi & vi arm. d. l. non solum.* aut ex eo aliquid ad nos pervenerit, *l. 3. §. ex furtiva. ff. de pec. d. l. 1. §. si filius fa. § fin.* Non illi par ratio videri potest ejus, quod per alium delinquitur, & quod tanquã à procuratore in reb. geritur, cũ jure nõ sit excõmunicatio delictorũ & pœnarũ. Sed objicitur, *l. quid ergò in pr. ff. de his q. not. infa.* ubi pater, qui patit filiũf. uxorẽ ducere eã, quæ adhuc virũ luget, infamia notatur, sed si initio passus non est filiusfam, duxit, posteà ratum 4

tum

tum habet, propterea non notatur. Sed aliud in edicto illo propterea obtinet, quod prętor tantum voluerit ratione habere initii nuptiarum nũquam autem ejus quod postea fit, ne fortasse perpetuo patris dissensu bene concordantia matrimonia cum jactura reipubl. dissolverentur aliquando. *arg. l. 1. ff. de lib. exhib.* aut injustum perpetuo permaneret matrimonium, cùm postea metu infamiæ à consensu repelleretur. Unde apparet speciale esse propter favorem matrimoniorum.

LEX LXI. VLPIANVS LIB. III. opinionum.

Domum suam reficere unicuique licet, dum non efficiat invito alteri, in quo jus non habet.

SUMMARIA.

1. *Nunciatio novi operis quando locum habet.*
2. *Novum opus facere quid sit.*
3. *Differentia inter reficere & facere quæ.*

HÆc regula de domus seu ædium refectione non ineleganter accommodatur ad
1 *tit. de novi op. nunc.* Nunciatio † novi operis locum habet, quoties novum opus fit, sive jure fiat, sive injuria, ut spreta denunciatione con-

structum

ructum prius destruendum sit, antequam de ure cognoscatur. Quod verum est, quando evera opus novum sit, ita ut ex opere possit intelligi, in dubium vocare ita ædificandi. *l. 1. §. 1. & seqq. ff. de no. op. nun. sa.* Hinc quæsitum est, quid sit novum † opus facere? Respons. est, 2
um opus novum facere, qui aut ædificãdo aut etrahendo aliquid pristinam operis formam nutat, *d. l. 1. § opus novum.* Vnde si quis vetus æ-ificium fulciat, opus novum non facit, sed veeri sustinendo remedium adhibet, *d. l. 1. § si quis dificium.* ut si eo casu nunciaretur novum opus, nerito speranda esset denunciatio. Cæterùm si ta quis reficiat, ut aliquid adjiciat vel detrahat, uo pristina operis facies mutetur, cùm alterius uri officere possit, rectè tenet nunciatio. *d. l. 1. opus. § seq.* Non obstante quod aliud sit reficere † aliud facere. *c. consuluit. c. Iudæi. extr. de Iu* 3
dæis. Nam adjiciendo potest prospectui noceri vel luminibus emtarum ædium: vel detrahẽo potest mihi impediri servitus projiciẽdi, vel tillicidii, vel & alicujus tollendi. Ideoque ita eficere non licet, sed denunciationi locus est. *1. §. & bellè. §. seq. ff. de no op. nun. l. qui luminibus ff. e servi. præd. urb.* Nec distinguitur, solum publium intercedat nec ne, *l. 1 ff eod.* Quæ lex tamen n quibusdam exemplarib. est finalis tituli præcedentis. Huc ergò spectat regula: cuique cere ædes suas quocunque modo reficere, & eficiendo ampliare vel elegantiores reddere, modò

modò sine injuria & damno alterius fiat, nec officiatur alterius luminibus vel prospectui. Hinc Harmenopol. prodidit *lib. 6.* citans *Pompon. libr. 3. quæst.* prospectum in montem, ut & in mare neminem ædificando prohibere posse. Sed si ita quis ædificare velit, vel opus habere ut prospectui officiat, eum non aliter admitti ad opus faciendum, sive reficiendo, sive ædificando officere velit, quàm si intermittatur spatium 100. pedum. Quod etiam in *Novell. 53. de novo opere nunciat. coll. 5.* sancitum est.

LEX LXII. IVLIANVS LIB. VI. Digestorum.

Hereditas nihil aliud est, quàm successio in universum jus, quod defunctus habuerit.

SUMMARIA.

1. *Hereditatis definitio quæ.*
2. *Ciceronis definitio hereditatis cur explodatur.*

1 HÆc lex una ex fugitivis est, non regulam tradens, sed verbum † *hereditas*, quid sit definiens quod officium ad præced. tit. *de verb. sign. f.* spectabat. Hinc est, ut idem ferè responsum in illo tit. ex Cajo *lib. 6.* ad edictum provinciale *in l. nihil est aliud. 24.* recitetur, ut hic ex Iu-

liano

iano *lib. 6 ff.* uterque Iurisconsultus in istis lib. *e petit. hered.* egit, ut non tantùm Duaren. testaur *in tit. de acquir. hered.* sed ipsa quoque inscritionum collatio, *l. 1. 3 10. 15 17 20. l. 54. &c. de pet. hereditat.* arguit. Vnde constat, hic defini illud jus, propter quod heres habeat petionem hereditatis adversus quemcunque rei hereditariæ etiam minimè possessorem, quem aliàs nullo obligationis vinculo adstrictum haet, sed tantùm petit jure dominii sibi adjudiationem fieri, quod sibi debetur titulo univerli scil. hereditate, *l. 1. verb. univers. ff de rei vendic. l. em 22 §. 1. §. in privatorum. ff. de pecul. l. licet minimam. ff de petit. hered. l. 1 ff. si par. hered. pet.* Nam accessio, quæ hic genus hereditatis constituit, t modus seu causa seu titulus acquirēdi domiium universale, *§. fin. inst. per quas pers. nov. acqu.* ecesse est igitur hereditatē, quę species succesonis, titulū esse seu causam dominii universas quærēdi vel quæsiti. Vnde rectiss. proditum t *in l. her. ff de pet. l. her. ff. de verb. sig. § fi inst. de reb. orp. & incorp* hereditatē juris, non corporū nomē esse, ut meritò explodatur † Cic. definitio, 2 ui voluit hereditatē esse pecuniā, h. e. ipsa corora & jura hereditaria, seu quātitatem & æstiationem rerum. Hinc quoq; Alciati sententia xploditur, qui voluit hereditatē esse jus illud accedens in locū defuncti, interim donec heeditas adeatur, qua adita extinguitur, *l. hered. t. de acqu. rerū dom. cū simil.* Et id quod Forsterus

secutus

secutus Spigel. *in lib. 1. tract. de success. ab intestato.* voluit esse jus passivum, in quo succeditur ab herede, & ita quoque desinat jus esse hereditate adita. Perfectior refutatio contrariorum, & planior explicatio petenda est ex iis, quæ aliquando ad *d. l. nihil est aliud. ff. de verbor. signif.* exhibui.

LEX LXIII. IVLIANVS LIB. XVII. Digestorum.

Qui sine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere.

SUMMARIA.

1. *Vnicuique mora sua nocere debet.*
2. *Diei interpellatio nullam moræ purgationem admittit.*
3. *Defensiones sunt iurisgentium.*
4. *Qui iure suo utitur, nemini iniuriam facit.*
5. *Paria sunt, aliquid scire, ac scire debere.*
6. *Distinctio inter contractus nominatos & innominatos quæ.*
7. *Duareni distinctio inter condictionem & actionem præscriptis verbis.*
8. *Res iudicata & litis contestatio quando & quomodo differunt.*

Hæc

HÆc lex ad quæsti. *l. 5. ff. de reb. cred. & l. si in Asia. 12. §. fin. l. si plures, 14. §. fin. ff depositi & l. elect. 26. §. si u quem. ff. de noxal. acti.* pertinet, principiò constat debitorem quantitatis & generis minimè quantitatis vel aliqua specierum istius generis interitu liberari, *l. incend.* ubi Bart. post gl. *C. si cert. pet* Ias. *in d. l. 5.* cùm non magis per rerum naturam perire possit quãtitas, quã genus. *l. in ratio. §. incerta. ff. ad leg. Falc.* Etenim quælibet quantitas in genere suo functionem recipit per solutionẽ potiùs quã speciẹ. *l. 2. §. mutui ff. de reb. cred.* sed hoc obtinet, quoties non sit oblatũ debitum. *l. qui 19. ff. de sol. l. Titius. ff. de præsc. vet.* Nam cum cuique † sua mora nocere debeat, meritò 1
creditori imputabitur, qui oblatũ sibi debitum noluit recipere, modò offeratur loco & tempore oportuno, nec & hic ab oblatione debitor recedat, & in se recipiat, donec illa dies accedat. Quoniam si secus fecerit ipsius debitoris periculum erit, ut ante fuit, *l. credit. 102. ff. de sol.* Aut si quantitas nõ respectu certæ rei debeatur, obtinet, quippe si speciei loco debeatur, quantitas vel genus, in ejus locum succedat, prout *in l. bona fides. supr. h. tit.* exponebatur, peremta re casu naturali & fortuito, debitor illius quantitatis vel generis à nexu utriusque dissolvetur, ut exemplum est in eo, qui noxali judicio convenitur servi nomine, qui nunc ante naturaliter peremtus est, quem ut noxæ ampliùs dare non potest: ita nec litis æstimationem præstabit, *d. l.*

electio.26 § si is quando. Item aliud *in l.quidā testam. 96.§.si tibi serv. ff. de leg.1.* puta servus tibi legatus erat, & rogatus ut Titio aliquid p̄stares usq; ad pretium servi; servo sine culpa tua mortuo nihil fideicom. nomine præstare teneberis. Similiter etiā si quantitas aliqua debeatur, tanquam species, quoties sine mora perit, debitor liberatur, puta frumētum sacco vel cista inclusum in navem Lauffæi, quæ unà cū navi perierat, intuleras, aut 100. quæ vel incendio vel furto mihi periére, obsignata vel inclusa sacco apud me deposueras. Utroq; casu mora non interveniente reus liber est, & res suo domino periit, *l.in Lauffaa.31 ff.loc.* Cæterū speciei debitor peremta specie liberatur, *d.l.in ratio. §.in cert.l.Titia 33.§.fin.l. qdā test 96.§.si sibi serv ff.de leg.1.d.l. quod te mihi.5. ff.de reb.cred.* sed hoc verū est, nisi in mora fuerit, *d.l.5.l.mora.l.pecun.§.usurar.ff. de usur.* Qua interpellatione cùm certæ diei, *l.magnā. C.de contrah. stip d.l.pecun.§.usurar.* tum hominis. *d.l.mora.d.l.5.* aut alterius patris implementum secutum sit, *l. curabit.C.de act.empt.l.fin.C.de cond.caus.dat.* Hinc videbatur etiam si ad judicium iretur, attamen moram committi, quoties interpellatus cessat solvere: non n. majoris erit autoritatis diei in-
2 terpellatio, quæ nullā † moræ purgationem admittit. *d l. magnam.* quam prætoris vox, præterea per litis contestationem interrumpitur præscriptio, *l fin.C.de ann.præscr.l.nemo.C.de acqu.poss. l.mora, Cod. de rei vendic.* & mala fides inducitur, cùm

cùm per eam reus de jure suo dubius reddatur, *l. sed et si. §. etiam ff. de pet. hered.* Nec videtur mala fides sine mora esse, *argum. d. l. mora. l. fin. ff. de condict. furt.* accedit etiam *l. non.* item *l. si verberatum. 15. §. fin. ff. de rei vendic.* ubi propter acceptum judicium censetur in mora versari debitor. In quam etiam sententiam quidam adducunt, *l. illam. 40. ff. de pet. hered.* Sed contrarium verius, non statim per litis contestationem induci morã, licèt malam fidem procreet: sed ita demum si sine justa causa litigandi vel dolo malo ad judicium provocatum fuerit à reo. *l. si quis solutioni. ff de usuar. l. si plures §. fin. d. l si in Asia. ff. depositi & l. nostra.* à contrario. Hinc regula nostra moram facere non videtur, scilicet reus, qui ad judicium sine dolo provocat, *l. nostra. d. quod 18 5 l. si quis solverit. ff. de usur.* Reus autem ad judicium tunc tandem, quando post editum libellum secum deliberavit, cedere ne, an contendere velit, juxta *l. 1. ff. de edend. & auth. offeratur. Cod. de litis contestation.* liti se offert, ac eam cõtestatur, juxta *d. authentic. offeratur. & auth. seq.* Cùm enim defensiones † sint juris gent. *l. ut vim. ff. de iust. & iur.* nemini aliquid imputari potest, qui iis utitur: quippe verissimum est, nemini eum † facere injuriam, qui jure suo utitur. Nec obstat, quod de auctoritate adfertur. Siquidem cùm ipse quisque scire debeat, quid promiserit, *d. ct. leg. magnam.* ne proprii facti sit justa ignorantia, *l. prima, secunda. & seqq. ff. de iur. & fact.*

3
4

S 2 ignor.

5 *ignor.* sintque paria, aliquid scire † ac scire debere, *l. qui cum alio. sup. h. tit.* Vix ac ne vix à dolo vel lata culpa vacuus est, qui hoc casu propriam velit conventionem ignorare. Quinimò ipsa conventio, quæ legem cõtractui dedit, proprio marte reum ejus mora constituit. Sed ad hoc judicia inventa non sunt, nec moram, quæ facti est, pariunt. Ideoque cùm diversa sit utriusque causa & efficacia, meritò quoque diversus erit utriusq; effectus. Nec movet, per litis contestationẽ interrumpi præscriptionẽ & judici malã fidem. Hæc n. diversa sunt, non cõsentanea, nec præscriptio propter morã interrumpitur, nec ꝓpter interrup. preſcriptionis mora oritur. Sed hæc ex doloso facto est: illa ex contestatione juris, quæ possessionẽ turbat & quasi avocat, licèt etiã qui litẽ contestatus est, propter dubiũ litis eventũ dubius redditus de jure suo, indè malam fidẽ contrahat: Iustam tamẽ defensionẽ adhuc habere potest, vel quæ justa videtur, sed quãdiu defensionib. uti potest moram facere leges non permittunt. *d. l. quod te mihi. §. d. l. si plures. §. fin.* nec dolum abesse præsumunt. Non etiã adversatur, *d. l. non solũ. d. l. item si verb. § fin. d. l. illud. 40.* Quãvis n. quidã, ex quorum numero Ias. est, *in d. l. 5. col. 3.* qui auctorem refert Cyn. *in l. non interest. ff. de his qui vet. ætat.* distinguunt inter reales & personales actiones, quasi in istis sola litis contestatione mora introducatur, in his nõ aliter quàm si dolosè lis contestata sit: tamen cùm non tantum

legis

legis nostræ ratio generalior sit, quã ut ad solas personales actiones pertineat, sed etiam *d.l.item si 15.§.fin.* distinguat inter bonæ fidei possessorẽ, qui scil. putavit se justas suæ defensionis ac possessionis causas allegare posse, quas etiã allegavit, & prædonẽ, qui nullam aliã suæ possessionis causam dicere potuit, quàm quod possideat, *l. pro possess.11.cũ 2 seqq.ff.de pet.her.* meritò defenditur eandem in realib. distinctionẽ recipiendam esse, quam personales admittunt: nempè eum qui sine dolo provocavit seu justas litigãdi causas habuit, non esse moratorem: esse verò eum, qui dolo provocavit, seu causas defendendi se nullas potuit afferre probabiles. Hinc fit, ut violentus invasor & fur à die commissæ violentiæ & furti statim in mora esse credantur, ac periculo rei graventur, quia statim ab ipso facto, causis defensionum destituuntur, ut non aliter quàm dolo possint ad judicium provocare. *l.fin.ff.de condict.fur. l.subtracto. C. de furt. l.1.§. rectissimè.l.meritò ff.de vi & vi arma. l.fin. C.unde vi, d.l.pro herede.cum seqq.* Rursus objicitur ei, quod supradictum est ex *l.putabit.* nempè moram fieri, si ab altera parte sit impletum, item ei, quod mora periculum transferat in moratorem. Objicitur, inquam, *l fin.ff de condict.caus.dat.* Ex qua lege elicitur, rectè in nominatis cõtractib. ejus esse periculum qui cõtractum ex sua parte non implevit; cui rursus refragatur *l.5.§ sed si scyphos, ff.de præscript.verb.* Alii distinguunt, an culpa in-

tercesserit nec ne, ut si intercesserit, omninò periculum ad debitorem spectet, qui rem accepit, ut rem daret & parata sit condictio ob causam repetendum id, quod datum est, quasi cùm nunc res peremta sit, propter quam quod datum erat, non sequatur: Si verò culpa non intercesserit, volunt repetitionem cessare & tantum superesse actionem ad interesse, juxta *d. l. 5. §. sed si scyphos, &c.* Alii distinguunt specialiter
6 inter contractus nominatos † & innominatos, quasi in istis nunquam præstandum sit periculum, quàm si revera mora intercedat; in his etiã tunc si sola sic culpa interveniat. Ideoq; *d. l. fin.* interpretatur de contractu innominato, *d. l. 5. §. sed si scyphos. ff. de contractu nominato.* Quorum interpretationem textus ipse refellit: Rectiùs
7 Duar. † distinguit inter cõdict. & actionẽ præscriptis verbis. Vtraq; ex cõtractu innominato Do ut Des, competit, condictio ut restituatur quod datum est, re non secuta, *d. l. fin.* actio præscriptis verbis intendit, ut fiat, quod promissum est vel ejus nomine interesse præstetur, *d. l. 5. §. sed si scyphos.* Itaq; *in d. l. 5 §. sed si scyphos.* non negatur moram fieri ab eo, qui ex sua parte non implevit, sed tãtùm quod ad naturam actionis præscriptis verbis pertinet, explicat. Generaliter autem hinc colligitur, cur is, qui cõdemnatus esset, prestandum hominem liberetur, si intra tempus faciendi judicatum homo moriatur aut sine culpa cõdemnati se in fugam conjiciat,

l. item

l.item si cum.14. quid si homo. ff. quod met.caus. quia hoc tempus solutioni cedit, nec interim ulla mora committitur. *arg. l.nulla.88.infr.h. tit.* cùm nulla sit interim petitio, *l.fin.* C *de usur.rei iud.* ex qua etiam lege patet, ut etiã ex *l.fin.C. de fruct. & usu rei iud.* hodie esse spatium quadrimestre à die latæ sententiæ cõputandum, cùm olim *ex l. 12. tab.* fuerit 30. dierum, ut ex Forstero *lib.1.tit.de l. 12.tab.* apparet. Nec adversatur pẽdente lite fortasse periculum pertinuisse ad litigãtem reum, non enim inde sequitur adhuc pertinere, post diem latæ sententiæ, licèt litis contestatio cõtinuasset, sicut etiam continuat usuras. Quoniam in hoc differunt † res judicata & litis contestatio, ut hæc non sistat, illa sistat, *d. l.fin.* hæc eatenus movet, ut continuet litem, ac perpetuam reddat, ut dictum est in *l. sicuti supr.h.tit.* Illa pleniùs novat, nempè ut producat novã actionem, ac priorem ferè perimat. Qua de causa novatione hac intercedente, meritò etiam novatur mora, ut tollatur interim, quamdiu tempus faciendi judicatum durat, sicut etiam usurarum cursum interim sistit, 8

LEX LXIV. IVLIAN. LIB. XXIX. Digestorum.

Ea, quæ raro accidunt, non temerè in agendis negotiis computantur.

SUMMARIA.

1. *Leges & iura de iis, quæ frequenter accidunt, rogare solent.*
2. *Quantum ventris nomine sit petendum.*
3. *Infantes quotnam uno partu secundùm Aristotelem edi possunt.*
4. *Mulierum vulva quot receptacula habere possunt.*

1 LEGES & jura de iis † rogari solent, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, & frequenter accidunt, ut testatur Pompon. *l. 3. ff. de ll.* ubi ex Celso & Paulo subjicitur: Ex his enim quę forte uni aliquo accidere possunt, jura non cõstitui, sed id legis latores prætereunt. Hinc Solon existimabat de parricidis legẽ non esse, quod id scelus nunquã aut perrarò solet fieri, quã tamẽ Solonis sententia Romani tandẽ recedere coacti fuerunt, improbis hominũ moribus frequentiorib. ut videre est *in tit. ff. & C. ad l. Pomp. de parric.* Ejusmodi rarum eveniens putat gloss. esse, quod Lazarus *Ioann. 11.* à mortuis fuerit resuscitatus, cui ex bono & æquo deciso jure debuerunt & bona & uxor, & reliqua omnia restitui secundùm Panormitan. *in c. pen. extr. de frigid. & maleficiat.* gloss. hic aliud exemplum peti potest ex *l. 3. §. sed & fratres. ff. si pars hæredit. petatur.* Quidam decessit relicta uxore pręgnante, quæritur: quantum † ventris nomine sit petendum, ut singuli infantes, qui sperari possunt,

ınt, ex ventre suas habeant portiones? Videatur 4. vel 5. portiones omninò petendas, quia ot infantes † uno partu edi posse Aristoteles 5
rodidit, cùm tot receptacula mulierũ † vulvæ 4
abere possint, *l. si pat. 36. in fin. ff. de solut.* Sed ùm illud interdum in Ægypto, rarissimè verò ràliis regionibus fieri Gelius affirmat, *lib. 16. ap. 2.* & Iulian. *ind. l. si pat. in fin.* Sed frequentius l summũ tergemini edantur uno ventre, *l. Areısa ff. de stat. hom. l. ter enixa. ff. de verb. sig.* leges de oc casu frequentiori nimirum ter geminis poıere, ut 3. tantùm portiones petantur ventris omine, *d. l. 3. §. sed & 3. ff. si pars her. pet.* & illud ſt, quod hac lege innuitur. Cui non refragatur, *si maior. 12. C. de legit. hered.* Vbi jus constituitur ıper casu mirabili eo perraro accedente, neme de successione ejus nascitur ex uxore majore uinquagenaria. Si quidem etsi communiter le casus sit rarus: tamen naturam habeat conomitantem, propter quorundam hominum egetantiorem naturam, si non nimium major ıerit quinquagenaria, ne omninò videri posit casus à natura abhorrens magis est, sit lex illa it super casu, qui potentia frequens esse possit, cèt actu sic rarus. Vel respondere potest ll. & ura ita generaliter nõ constitui ab initio, ut oıninò omnes casus etiam qui rarissimè vel vix ccidunt, comprehendant: sed tamen si quid ıorum evenerit, illud deinceps ad jus scriptum ıccommodandum & ex similibus id, quod bo-

num & æquum videbitur considerandum pronunciandum, ut in specie *d. l. si maior e* *nit.* Ejusdem generis est, quod *in leg. non su liberi. ff. de stat. hom. & l. 3. C. de hered. institut.* pr ditum.

LEX LXV. IVLIANVS LIB. LII Digestorum.

Ea est natura cavillationis, quam Græci σωρίτην, id est, acervalem syllogismum, appellant, ut ab evidente veris per brevissimas mutation disputatio ad ea, quæ evidenter fa sa sunt, perducatur.

SUMMARIA.

1. *Soritis definitio quæ.*
2. *Sorites vnde dictus.*
3. *Pignori data quæ.*
4. *Voluntates defunctorum plenæ sunt interpretandæ.*
5. *Sophismatum omnium natura quæ.*

HÆc quoque lex, una ex fugitivis est, pertinens ad tit. preced. *de verb. signif.* Vbi et
1 iam eadem definitio hic posita ex Vlp. *in l. 117* recitatur. Soriten † definit cavillationem, qua ab evi-

evidenter veris per breviſſimas mutationes
sputation em ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, 2
ducit. Sorites † dictus eſt à σωρὸς, hoc eſt, acer-
), quemadmodũ definiunt vulgò argumenta-
ɔnẽ ſeu modũ augumentandi, quando ex plu-
ɔ. ſpecialib. ſeu exemplis, ſeu partibus, ſeu cau-
ſubordinatis univerſale colligitur, & rurſus
eodem aliud ſpeciale vel particulare infertur.
ùm autẽ facilè in illa enumeratione quædam
ɔſſint omitti, in quibus aliter ſe res habeat, vel
cilè diverſa attributa commiſceri, aut quędam
ferri, quæ revera ſpecies ejusdem generis non
nt, vel ejusdem affectionis, evenit, ut nulla ſit
equẽtior cavillatio, quàm quæ per ſoriten fit,
illud eſt, quod innuit per verba *per breviſſimas
utationes, &c.* Cujus rei latior explicatio ex di-
ecticis petenda eſt, inter quos etiã controver-
tur, an ſit ſingularis ſpecies ſyllogiſmi vel ar-
ımentationis, & verius eſt non eſſe, ut notat B.
par. 2. coll lib. 2. in expoſitione ſyllogiſmi dis-
ıncti connexi & *in part. 3. eod. cap.* Ejusmodi ge-
eris eſt illud argmentum: Res quæ in nullius
onis ſunt, ut aves, beſtiæ, lapilli, res hoſtium,
s derelictæ, &c. cedunt occupanti. Res ſacræ,
nctę, religioſæ in nullius ſunt bonis. §. *ſacra in-
it. de rer. divi* § *fin. inſtit. de emti & vend.* Ergò res
cræ, &c. cedunt occupanti. Quod falſum
ſt. Quia enumeratæ ſpecies in aſſumtione non
ınt ejusdem generis, cujus ſunt illa, de quibus
n propoſ. Aliud ſignificat in nullius bonis eſſe
in aſ-

in assumpt. Aliud in propos. in illa significat e: res, quæ commertio exemtæ sunt. In hac sci propos. significat non res commercio exemta: sed quæ à nemine possidentur, cùm tamen pos-sidere possint. Vnde cùm utrumq; enunciatu in suo genere sit verũ, conjuncta verò pugnẽ minùs rectè assumtio erit de propositione, sc 4. inde fient termini. Ejusdem generis est. Vsu fructuarius omnes fructus ex re fructuaria ca pit, quia & sylvam cædit & stipulam colligit, po ma, pyra & similia colligit. At rei fructus est pi gnori rem obligare *arg. §. fin. institut. quib. mod. re contr. oblig.* Ergò & pignori dare poterit rem sibi

3 servientem. Quod falsum est, quia pignoris datio est fructus proprietatis, qua usufructua rius caret, non fructus ex corpore proveniens cujusmodi poma & pira sunt, hos fructus usu fructuarius capit, non illos, *arg. l. 7. & seqq. ff. de usufr.* Aliud est *in l. qui habebat in bonis. 40. ff. ad leg Falcid.* Qui habebat 400. in bonis 300. quibus dam legavit, reliqua 100. Titio legavit, sub e conditione, si legi Falcidiæ locus non esset, quę rebatur, an legatum valeret? Ambigua hic oc currebat responsio. Nam quocunque te vertas cavillatio subest. Si dixeris legatum valere, di xeris quoque nihil quartæ nomine apud here dem esse, & ita legi Falcidiæ locum facies, atqu ita legatum non valebit. Si dicas non valere quia tunc cessat lex Falcidia, cùm heres quar tam retineat, existente ita legati conditione de

bebi

bitur. Sed cùm voluntates defunctorū † sint 4
ene interpretandæ, magis est ut illa conditio
intelligatur, quasi dixisset, nisi propter solu-
onem horum 100. lex Falcidia locum sibi vin-
caverit ad diminuenda aliorum legata debe-
ntur tibi, ideoq; cùm legi Falcidię in reliquis
atis locus fieret, si solveretur, magis est, ne
beatur. Et vitium cavillationis in eo est, quod
gis inspiciantur verba, quàm voluntas pro-
entis. Plura passim occurrunt exempla. Cæ-
ùm hæc natura est omnium † Sophismatum, 5
vel in attributo, vel in affectione peccent,
æ qualia sint, ex suis autoribus petenda.

EX LXVI. IVLIANVS LIB. LX. *Digestorum.*

Marcellus: definit debitor esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

Summaria.

Creditores qui dicuntur.
Debitores qui dicuntur.

SICUT creditores † sunt omnes, quibus de- 1
betur ex quacunq; causa, neq; repelli possint
qua perpetua exceptione (nam dilatoria seu
mporalis exceptio, ut si ante diem vel condi-
tionem

tionem petatur, creditores omninò non repe lunt, sed tantum suspendunt) à petitione *l. creditores.10. cum seqq. ff. de verb. sig.* Ita quoq; omn
2 † illi sunt debitores, qui debent ex quacunqu causa, nec exceptione aliqua perpetua tuti es possunt. *d. l. creditores. cum seqq. leg. debitor. 108. ff. verb. sig.* Quid ergò? Si pòst interponatur trans ctio vel pactũ de non petendo in perpetuum, v facta sit compensatio aut confusio? quippe pe petuam nactus est debitor exceptionem, meri debitorum numero eximetur à contrario sen *d. l. creditores. l. nostra. l. stichum. §. naturalis. §. fin. ff. solut. l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb. &c.* Se hoc ita accipiendum, ut si in continenti pactu sit adjectum contractui ipso jure desinat deb tor esse, ut explicatum est *in leg. nec ex pratorio. 2 sup. h. tit.* At si ex intervallo debitor consecutu sit exceptionem perpetuam magis, ne jure civi dicatur liberatus, sed tantùm naturali jure, quo niam pacta cùm tantùm naturali æquitate sul sistant, ad jus civile pertinere nequeunt, *l. 1. l. 7 quinimò. in fin. ff. de pact. l. an in totum. leg si acceptilatum. 19 ff. de acceptilat. d. l. stichum. §. naturalis.* itac tunc potiùs ope exceptionis debitor tandẽ es desinit, quàm beneficio juris. *d. l. 7. §. quin imò. d. si acceptilatũ. 19 l. pacta conventa. ff. de contra. emp. l un us. § pactus. ff. de pact.* Quo pertinet, quæ dict sunt *in d. l. nec ex pratorio. & in l. nihil tam naturale. sup. h. tit.* quæ hic repetenda.

LF

IULIANUS LIB. LXXXVII. Digestorum.

Quotiens idem ſermo duas ſententias exprimit: ea potiſſimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt.

CUM plures ſint res, quàm verba *leg. 4. ff. de præſcript. verb.* ſępè accidit, ut idem oblatum ...ura ſignificet. Cujus rei exemplum hic ad...citur à gl. ex § *inſtit. de adopt.* ſæpè etiam inte...a oratio fit ambigua, illud ὁνωνυμίαν hoc ἀμ...ϕολογίαν vocant. De utroque hæc regula rectè ...cipitur, quamvis maximè ad formulas actio...um ſpectare videatur. Olim qui verbum exci...re patiebatur, vel ſyllabam, ne integram pro...neret formulam, cauſa cadebat, *l. 1. l. 2. C. de im...ra. ſubl.* Sed qui ambigua quæ in utramq; par...urgeri poterat, oratoriè vel ritè utebatur, cau...non cadebat, ut ibidem Cujac. annotat. Ra...o erat, quia quotiens idem ſermo duos ſen...ntias exprimit, intelligitur ea prolata, quæ rei ...bjectæ convenit, ut hic. Hinc eſt, ut in judiciis ...rbum, *oportet*, etiam de furto accipiatur, licèt ...cus fiat in ſtipulationibus, *l. ſi ſtipulatus 76. § 1. l. ...i colono. 89. l. inter ſtipulantem. § 1. ff. de verb. obl.* Cæterùm huc quoq; applicandi ſunt, quæ notantur *in l. ſemper 9. & in l. 34. ſupra hoc tit.*

LEX

LEX LXVIII. PAVLVS LIBRO SIN- gulari de dotis repetitione.

In omnibus causis id observatur, ut i bi personæ conditio locum facit be neficio, ibi deficiente ea benefic um quoque deficiat, ubi verò genu actionis id desiderat: ibi ad quem vis persecutio ejus devenerit, no deficiat ratio auxilii.

SUMMARIA.

1. *Heres mulieris in omnibus mariti bonis beneficio hypotheca gaudet.*
2. *Iura & hereditates facilius descendunt quàm ascen dunt.*
3. *Privilegia sunt duplicia, aut causæ, aut personæ.*
4. *Exceptiones sunt aut reales, aut personales.*
5. *Privilegium personale quod.*
6. *Reale privilegium quod.*
7. *Accessorium sine principali subsistere nequit.*
8. *Pater non alens liberos, necare dicitur.*

INSCRIPTIO ipsa hortatur, hanc legem a actionem rei uxoriæ seu dotis, quæ hodiè i actionem ex stipulatu transfusa est, § *fuerat. inst. de act.* referendam esse. Maritus uxore ejusq; he rede dotem repetente beneficium habet, ne i plus exigatur, quàm facere potest necessari sum:

umtibus, *l. non tantùm. 22. cum 2. seqq. ff. de re iud.* Quæritur, an etiam heres mariti hoc privilegio gaudeat? affirmandum videbatur, quia heres ingitur eadem persona cum defuncto, & quod uris in defuncto, hoc etiam in herede procedit, *hereditas. supra hoc titul. l. nihil est aliud. de verb. sig.* jusdemq; potestatis cum defuncto esse dicitur, *heredem 59 supra h. tit.* Si ergò maritus habuit, heres ejus habebit. Deinde constat heredem † 1 ulieris gaudere beneficio hypothecæ in omnibus bonis mariti, *l. assidue. C. qui pot. in pig. l. in rebus. C. de iure Dot. l. un. §. 1. C. de rei uxo. act.* Si itaq; ex parte uxoris hoc verum est, cur non ex parte mariti admittetur, ne qua sit inæqualitas? Præterea notum est, ex socero etiam, cui dos numerata est, hoc uti privilegio, *l. inter l. seq. ff. de re iud.* Cur ergò non heredi promittetur? Cùm jura † 2 hereditates faciliùs descendant, quàm ascendant, autore Zas. *in cons. 8. vol. 1. num. 13.* & repetitione *Nov. 118. arg. §. tandem* pro affirmativa hac sententia pugnare videtur, *l. etiam. 18 ff. solut. matr.* Vbi filiis heredibus mariti idem privilegium conceditur, ne in plus quàm facere possunt, conveniantur. Cæterùm his non obstantibus contrarium obtinuit, ut est *in l. et si fideiussor. §. fin. ff. de re iudic.* ubi Pompon. licèt, inquit, ipsi marito prosit, quod facere non possit; Id enim personæ mariti præstatur, heredi ejus hoc non prodest. Ratio est, privilegia sunt duplicia † alia causæ, 3 alia personæ, *l. 1. in fin. ff. de constit. princ.* Sicut etiam

4 iam exceptiones † aliæ sunt reales seu causæ, ali personales. *l. 7. ff. de except.* Velut hic dicitur: Privilegia alia sunt actionis seu negotii, alia perso-
5 næ. Toties autem personale est † privilegium quoties proxima causa & immediata benefic ipsa est persona, cui indulgere. Exempli gratia, marito, ne in id, quod facere non potest, teneatur, hoc ideò conceditur, quia maritu fuit, si in paupertate vivere deberet, ignominiam matrimonio aspergeret, vel affecti maritalis læderetur. Idem in patrono & socio, quos egenos vivere ignominiosum est libertis & sociis. Sed etiam donatori conceditur, quia nec liberalitate sua nemo sibi injuriam conciliare debet. Reale † privilegium est
6 quando nõ ipsa persona immediatè dat causam sed ratio causæ postulat favorem, cujusmodi e privilegiũ tacitæ hypothecæ, quod uxor in bonis mariti, pupillus in bonis tutoris habet, &c Item ne mulier intercedens obligetur, ut mino in integrum restituatur. Quod partim utilita publica, partim etiam ipsa necessitas efflagitavit, *argumento l. 1. ff. de iur. dot. l. 1. ff. de Min. l. 1. & 2. ff. ad SC. Vell.* Sicut autem exceptiones causæ no tantùm prosunt ipsi personæ quàm causa principaliter contingit, sed omnibus quos illa contingit, *d. l. 7. l. & heredi. § in his. cum seqq ff. de pact.* it quoq; privilegia realia, quia rem potiùs, quàm personam sequuntur. *l. nostra. l. interdum. ff. de pig d. l. un. § 1.* At verò personalia non transeunt i alio

dios, sed unà cum persona relinquuntur, *l. nostra. l. patronus. l. et si fidejussor. ff. de re judic. l. scire. C. de privil. creditor.* Quod & regula juris Canonici in *c. privilegium. de regul. juris in 6.* habet, cùm accessorium † sine principali subsistere nequeat, 7
cum principalis. infra hoc titul. Cùm itaque ne maritus in plus exigatur, quàm facere potest, it personale beneficium, non causæ consequens est, ejus heredem non revelare, qui ad eum non potest spectare, in quo privilegii ratio deficit. Hinc non obstat, quod de jure heredum allatum est, cùm illud obtineat in iis, quæ in bonis sunt, & bona seu jura hereditaria augent *argumento. l. injuriarum. 28. ff. de injur.* Sed personale illud mariti privilegium, sicut in bonis non fuit: ita nec ad heredem potuit pertinere. Nec alterum obstat. Nam usus hypothecæ est privilegium causæ, ut antè dictum est, cùm utilitas publica hoc exigat, ut cautum sit, nõ tantùm uxoribus sed & earum heredib. de dote restituenda soluto matrimonio, ne maritus ex re alterius locupletior fiat. Ad quamtũ uxor, tum etiam ejus heredes, tanquam ad rem propriam, veniunt, *d. in rebus. d. l. unica. d. §. fuerat.* Primò utitur etiam adversus mariti heredes, & creditores, & anteriores, expressam hypothecã habentes, prælationis privilegia, *d. l. assiduis.* ubi gloss. Mynß. *observat. 13. cent. 4. & in d. §. fuerat* tanquam personali privilegio. Sed illo heredes ejus uti nequeunt, nisi sint filii ex eo matrimonio nati, cujus

 causa

causa dos data erat, *d. l. assiduis. in fin.* Vnde constat privilegia personalia tam diu durare, quàm diu ea persona super est, cujus intuitu competebat, licèt ea extincta sit, in quam principaliter dirigebatur. Quare æqualitas adhuc observatur inter heredes mulieris & mariti, tàm circa privilegia personalia, quàm causæ privilegia. Non enim obstat, quod de socero affertur, cùm maritalis affectio, quæ est inter virum & uxorem non tantùm respiciat ipsos contrahentes, sed etiam eos, ex quibus descendunt. § *patitur. vers sed & socer. institut. de iniuriis.* Quibus etiam propterea reverentia debetur, *l. 4. & seqq. ff. de in ius voc.* Tandem obvia quoque est responsio ad *d. l. etiam*, cùm loquatur de filiis ex ipsa actrice constante matrimonio cũ marito natis, quos ideò Il hoc beneficio uti voluere, non tam ex persona patris, quàm ex propria persona, ne ostiatim in dedecus matrimonii stipem colligere cogerentur, neque spoliarentur legitimis alimentis. Cùm & aliàs mater, sicut & pater propter naturalem affectionem liberos alere teneatur, ut si
8 non alat † necare dicatur, *l. necari. ff. de lib. agnos.* Vnde cùm hæc ratio nõ procedat in aliis liberis marito ex alio matrimonio natis, ultra hos etiam se non extendit, sed reliqui omnes, ut & extranei heredes actione de dote conventi in solidum condemnantur, & exiguntur usque ad ultimum quadrantem, *l. si cum procurat. l. seq. ubi Bart. n. 3. ff. de re iud.* Verum itaq; manet, personale pri-

e privilegium ad alium non transire, nisi in eo eadem sit ratio, ut potiùs ex sua quoque persona hoc gaudere, quàm privari debeat. At realia verò omnia transire, adeò, ut etiam ad fidejussores se extendant. *d. l. 7. ff. de fidejuss. l. si unus ff. de act. l. si rem. 18. §. si duo. ff. de novat.* Nec obstat *l. in commune. 13. ff. de minor.* ubi fidejussor non juvatur ex eo, quod sit restitut⁹ in integrum minor, pro quo fidejusserat. Cui contradicit *l. 3. ff. rem ratihaberi.* Rectè enim distinguitur inter fidejussorem, qui sciens pro minore intercessit, & eum qui ignorans: vel qui minorem suscepit defendere. Nam etsi tunc ipse petat restitutionem, qui de rato cavit: id tamen fecit, quod sui officii erat, & quod promiserat, *d. l. 3.* Obiter autem hic notandum est, an dispositio *d. l. etiam ff. sol. matri.* extendatur ad nepotes & pronepotes? Mirè inter Dd. controvertitur & licèt communior sit opinio, quæ in negativam declinat, & à Bart. *d. l. si cùm procurator. & d. l. etiam.* secundùm Zas. *in d. l. si cum procurator.* Affirmativa tamen mihi firmior videtur, cùm propter *l. liberorum. l. filii ff. de verb. sig. §. fin. instit. de tut.* tùm etiam quod in nepotib. eadem est ratio quæ est in filiis, cùm neque ex actrice descendant, ac ipsi filii respectuque aviti matrimonii conveniantur: Si itaque excuterentur in solidum eadem ignominia & injuria afficerentur ratione alimentorum, qua eorum patres fuissent asperi si vixissent. Plura

alia exempla hic à gloss. colliguntur, & à Cagnolo, nec non Dec. & Ferrar. illustratur.

LEX LXIX. PAVLVS LIBRO SINgulari de assignatione libertorum.

Invito beneficium non datur.

SUMMARIA.

1. *Iurisdictionem non habenti nulla omnino iurisdictio pacto dari aut prorogari potest.*
2. *Invitus ad utendum cogi non debet.*
3. *Inclusio unius est alterius exclusio.*
4. *Senatusconsulta sunt publici iuris.*
5. *Nulla liberalitas maior est, quàm libertatis collatio.*
6. *Pauliana actio quomodo interpretanda.*
7. *Proniores esse debemus ad liberandum, quàm obligandum.*

OPTIME hæc lex præcedenti subjicitur: et enim sive personalia sint vel realia beneficia vel privilegia, semper iis renunciare libet, vel uti seu non uti *l. si quis in conscribendo. C. de pactis. l. si quis conscribendo. Cod. de Episc. & cleri. l. si iudex ff. de minorib. c. 1. extra de iudic.* modò non sit contra jus publicum, ut *in l. nec ex pratorio. supra ho titul.* declaratum est, vel renunciatio pugna cum bonis moribus, qualis est renunciatio

inte:

inter patrem & filium mutua sibi alienata præscindentes, *l. si quis à liberis. §. parens ff. de lib. agnosc. & al.* quod crudelitatis & impietatis extremæ, *l. notare. ff eod.* Cæterùm beneficiis & privilegiis privatis, puta exceptioni, ne in quantum facere possit, ultrà exigatur, vel hypothecariæ vel prælationi, vel cuique alii exceptioni, quæ solam renunciantis personam respicit, nec in alterius personam redundat, rectè, ut dictum est, renunciamus. Cùm leges neminem beneficio contra rigorem juris adjuvantis ad necessitatem utendi privilegio adstringant, *l. nostra leg. filio 17. ff. de iniust. & rupt. testam. leg. hoc iure. §. non potest. ff. de donat. d. leg. si iudex. 41. ff. de minor.* Hinc filius præteritus rectè renunciat juridicendi testamentum nullum, in quo erat præteritus, & dividendæ hereditatis patre jam mortuo, *d. l. filio.* Item partes litigantes ne testes in rem. *Cod. dum is, ext. de off. delegati.* Item dilationibus & interrogationibus secundùm Bartol. *in leg. fin. ff. de feriis & leg. 1. Cod. de dilation. argumento clem. Pastoralis. de re iudic. & clem. sæpè. de verb. signif.* Sic qui uti potest præscriptione fori, huic renunciare potest, *d. l. si quis in conscribendo.* licèt ei, qui jurisdictionem † non habet, 1 nullo omninò jurisdictio pacto dari aut prorogari possit, *leg. 3. Codic. de iurisdict. om. iudic.* Quod obtinet, modò exceptio declinatoria fori non sit publici juris, sed universitatis, nam cum secus est, qualis est exceptio Clericorum, ne

coram laico conveniri possint, *c.1.2.c. si diligenti. § fin. extr. de foro compet. c. Ecclesia S. Mariæ. ext. de constit.* Geil *obs.37. in pr. lib.1.* Mynsing. *obs.12 cent. 1.* Verum itaq; est, quemq; uti posse suo jure, vel
2 non: nam invitus † ad utendum cogi non debet, *l. nostra. d. l si iudex. 41.* Vt nec ad beneficium accipiendum, *l. hoc iure. §. non potest. de donat.* Vnde si quis ultrò solvat, quod indebitum sciebat, jure exceptionis perpetuę donasse creditur, *l. cuius 53. supra h. tit.* nec conditione uti potest, neque cogi potest, ut utatur, cùm ultra jus suum amiserit, *l. 1. cum seq. de condict. indeb* Desumtum autem hoc nostrum responsum est ex tractatu de assignatione libertorum, ut inscriptio arguit. Etsi omnium liberorum ejusdē gradus æquale jus patronatus est in bonis liberti, ut deficiente herede legitimo descendentes ipsi sint liberti heredes. Patronatum ex SCti de assignatione libertorum autoritate concessum est, eorum successiones vel uni vel pluribus liberis, pro ut sibi visum fuerit, assignare, *l. 1. de assig. libert.* ut reliqui, quibus nullus vel alius assignatus est, ita tandem idem jus recipiant, si is, cui assignatio facta est, deficiat, *d. l. 1. §. assignare.* Dubitatur an filius, cui assignatio facta est, possit jus suum omittere vel ei renunciare. Nam *in §. 1. vers. Sed ita demum. inf. de assig. libert.* Iustin. Sed, ait, ita demum pristinū jus, scilicet reliqui liberi, recipiant, si is, cui assignatus est, decesserit nullis libe-
3 ris relictis. Ergò cùm inclusio unius sit † exclusio al-

sio alterius, propter renunciationem, redire ad aliquos non videbatur, Tunc etiam quod SCta sint † publici juris, §. *Senatusconsultum. infr. de iur. nat.* sed juri publico renunciari non potest, *l. ius publicum, de pact.* Cæterùm Vlp. *d. l. 1. § sed si v.* qui autore Marcello affirmat, si repudiaverit, posse admitti fratres, quod & Paulus existimasse *in lib. sing. de assignat. liber.* vel ex hoc responso apparet, nam hoc modo Marcell. sententiam approbasse videtur, quia ut uni assignātur, liberti beneficium aut privilegium est, sed invito beneficium non datur. Ergò nolens filius non retinet assignationem. Vnde quod initio *d. §. 1.* summariè & imperfectè recitatur ex *hac l. & d. l. 1.* supplendum, & licèt Senatusconsulta sint juris publici, quia publicè jus faciunt, non tamen omne quod constituunt, ad Rempub. spectat, vel ad 4. illas juris publici species, quibus tantùm renunciari non potest, quas recitavimus in *l. nec ex prætorio. supr. h. tit.* Etenim quoties lex super re privata disponit, etsi ipsa lex & jus legis sit proprium seu publicæ autoritatis, effectus tamen ille seu beneficium ex lege fluens privatorum est. Quare cùm assignatio sit privatæ utilitatis jus seu beneficium illud ex SCto profluens juris est privati. Opponitur huic legi vulgo *l. 1. 2. cum tribus seqq. de liberali causa.* ubi cognatis, patronis & similibus permittitur litigare pro libertate ejus, qui nolit se in libertatem vendicare, cùm possit &

T 5 verè

& verè ſit liber, qui tãtum eſt in poſſeſſione ſervitutis conſtitutus, & ita invitus in libertatẽ veniens beneficium accipit, cùm nulla ſit major
5 † liberalitas quàm libertatem conferre, *l. libertas. infra. h. tit.* Verùm ipſæ leges ſecum reſolutionem afferunt, cùm in id agnatorum & patronorum injuriam redundat, habere cognatum ſervũ vel libertũ alterius poteſtati ſubjectum, ac ita ſuo intereſſe potiùs, ſuaque injuria litigant, quàm ut ſpecialiter alteri beneficium acquirant, licèt per conſequentiam proſit. Idem etiam ad *l. ſolvend. de negot. geſt. & l. ſi debitor ſuus de ſolut.* reſpondetur, ubi ſolutio, quæ fit à tertio invito etiam & prohibente reo adeò admittitur, ut etiã reus liberetur invitus ipſo jure, quoniam hic quoq; non tantũ intereſt rei, ſed ipſius etiã creditoris, ut beneficiũ aliquod operetur, & rectè in invitum conferatur, cùm ita renunciare debeamus, ne alteri detrimẽto ſimus. Cui non refragatur, quod debitoris repudio ejus quod acquirere potuiſſet, puta heres inſtitutus erat vel legatum expectabat, obſit creditoribus, in quorum fraudem repudiavit, nec tantùm locus ſit Paulianæ actioni. *l. quod autẽ 6. quæ in fraud. creditor.* Quoniam eo ſe non extendit Pauliana
6 † actio, quæ ſtrictè interpretanda eſt, tanquã contra juris rigorem introducta, *d. l. 6. §. item ſi in fraudem. infr. de actio.* Cùm difficilius aliquid revocetur, quàm impediatur aut tollatur. Itaq;
7 cum proni ſimus † ad liberandum, quàm obligandum,

gandum, *l. Arrianus. de act. & oblig.* magis ut in liberationibus introducendis renunciationes debitorum non attendamus, in acquirendo verò & obligando maximè sequamur cùm omninò sensum requirant, *l. consensu de actio. & obligat. l. 1. §. adipiscimur. de acquir. poss. l. pro berede. l. gerit. l. more. de acquir hered. l. fin. C. de curat. furiosi. l. consilio. 12. ff. eod.* Hinc etiam facilè apparet, cur in *l. non tantum. de appellat.* permissum sit cuique populo appellationem interponere, in causa condemnata ex criminali judicio ad ultimum supplicium, etiamsi ipse reus tædio vitæ, vel alia ratione motus nolit appellare, scil. ut potiùs liberetur, quàm pœnā patiatur, & quod publicè interfit reos à quocunq; defendi servum, *§. publicè. de procur.* ne dicam sanguinis innocentiam & dignitatem non facilè effundendi communem omnium hominum naturam attingere.

LEX LXX. VLPIANVS LIB. I. de officio proconsulis.

Nemo potest gladii potestatem sibi datam, vel cujus alterius coercitionis ad alium transferre.

Summaria.

1. *Magistratus aut est ordinarius, aut extraordinarius.*

2. Ordi-

2. *Ordinarius magistratus qui: & extraordinarius quis.* num. 3. *Extraordinarius quando creabatur.* num. 4.
5. *Magistratus ubi creari solebat.*
6. *Imperium est duplex, & quomodo.*
7. *Definitio meri imperii quæ.*
8. *Ei, cui maius conceditur, id quoque quod minus est, concedi debet.*
9. *Custodiarum cognitio ad liberi capitis coercitionem pertinet.*
10. *Principis delegatus merum imperium subdelegare potest.*
11. *Delegatus principis quicquid habet, id speciali concessione habet.*

INSCRIPTIO manifesta est, ostendens id de jurisdictione tractatum omnium magistratuum applicandum esse hoc responsum, maximè verò ad *l. solet. de offi. procons.* quæ ex eodem libro, eadem verba recenset: omnis magi-
1 stratus jam exactis regibus Romanus fuit † or-
2 dinarius vel extraordinarius. Ordinarium † magistratum gerebant consules tàm Romæ quàm in provinciis consularibus. Item senatores, prætores 18. Romæ, plures in provinciis plena, Ædiles curules & 10. Tribuni plebis, &c. secundùm Carolum Sigon. & textũ *l. 2. §. ex actu cum aliquot seqq. de orig. iur.* Extraordinarium
3 magistratum † suscipiebant dictatores tã Romæ quàm in provinciis, & proconsules, nec

non

non proprætores saltē in provinciis, quoniam ante jurisdictionis exercitium non habebant, quàm si provinciam suam ingressi essent, licèt statim atque urbem egressi, insignia proconsularia, id est, fasces 12. habebant, & voluntariam jurisdictionem, *l. 1. & 2. d. l. solent. l. si in aliam. §. fin. cum seqq. de offic. procons.* Qui extraordinarius magistratus ita demum † creabatur, quādo ne- 4
cessitas postulabat & dictator à consule dicebatur, ut in urbe & provincia summā teneret potestatē, nec ab eo provocatio esset ad populum, quæ à cons. erat. *d. l. 2. §. ex actis. §. seqq.* Forst. *lib. 1. hist. iuris de dictatore.* Livius *lib. 5. & 9.* Similiter proconsulum & prętorum usum necessitas docuit & provinciarum auctio, quando nimirum missi erant consules in provincias consulares, & prætores in prætorias anno magistratus elapso, nec bello finito & insuper alio emergēte fiebat prorogatio non magistratus, sed imperii, ut Q. Publio Philoni, & Q. Valerio Falconi primùm contigit. Livius *lib. 8.* Quandocunque etiam quidam à prætura pro consule mittebantur, h. e. cum imperio consulari & sex fascibus. Cicer. *lib. 1. de legibus.* nec non re ita suadente privati, nam ita Titio Quintio accidit, teste Livio *lib. 3.* & Publius Scipio in Hispaniam privatus cum imperio missus est. Etsi omnes igitur magistratus etiam municipales cū parte essent, cùm imperio tamen (potestas enim autore Festo illius, qui alicui negotio præfectus est, cùm imperio

perio autem eſt, cui nominatim delatum eſt jus imperandi tam in re militari quàm forenſi,) non niſi eis, quibus nominatim lege vel aliqua conſtitutione mandatum eſſet, imperium putabimus. Quippe non eodem tempore mandabatur & magiſtratus & imperium, neque iiſdem comitiis, magiſtratus primùm, deinde provincia cum imperio deferebatur, magiſtra-
5 tus † centuriatis comitiis in campo Martio creabantur Livius *libro quinto & nono.* Comitia curiata imperium ex lege aſſignabant, ut ibidem videre eſt, imò ut in Scipione & Titio Quintio videmus, multi cum imperio abſque magiſtratu fuere. Ex quibus primum conſtat imperium, etſi variè accipiatur, modò pro univerſa principis poteſtate, modò pro univerſa ditione, ut *in l. cum ratio. §. ſi plures. ff. de bonis damnatorum.* modò pro juſſu cùm privati tùm publici hominis, ut *in l. fin. ff. ne quid in loco publico. tit. ff. quod iuſſu.* Hic tamen, ubi de jurisdictione, & connexis cujusque magiſtratus, accipi pro publica poteſtate coercendi, decernendi, jubendi aut legis autoritate aut vi magiſtratus, *l. 3. ff. de iurisdict. omnium iudi. l. 1. ff. de offi. eius cui manda. eſt iurisdict.* Vnde rurſus col-
6 ligitur, imperium duplex † eſſe, aliud, quod vi magiſtratus competit, & ita jurisdictionem in ſe habet, quod inde mixtum vocari ſolet, *d. l. 3.* Aliud quod ex lege, vel ſpeciali aliqua conceſſione eſt, nec in ſe jurisdictionem habet. ſed

meri

mera facultate specialiter concessa sine respectu magistratus expeditur, *l.2.§ exactus.* §. *populus. ff. de orig.iur.d.l.3.* Pomponius totius de magistratu Romano *c. 15.* unde imperium merum dicitur, 7
& definiri † solet, potestas publica ad animadvertendum in facinorosos homines. *d.l.3.* cujus 3. gradus, instar specierum, enumerantur *in l. aut damnum. & l. & capitalium. ff. de pœnis.* Nempè summum supplicium, quod & potestas gladii vocatur *d.l. 3.* & hic pœna morti proxima & coercitio corporis liberi, nec confestim cui merum imperium datur aut potestas gladii, (sæpè enim potestas gladii tropicè pro mero imperio sumitur:) observatis gradibus seu speciebus uti poterit, sed quisq; pro eo modo ac parte, quam ex legis præscripto habet. Præfecto vigilum datum est jus verberandi, non etiam potestas vitam adimendi, nec etiam omnium hominũ, sed quorũdam incendiariorum, furium nocturnorum & effractorum, *l.3.§.1.l. 4. ff. de præf. vigilum.* Sic præsides provinciarum (qui cœperũt cum ab August. provinciæ dividerẽtur, inter Augustum & Senatum ad differẽtiam magistratuum populi Romani, cujus magistratus missi in provincias senatorias retinebant antiqua nomina. Sed ab Augusto missi in suas provincias, omnes cõmuni nomine prę sides provinciarum appellabantur, autore Forst. *lib.1. hist.iuris. & lib. 2. in vita Augusti & l. 4. §. 1. ff. de interrogat. in iure faciendis.*) partes aliquas, puta jus gladii habuerunt

buerunt,& jus dandi in metallum, non autem jus deportandi aut bona adimendi, *l. illicitas. § qui universas. ff. de offic. præsid. l. rei capitalis. §. const. t. ff. de pœnis. l. inter pœnas. ff. de interdictis & relegatis* & rejecta gloss. & Dd. indagatione, quæ sit ratio differentiæ, ut præsidi provinciarum jus gladii detur, non autem jus deportandi; quod mi-
8 tius est, cùm ei, cui majus † conceditur, id etiam quod minus est concedi deberet, *l. 21. supr. h. tit.* facilè ex præmissis est resolutio, quippe à lege datum sibi non habet, adeò ut omnis in eo cessat ratio interpretandi aut extendendi, cùm nemini plus tribuere possimus, quàm lex vel imperator dederit; *d. l. aut damnum. § 1. cui imperat. ff. de offi. præf. prætor.* Neque gradus meri imperii gradus comparationis; sed tantùm ordinis instar specierum: sicut ergò illi quoq; totũ genus tribuitur, cui unica species cõpetit, non autem statim cui genus tribuitur singulæ applicantur species, ita quoque cui gradus aliquis imperii meri lege datus est, rectè imperium merum habere dicitur, sed non universum. Idem de consulibus ex *l. 2. § ex actis. ff. de orig. iur.* aliisq; similibus judicium esto. Hinc nunc tertiò legis nostræ ratio existit, cur merum imperium seu jus gladii mandari aut delegari nequeat, cui consentit *d. l. solent. §. 1. ff. de offi. procons.* ex quo loco hæc lex deprompta est. Aliquando procõsul jurisdictionem mãdare solet, *l. aliquand. ff. eo.* quæritur, an etiam merum imperium rectè mãdet

Videba

Videbatur mandare posse, quia & custodiarum cognitionem proconsul legato rectè mandet, *l. solet.* sed custodiarū cognitio † ad coercitionem liberi capitis pertinet, unde dicēdum erit, aut mandari posse merum imperium, aut custodiarum cognitionē frustrà mandari: ad hoc dubium in *d. l. olent.* & hic respondet, quanquā custodiarum cognitio possit mandari, legatum tamen non habere jus incarcerādi, ideoq; præaudıtas custodias ad proconsulem remittit, ut ille ipse innocentē liberet, nocētem carceri tradat, seu induci in carcerē jubeat. Rationē addit, quia gladii potestatem, &c. Gladii potestati cohęret ipsa incarceratio & liberatio, non etiā cognitio custodiæ, h. e. examen, an causa ejusmodi sit, ut propter cā reus potius incarceretur, quàm datis fidejussorib. de judicio satisdet, quia illud magis est jurisdict. quàm imperii. Si itaq; mandata jurisdictione cohęrētia quoq; mandata cēsentur, *l. fin ff. de offi. eius cui mādata est iurisd.* rectè legatus cognitionē custodia recipit, nō etiā potestatem jubendi, in carcerē duci. Quę ergò hęc est ratio, ne imperiū mandari possit, nunc ante demonstratū est, merum imperiū ex sola lege vel SCto, vel consuetudine aut spirituali principis cōcessione, non vi magistratus cōpetere, sed cōtra lege vel cōsuetudine vel spirituali principis concessione deferūtur & habētur, mandari nō potest, nec mandata jurisdictione transeunt, *l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.* sic ille solus tutorem

V dat,

dat,cui hęc lex vel quod legis vice fungitur,de dit,nec alteri mandare poteſt, *l.6* §. *tutoru.ff.de tutel.*nisi etiam aliqua lex, aut principis cõſtitutio propter mandatam ſibi jurisdictionẽ alicu ſpecialiter tribuerit, ut exemplum eſt in legat proconſulis, *l.pen.ff.de offic.procons.*cui & jus dandi & cognoſcendi de ſuſpecto tutore mandat jurisdictione competit, non vigore mandat ſed ex oratione Divi Marci & conſtitutione Severi & Antonini ad Barduam proconſulem Africæ, *l.4.ff.de offic.eius cui.& l.1.ff. de curat. & tuto.datis ab his.* Sic cauſa cognoſcendi de prædii & minorum & de alimẽtis eorumq; transactione certis quibusdam magiſtratib. non vi magiſtratus, ſed ex oratione & conſtitutione cõmittitur,nec ideò mandare licet alii. *l. 2.ff.de offi.eius cui mand.eſt iurisd.l.cum hi 8.ff.de transact.* Merum ergò imperiũ ſpecialiter lege vel à principe datum mandari nequit. Cujus rationis ratio hæc non ineptè adducitur,quã etiã Carol.V.*in crim constit.Art.1.&c.* approbare videtur,nempè propter cauſæ gravitatẽ electam videri perſonæ induſtriam potiùs,quàm magiſtratum in his,quæ lege vel SCto, vel principis conſtitutione ſpecialiter conceduntur. *arg.c.15.cui de offic. deleg in 6.l.un.§.Credidit n.princeps.ff.de offi præf. præt.* Ubi verò certa eſt perſonæ induſtria electa, act' per ſubſtitutum exerceri non poteſt, *l.inter artifices 31.ff.de ſolut.d.c.ucui.* Quartò ex his tandem notantur 4.limitationes Dd.ad hanc legem allata

in puncto

in puncto juris veras non esse, quamvis de posteriori probabiliter dubitari possit. Prima est, nempe delegatum † principis merum imperium subdelegare posse, gloss. *in l. un. verb. in caus. verb. si ad iurisdict. Cod. qui pro sua iurisdict. iud. dare poss.* per text. *ibidem in §. hæc teneant, & l. à iudice. in fin. Cod. de iudic.* Maranta. *parte 4. distinct. num. 27. & 36* Quæ quã fragilis sit & infirma, ipso sole clarius est, quippe quicquid † delegatus habet, principis concessione speciali habet, *l. fin. de offic. eius cui mand. est iuris.* neq; imperium præsupponit magistratũ vel aliud quiddam, ut per id ab aliis merum imperium habentib. differat. Nec obstat *d. l. uni* uti nec *d. l. à iudic.* Loquuntur n. de iis, quæ jurisdictionis magis sunt quã meri imperii, scil. de judice dando, ut apparet ex *d. l. 3. ff. de iurisd. omn. iud.* nam judicem dare vi magigistratus cõpetit. Verùm hæc, quæ vi magistratus competunt, seu mixti sunt imperii, delegari possunt, *l. cogn §. ut poss. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdict.* Quare ad merum imperium, quod in hoc à mixto differt, ut patet ex *d. l. un. & d. l. 3.* juncta *d. l cognit. & l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.* minimè hæ ll. accõmodari possint, in quã sententiam etiam inclinat gl. *in d. l. 1.* Altera limitatio est, si publicis occupationibus vel multitudine causarum imperium merum hominis impediatur, ut tunc delegatur, liceat per *l. 2. C. de ped. iudic.* ubi gloss. sed nec illa lex de mero imperio loquitur, cùm agat de causis pedaneis ju-

dicibus committendis qui nequaquam de publico crimine cognoſcebãt, ut ex ſequentib. legib. apparet, & *toto tit. c. ubi crim. cauſ &c.* Quare minimè nos movebit, ut à juris regula recedamus. Tertia cauſa eſt abſentię & infirmitatis, per *l. 1. ff. de offi eius, cui mand.* quæ etiamſi probabilior videri poteſt, unde etiã hodie à Carolo V. *in crimin. conſt. artic. 2. in verb.* auß ſchwachheit ires Leibs approbata & recepta eſt, ut nunc ab ea judicando non ſit recedendum: tamen ll. Iuſtin. earum veritate inſpecta tenendum eſt, eam falſam eſſe. Nec obſtat *d. l. 1.* cùm ibi Papin. reprehẽdat magiſtratus cauſa abſentiæ & infirmitatis delegantes merum imperium extra unicũ caſum legis Iuliæ de vi, quẽ ſolùm dicit eſſe exceptum, ut liceat in eo propter lõgiorem abſentiã futuram, aut infirmitatem majorem, cognitionem mandare & coercitionem loco ſuo concedere. Si itaque exceptio confirmat regulam in caſibus non exceptis, cõſequens erit ſola quæſtione de vi excepta nunquam licere publici criminis cognitionem & coercitionem delegare, vel mandare, etiãſi infirmitas aut abſẽtia incidat. Quartò limitant prorſus contrarium jure cano. obtinere, axioma hoc noſtrũ verum de jure civili, falſum de jure can. Dd. poſt gl. & Panormitan. *in c. quod ſed. ext. de offic. ordin.* Maranta. *d. part. 4. diſt. 5. d. num. 15. & num. 62.* Henningius Gœden. *conſ. 39. num. 14.* per text. *in d. c. quod ſedem,* ubi Archiepiſcopus impeditus poteſt conſecrationem

ſui

sui suffraganei committere alteri. Adducunt *c. in Archiepiscop. extr. de rapto.* ubi ex principis delegatione Archiepiscopo conceditur coercitio criminis, ne tamen pœnam sanguinis irroget: sed si eam requirit delicti gravitas, mittet potestati civili: Rursus adducũt *c. aqua. extr. de consecratione Ecclesiarum & Altarium.* ubi Ecclesia polluta per sacerdotem simplicem reconciliari nequit, etiamsi aqua fuerit per Episcopum vindicata: sed tamen toleratur, si Episcopus mandaverit. Quartò probant per *c. fin. de offic. ordinar. in 6.* ubi dicitur Episcopus, qui jurisdictionem habet in tota provincia, posse in tribunali per se vel alium sedere, causas adire, personas capere, carceri tradere. Quintò adducunt, *c. fin. ne cler. vel mon. secular. negot. se immisceat,* ubi traditur, episcopum vel clericum judicem criminalis causæ, si irrogaverit sanguinis pœnam propter delicti atrocitatem propterea non esse infamem, glos. quoque in *d. c. quod sedem.* addit can. *illud 100. quæst. 4 & can. sicut 2. quæst. 7.* Cæterùm his non obstantib. verior est opinio eorum, qui contendunt in hac quæstione canones non discrepare à ll. & post multas disputationes variasq; rationes Didaci Covarr. *in cap. ult. lib. 3. var. resol.* addi potest, quoties nõ expressè pugna legis à canonib. indicitur, nõ esse præsumendã jurium discrepantiam aut correctionem, sed illud hic non est: Ergò nec hoc. Deinde cùm merum imperium gladii potestas describatur, minimè con-

 cedi-

ceditur ejusmodi merum imperium à canonibus tractari, quãvis loco gladii dictatorii utantur gladio Petri, h.e. spirituali gladio, ad quod probandũ adducunt locũ *Matth.26. Ecce domine hic duo sunt gladii.* Verùm gladius spiritualis, uti ferè per totã causam ll. & decretis describitur, nihil aliud est, quàm jus claviũ, h.e. jus excommunicandi & anathematizandi, de quo jure in *tit. de sent. excomm. extr. & in 6.* Adducta autem capitula non de isto loquuntur mero imperio, vel si loquantur de ejusmodi jure agunt, quod cuiq; episcopo jure sui magistratus ecclesiastici cõpetit, ut ex *toto tit. extr. de excom.* apparet. Non igitur obstat primũ ex *d.c. quod sedem.* adductum, quippe consecratio Archiepisc. competit jure magistratus, *c. si Archiepiscopus extr. de temporibus ordinationum & tit. de ordinandis ab Episcopo.* Ideoq; rectè delegatur, *arg. l. 1. ff. de offic. eius &c.* Similiter alterum non obstat, cùm ibi Archiepiscopo fuerit à principe merum imperium delegatum, quod instar legis est, & modum accipit ex natura delegationis, ut in simili de p̃side videre est. Si itaque princeps alicui potest imperium mandare, qui magistratum nullum gerit, ut supra declaratum est, cùm & populus id possit. Cur ergò nõ mandabit Archiepiscopo? Sed interim non sequitur ab eo, qui mandatum imperium habet, merum posse idem alteri mandari, cùm princeps non habeat, tanquam is, cui mandatum est, & tanquam fons & caput omnis imperii, ut

-ii, ut Azo dixit. *in summa. C. tit. de iurisdict. omn. iud.* Ad tertium respondetur, Episcopum habere jus reconciliandi ecclesiam vi magistratus, ut ex *d. c. 1. de ordinando Episcopo.* Ad quartum respondetur, posse hoc accipi, quod generaliter hoc ita dicitur, pro natura speciei deinceps subjectæ, veluti in simili traditur de proconsule, *in d. l. solent.* quod quidem possint cognoscere, sed cognitionem remittendam esse ad Episcopum. Reliqua capitula omninò nil habent, quod ad hanc quæstionem faciat, sed alias quæstiones intuitu jurisdictionis orientes explicant.

LEX LXXI. VLPIANVS LIB. II. de officio proconsulis.

Omnia, quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt.

SUMMARIA.

1. *Proconsules, præsides provinciarum & proprætores qui dicuntur.*
2. *Bonorum possessio quando & quomodo datur.*

SED & hæc lex ad tractatum de magistratibus eorumq; jurisdictione spectat, & applicanda est ad *l. nequaquam. §. ubi decretum. de offi. procon.*

1 proconsules † nec nō prǽsides provinciarum & proprtores, qui eandem potestatē habēt in provinciis, eademq; faciunt eodem modo, quæ habent & expediunt magistratus urbani Romæ. *l. 7. §. fin. l. seq. de offi procons. l. 4 5. l ex omnib. cū 2. seqq. de offic. præs.* Quædam de plano & sine causæ cognitione aditi libello supplici expediunt, q̄dam cum causæ cognitione de plano expediunt ea, nempè ut obsequium parentib. patronis, liberisq; patronorum exhiberi jubeant, terreant & cōminentur, filium à patre oblatum, qui nō ut oportet cōversari dicitur. Idem de plano expediunt emendationē servi non obsequentis verbis aut fustium castigatione, *d. l. nec quicquā. §. de plano aut.* In his enim nulla vertitur causę cognitio, sed reliqua nō æquè de plano expediri possunt, nec sufficiens est libelli subscriptio, sicut in illis, in quibus tantum ad petitionem supplicantis satis erat subscribere libello per consulem promittere, ut satisfaciat voluntati supplicantis. Hinc regula nostra, ubi decretum necessarium est, hoc est, ubi non sufficit subscriptio libelli supplicatorii, sed causæ cognitio, sine qua ad decretum perveniri nequit, quod pro tribunali interponi debet. *l. ubi causa. in fr. h. tit.* (quippe decretum est jussu prætoris extra ordinem, hoc est, pro tribunali cognoscentis, ut aliquid fiat vel non fiat, puta de damno infecto caveatur, in possessionem eatur, dilationes dentur. *l. 1. 3. & 4. de*

iuris-

trid. om. iud. l. 4. §. pen. de dam. in fin. L. 4. C. de dilat.) bi per libellum, hoc est, per solam libelli subscriptionem ad postulantis instantiam factam non sse sufficientē, *d. l. nequaquam §. ubi decretum*, quia quæcunque causæ cognitionem, &c. Exemlum est *in l. minor, C. de præd. minor.* Si tutor seu urator exhibuerit libellum supplicum, ut licet illum vel illum minoris fundum, hanc vel ilum ob causam distrahere, non statim ad poulationem curatoris prætor vel proconsul ubscribere debet, nec si subscribat, causa nonum cognita, alienatio subsistit. Ideoque prius ro tribunali causam à stipulantibus audiet, & xaminabit, quo facto etiam non subscribere ebet, sed decretum dare vel pronunciare alieationem fieri oportere, sic etiam bonorum osseßio †non datur per libellum aut de plano, a ed decernitur pro tribunali, *l. 3. §. dari. §. si causa cognita. de bon poss. l. 2. §. dies. Quis or. in bo. poss obs. &c.* dem de dilatione *leg. 4.* & de restitutionibus ninorum in integrum, *in leg. 3. de in integr. restit.* blatione accusationum seu criminum *l. 1. §. ab orte. Ad SC. Turpil. & similibus* proditum est. Gl. bjicit *l. scire oportet. 13. §. oportet. de excusat.* ubi in quibusdam exemplaribus inseritur oblatioium χάμοθεν ἐξ ὑποπέδου, hoc est, de plano à ranseunte & iter faciente domi vel in forum eunte, quasi excusatio tutorum, quæ requirit ausæ cognitionem *§. quia autem cum seqq. institut. de excus.* possit per libellum de plano expediri,
 quod

quod factum est. Vnde Haloand. textum græcum corrigere voluit. Verùm retenta altervtra lectione sciendum est, eo loco agi de impedienda præscriptione 50. dierum, qua impleta non admittitur ulterior excusatio, §. *quia excusare institut. eodem.* Quamvis ergo tota excusatio de plano & solo libello expediri nequeat: supplici tantùm libello porrecto rectè impedietur præscriptio quasi contestatione interposita, ut subsequatur deinceps plena causæ cognitio. Non ergò innuit, excusationem tutorem posse per libellum expediri seu de plano. Quidam paulò aliter interpretantur, nempe majores magistratus habent suos assessores, qui causam cognoscunt à tempore suscepti libelli & subscripti usque ad causæ conclusionem. Adsessores ipsi, neque libellum suscipere eique subscribere, neque sententiam ferre possint. Sed hæc sunt majoris magistratus. Nec tamen illa subscriptio statim causæ cognitionem ad adsessores devolvit, nisi in hac subscriptum sit, specialiterque mandatum, ut causa cognoscatur, & posteà remittatur. Hinc volunt, ubicunque causæ cognitio desideratur, non esse sufficientem subscriptionem libelli, etiam non sufficere oblatum esse libellum nisi quoque præses ei subscripserit, ut causa cognoscatur. Sed hæc interpretatio alienior est à *d. leg. nec quicquam §. ubi decretum*, unde hæc regula depromta est. Quare etsi per se sententia illa ve-

a vera ſit, minimè tamen ad hoc reſponſum ertinere exiſtimaverim. Reliquæ expoſitio- es gloſſ. abſurdæ ſunt, nec conveniunt verbis ut ſententiæ.

EX LXXII. IAVOLENVS LIB. III, ex poſterioribus Labeonis.

Fructus rei eſt vel pignori dare li- cere.

SUMMARIA.

Bonæ fidei poſſeſſor quando fructus lucratur, & quando malæ fidei poſſeſſor fructus percipit, & quos- nam. num. 2.

Reſtituere eſt nõ tantùm rem reddere, ſed & omnem cauſam.

EADEM hæc lex iiſdem verbis ex eodem libro Iuriſconſulti Iavoleni recitatur *in l. fin. de uſur.* & accommodatur ad officiũ judicis, qui in condemnatione habet jus, quod ad petitorem redire debet. *§. et ſi in rem. inſtitutis de officio jud.* Et certè ſi initio fuerit bonæ fidei poſ- ſeſſor † reus, qui in bona fide permanſit uſ- que ad litem conteſtatam, fructus lucratur, 1 quamdiu bonæ fidei poſſeſſor eſt, nec eo- rum nomine tenetur, niſi extent. *§. ſi à non dom*

dom. instit. de rerum divis. l. bona fidei. l. qui servum. d. *acqui. rer. dom.* Sed lite contestata de omnibus fructibus teneri incipit, *d § etsi. in rem. §. seq. vers post inchoatam d. §. si quis à non dom.* Sed malæ fide
2 possessor † non tantùm de perceptis & quos percipere potuit, sed etiam quicquid actor potuisset habere, si ipse possedisset rem, tenetur, *l. si navis. 62. § fin. de rei vendic. l. restituere. 35. de verb. signif.* Quærebatur ergò, si actor cùm rem non haberet, coactus fuerit fidejussorem dare magnis sumtibus (intercedebant enim olim remunerationes quædam, ut ex *l 6. mand.* apparet & *l. antiqua. Cod. ad SC. Vellei.*) possit eo nomine quid sibi restitui petere unà cum re quod ICtus Ia-
3 volenus affirmavit; quippe restituere † non est tantùm rem reddere, sed etiam omnem causam & quicquid habiturus esset actor, si rem ipse possedisset, aut statim à bonæ fidei possessore judicii accepti tempore reddita fuisset, *d. leg. restituere.* Dominus autem rei hoc commodum habuisset nec coactus fuisset fidejussorem dare ac ut plus cautionis in re sit quàm in persona, *l. plus. supra h. tit.* & fructus rei appellatur pignori dari licere. *l. nostra d. l. ult.* Ideoque meritò non tantùm quod ex ipsa re est, sed etiam quod occasione rei interest, ejus ratio haberi debet, *l. videamus. §. fin. de usur.* Ex quibus nunc intelligimus hunc fructum, nempe rem pignori dari posse, proprietatis aut possessionis commodum esse, non fructum ex re provenientem

ut d

it dictum est *in leg. est natura, 65. supra hoc titulo.*

Lex LXXIII. Quintus Mutius Scævola libro singulari ὅρων.

Quo tutela rediit, eo hereditas pervenit, nisi cum fœminę heredes intercedunt.

Summaria.

Tutelæ officium est munus virile.
Nulla differentia est hodie, quo ad ius succedendi, inter agnatos & cognatos.

Ex Q. Scævolæ libro ὅρων, id est, Regularum, hæc lex deprompta est, quinque aximata ordine proponens. Primum pertinet ad legitimam agnatorum tutelam. Lex 12. tab. edixerat, ut si paterfam. intestato moreretur, agnatorum gentiliumque in ipsius pupillis eorumque pecunia potestas esset, ut colligitur ex *l. quod autem lex. instit. de legit. agn. tut. leg. 9. ff. eod. l. sæpè 53. ff. de verb. signif.* Item agnatus, lex licebat, proximus familiam habeto. *leg. pronunciatio. §. 1. ff. eod.* Vnde colligebatur apertè l. 12. tab. velle, ut qui pupillorum speraret ad se aliquando hereditatem reverti, is etiam legiti-

gitimus esset tutor *leg 1. ff. de legitimis tutor.* Unde non tantùm proximus agnatus sed & Patronus liberti & pater filii emancipati impuberi legitimus tutor jubetur esse. Nam & ad hos speratur successio reverti ab intestato. Quibus accessit fiduciaria tutela, quemadmodum hæ species enumerantur à *titul. 14. usque ad tit. 20 in institut. libro 1.* Sed regula hæc in fœmina manumittente aliisque similibus casibus, ubi jure agnationis succedere poterat, fallit, cùm
1 tutelæ officium sit † virile munus, *leg. 2. supr. hoc titul.* Quo casu non proximus agnatus, sed qui proximè fœminam sequebatur, legitimus tutor erat. Quæ exceptio adhuc hodiè durat nisi mater sit, *authentic. matri & aviæ. authent. seq. Codic. quando mulier. officio tutor. &c.* Quamquam cùm hodiè quo ad jus succedendi nulla
2 la sit differentia † inter agnatos, *nov. 118. de hered. ab intestat. ven. capit. 3.* tum non distingui soleat inter agnatos & cognatos, sed, ab utraque latere, qui pares sunt gradu & jure successionis, simul tanquam legitimi admittantur. De qua re plenè interpret. *institut. in tit. de legit. agna. tut. & in tit. de legit. pat. tutell.* tractant *in institut.* unde hic illa sunt repetenda.

§. *Primus.*

Nemo potest tutorem dare cuiquam nisi

nisi ei, quem in suis heredibus, cùm moritur, habuit, habiturusve esset, si vixisset.

HUius §. regula pertinet ad testamentariam tutelam. Lex 12. tab. præceperat, uti uisque legatus sit super pecunia tutelave suæ ei, ita jus esto, *d. leg sapè. 53. §. 1. de verb. signif. leg. erbu 120. ff. eodem l. 1 ff. test. tut.* Vlp. *in frag. tit. 11.* 'idebatur ergo dicendum quemque testatom quibuscunque heredibus institutis tutom dare posse, sed illud cùm in *hac leg.* tum etm *in leg. 1. l. hereditas. 10. §. 1. ff. de testam. tutor. §. ermissum. institut. de tu or.* negatur, & regula 12. ib. restringitur ad suos saltem heredes; & qui ui potuissent esse, si testator supervixisset, pu- i si posthumo in utero existente tutorem dederit, qui si vivo testatore natus esset, utique n potestate ejus extitisset: vel si nepoti dederit in eum casum, quo contingat patrem mori nte testatorem. Hujus restrictionis ratio ex ocabulo suæ rei sumitur, quippe ibi vocabulum *rei* non patrimonium significat, cùm illud er vocabulū *pecunia* innuatur, ut satis apparet x *l. pecunia & l. seq. ff. de verb. sig.* sed referatur ad is potestatis & dominii, quasi lex dixisset, uti egasset jure potestatis, tum patriæ tum dominie, & tanquam paterfamilias. Hinc fit, ut si manipato datus sit à patre tutor, opus sit confirmaione sententia præsidis, §. *fin inst. de tut* Nempe ut vo-

ut voluntas patris ipso jure nulla propter consilium & affectionem paternam, qua præsumitur semper suis liberis optime consulere velle, *l. ult. §. et si quidem. Cod. de curat. fur.* conservetur ex æquo & bono per decretum præsidis seu magistratus. Plura Schneid. Mynſ. Weſenb. & reliqui institutistæ *in d. § permissum est. & in d. §. si instit. de tut.*

§. *Secundus.*

Vi factum id videtur esse, qua de re quis, cùm prohibetur, fecit, clam quod quisque, cùm controversiam haberet, habiturumve se putaret, fecit.

SUMMARIA.

1. *Vis aut publica est, aut privata.*
2. *Vis publica quæ.*
3. *Circumventio unius alteri non prodesse debet.*

HOc ad interdictum quod vi aut clam pertinet: vis publica † aut privata est. Publica † armis fit, quotidiana seu privata sine armis, *§. restituendæ instit. de interd. §. item. l. Iulia de vi institut. de public. iudic.* Hinc etiam is vim intulisse creditur, ut de vi teneatur, qui cum prohibitus esset, ne faceret. Spreta nuncionmo

novi operis nihilominùs fecit, vel qui sciret si-
bi prohibitum iri, effecit, ne ad se prohibitio
perveniret, *l.1.ff quod vi aut clam. l.1. §. 1. & seq. ff. de nov. op. nunc.* Nam in omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium mora fit, qui quo minus fit, *l. in omnib. 39. sup. h. tit.* nec unius † circumventio alteri proderit, *l. alterius. 49. sup. h. tit.* neque ex suo dolo & fraude quis lucrum facere debet, *l. 1. ff de dol. mal.* quare quicquid post denunciationem ædificatum fuerit, vel postquam impedimentum intercesserit ope consilio ejus, cùm prohibitio fieri oportebat, exstructũ fuerit vel factum tanquam vi factum restitui debet ac destrui, ut *in d. l. §. 2. & seq. de novi op. nunc. & in l. 1. cùm aliquot seqq. ff. quod vi aut clam.* proditum est. Sed de ea re consulendi quoque sunt institutistæ, *in d. §. recuperandæ. Instit. de interdict. & d. §. etm. l. Iul. de vi.* Item, Bart. Ripa & Ias. *in d. l. 1. de nov. op. nunc.* & Duar. *eod.* 3

§. *Tertius.*

Quæ in testamento ita scripta sunt, ut intelligi non possint: perinde sunt, ac si scripta non essent.

QVARTA hæc regula ad testamentorum interpretationem spectat, de qua *in l. semper. 9. supr. hoc tit.* Sed ubi quidem in testamentis

ſcriptum aliquid apparet, quod adeò obſcurum & intricatum eſt, ut omninò nihil inde poſſit colligi, aut probabiliter præſumi, ceſſante Regula, *d. l. ſemper. 9* & Reg. *l. in teſtam. 20. ſuprà hoc tit.* tandem ad hanc regulam recurrit, quæ ſcripta in teſtamento, ut intelligi non poſſint, pro non ſcriptis habentur, ut ſcilicet ſi appareat res relicta, ſed cur ea adſcripta ſit, omninò non appareat, res ſine onere apud heredem maneat, *l. 2. ff. quæ pro non ſcrip. hab.* Aut ſi res ſit legata, quæ nunquam exiſtit, vel ſi teſtator rem alienam, tanquam ſuam reliquerit, ſimiliter res illa pro non ſcripta haberi debet, etiamſi appareat, cui ea fuerit adſcripta, *l. cum poſt. §. gener. ff. de iur dot. §. ea quoq; res. §. quod etiam diximus. Inſtit. de legat.* Aliud exemplum eſt in ademptione legati, ubi duobus Titiis, idem ſervus vel fundus ſeparatim fuerit legatus, & poſteà Titio adimatur in ſingulari: cùm non appareat, cui Titio ademtio ſit facta, intelligitur utrique legatum ademtum, *l. 3. §. ſi quis duob. ff. de adim. legat.* Nec huic refragatur *l. ſi fuerit ademtum legatum. ff. de rebus duobus.* Cùm ibi conjunctim eadem res duobus Semproniis relicta, de qua re plura, *in d. l. ſemper.*

§. *Quartus.*

Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quisquam alteri cavere poteſt.

HÆC

HÆc Regula ad pacta & stipulationes pertinet, recitaturq; *in l. inter stipulantem. §. alteri.* ubi Cujac. Duar. post Bart. & Ias *ff. de ver. obl. & in §. alteri. Inst. de inutil. stipulatione.* ubi institutistæ omnes. Pertinent huc, quæ de pacto sociorũ, fidejussoris, ac principalis de argentariorum contractibus prodita sunt, *in l. si tibi. 10. §. si quis. & 1. §. §. seqq. cum 10. ll. seqq. ff. de pact.* Quo pertinent quæ dicta sunt, *l. in omnib. 6. 8. sup. hoc tit.*

LEX LXXIV. PAPINIANVS Libro primo Quæstionum.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Summaria.

1. *Iuris præcepta sunt tria, & quænam.*
2. *Conditio iniqua per servum domino de damno vitando concedenti inferri nequit.*

QVONIAM certissimum est juris præcepta † hæc esse, honestè vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere, *§. iuris præcepta instit. de iust. & iur. l. iustitia. 10. ff. eod.* Hinc illa Regula: Non debet alteri, &c. Cujus Regulæ autoritate Iust. *in l. fin. C. de acquir. poss.* Si colonus vel pro- 1

 curator

curator vel alius quispiam, qui nostro nomine possidet, dolosè interveniente possessionem nostram vel disseruerit, ut ad alium perveniret, rescripsit, ne quod per hoc factum procuratoris vel coloni domino præjudicium signatur. Quod aliàs fieri posse videbatur, nempe ne esset persecutio adversus illum possessorem tertium, sed saltem actio personalis adversus procuratorẽ & similes. Quippe quod meo nomine possideo, possum mutato animo possidendi alteri possidere, & viceversa, *§. quod meo. 18 ff. de acquir. poss.* Quod ergò non est, quod alieno nomine possideo, potero meo vel alteriùs nomine possidere vel ejus possessionem ad alium referre? Quinimò *in l. pereg. c. 44. § quibus explicitus. ff. eod.* asseritur, si colonus vel alius nostro nomine possideat eam possessionẽ nos amittere, & ignorantes si ingressus fuerit Hinc Sabiniani dubitarunt, an domino esset realis actio danda adversus tertium possessorem? Sed hoc dubium Iustin. *in d. l. fin.* semper hanc Regul. legis nostrę sustulit, cùm non sit eadem æquitatis ratio, nec patiatur ipsa justitia, alterũ lędere, quod maximè fieret, si liceret circa rei vendicationem domino præjudicium fieri per colonum vel procuratorem. Aliud exemplum est *in l. 1. §. fin. & l. 2. ff. quod vi aut clam.* prohibitus ne nefariosè faciat vim, infert, ut *in l praecedenti. § vi factum.* responsum est, quid si non prohibitus, sciens tamen invito altero fieri ædificaverit, an

ab

ab interdicto vi aut clam tutus erit? nequaquã. Vtriq; enim clam fecit, *l. clam. ff. de acquir. poss.* quod etiam obtinet, si adversarius venerit ad prohibendum, sed à faciente reo nimirum vel alio deterritus vel impeditus est, ne prohiberet. Minimè hic per alium prohibituro iniqua conditio inferri debet, *d. l. 2.* Et hanc regulam adeò veram esse patet, ne etiam per servum † do- 2
mino de damno vitando concedente possit iniqua conditio inferri, *d. l fin. in fin. C. de acquir poss.* neque servo per dominum, *l 6. § si servum. ff. de his quibus ut indignis,* ubi proditum est, si servus, cui libertas in testamento relicta erat, dominus de falsitate ICti exierit & succubuerit, propterea servo non fieri præjudicium circa libertatem fideicommissariam in testamento relictam, licèt aliàs legatarius, qui testamentum falsum esse dicere voluit, legata in eo sibi relicta amittat, *l. pap. §. meminisse. ff. de inoffi. testamento.* plura exempla hic in gloss.

LEX LXXV. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.

Summaria.

1. *Quod semel placuit, amplius displicere non debet.*
2. *Fraus est fidem semel datam fallere.*

Concordat cum hac lege, *c. mutare. de regul. iur. in 6* Hæc autē lex ex eodem libro Pap. scilicet tertio quæstio. desumta est, ex qua etiam *l. si filius 30. ff. de minoribus*. Quare non ineleganter, ad casum ejus legis accommodatur, in *d. l. si filius. 30* proponitur filium emancipatum, præteritum, qui agnovit legatum, non posse ex illo testamento posteà mutato consilio in fraudem heredem bonorum possessionem contra tabulas petere cum beneficio prętorio renunciasse videatur, à qua renunciatione in præjudicium alterius mutato consilio resilire nō debetur propter hanc regulam, cujus æquitas eadem est cum *l. præcedente*, quinimò quod semper
1 † placuit, ampliùs displicere non debet, *c. quod*
2 *semel. in reg. iur. in 6.* & grave est fidem semel † datam fallere. *l. 1. ff. de pact. de constit. pecul.* variatio improbatur propter sævitatem animi & inconstantiam, *l. in causa. ff. de procurat. clem. 1. de renunciation.* simile est, quod *in l. nonnunquam. 8 ff. de collation. bonor.* ex eodem, *lib. 3. quæst* Pap. refertur, ubi dicitur, nonnunquam prætorem non repellere variantem nec consilium mutantis aspernari, ut in specie *illius l.* unde constat *in hac l.* jus regulare proponi, *in l nonnunquam* exceptionem. Ex qua lege ediscitur, Regulam fallere, quoties mutatio consilii non respicit renunciationem, seu regulam procedere, quoties verè factum aut actus aliquis vi ipsa renunciationem expresserit, quæ tunc ampliùs displicere non debet,

debet, secus autem si non tenuit, *leg. qui superstitis. ff. de acquir. hered. l. more. l. pupillus. cum aliquot seqq. ff. de acquir. hered. l. non dubium. C. de ll.* aut si non habuit plenam renunciationis intentionem, sicut accidit in specie, *d. l. nonnunquam.* emancipatus cum fratribus in potestate constitutis tempore mortis testatoris successurus recusavit satisdationem circa collationem faciendam, quamvis quam diu hanc cautionem detrectat, ad paterna bona non admittitur, si tamen postea mutato consilio afferat cautionem, auditur. Non obstat hæc regula, quia recusatione satisdationis non æquè refutavit successionem, sicut is facit, qui legatum ex testamento agnoscit, dum testamentum approbat ac ratum habet, *l. si pœnas. 23. §. 1. l. si quis. 35. C. de inoffi. testamento l. fin ff. eod.* Sed tantùm quæ circa accidentia successionis versantur, recusavit non id, quod accusationem ipsam spectat, unde animus renunciationis non concludi nequit, qua de causa etiam ab illo consilio resilire licet. Deinde hæc regula procedit, si per consilii mutationem alii præjudicium gignatur, non autem, si alteri non noceatur, sed potiùs prodesse studeatur, ut in specie, *d. l. nonnunquam.* accidit.

LEX LXXVI. PAPINIANUS LIB. XXIV. Quæstionum.

In totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt.

SUMMARIA.

1. *Hereditatis aditio quomodo perficitur.*
2. *Pupillus sine tutore conditionem suam meliorem facit.*
3. *Servus domino etiam ignoranti acquirere potest.*
4. *Distinctio inter contractum & solutionem qua.*
5. *Voluntas transferentis potior est, quàm accipientis.*

QVAMVIS incertum est, quo potissimum hæc lex sit referenda, existimaverim, tamen non ineleganter referri posse ad tit. *de ac-*
1 *quir. hered.* aditio † hereditatis animo solo, aut re, seu facto & animo simul perficitur. Factum seu res non est sola sufficiens sine animo, animus solus sufficit, *l. pro herede. l. gerit. d. l. pupillus. ff. de acquir. hered. §. fin. instit. de hered. diff & qual.* Quare quia in totum hoc est generaliter & toto jure receptum est, omnia quæ animi destinatione agenda sunt, h.e. quæ animi judicium requirunt, non in vera & certa scientia, h.e perfecta, non est ibi aditio, aut omninò non procedit, aut imprudentia cognita restitutioni in integrum

grum locus est. Hinc pupillus non aliter, quàm tutoris autoritate adire potest, qui supplicet judicium, qui per ætatem illi deesse, *l. 5. supr. h. tit.* ubi plura, *d. l. pupillus. l. more. ff. de acquir. hered.* ut ita plenum ac absolutum sit judicium. Nec obstat, quod pupillus sine tutoris autoritate † rectè 2
sibi stipulando aliisq; negotiis gerendis acquirat ac cōditionē suam meliorem faciat, *l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquir. poss. §. 1. & c. Instit. de autor. tutor. l. 9 ff. eod. § furiosus. vers. pupillus. instit. de inutilit. stipul.* Nam in acquirenda obligatione non adeò absolutum requiritur judicium, licèt in obligando se alteri omninò perfectum acquiratur, *l. pupillus. 11. ff. de acquirendo rerum dominio.* Vnde etiam ignoranti domino servus † acqui- 3
rit, *l. si me in vacuam. § fin. ff. de acquir. poss.* Licèt ignorantem nec ratum habentem non semper obliget, quoties etiam causam peculii vel rem domini contraxerit, per *l. fin. in fin. C. de acquir. poss. l. 3 §. si filius. ff. de pecul. tit instit. quod cum eo, qui in alt. pote. &c.* Sed in aditione hereditatis præjudicium obligandi se tacitè creditoribus hereditariis vel legatariis vertitur. §. *heres quoq; instit. de oblig quæ ex q. contractu nas. l. more. 8. ff. de acquir. her.* imò desiderat plenum & absolutum judicium. Hinc etiam, quod minor, qui incōsultò & temeritate quadam hereditatem solus adiit, in integrum restituatur §. *extraneis. Instit. de hered qual. & differentia.* Sicut etiam jubeatur, si inconsultò hereditatem lucrosam repudiasset.

ſet. *l. 1. & 2. C. ſi ut omiſſa cauſa hered.* Præterea hæc regula eo porrigitur, cùm ſolutio ex parte numerãtis requirat animum, maximè ut indebiti conditionem impediat, ſi aberrante aliquid ſolvatur, condictioni ſit locus, cùm error conſenſus non habeat, adeò ne etiam in judicis jurisdictionem itum videatur, ſi quis non judicem ignorans adierit. *l. per errorem. ff. de iuris dictio. omni. iudic. l. non idcircum. C. de iur. & fact. ignoran. l. cuique. 53. ſuprà hoc tit.* Hinc eſt, ſi procurator meus vel tutor rem ſuam tradiderit tanquam meam aut pupillarem, ne dominium transferatur, *l. ſi procurator. 35. ff. de acquir. rerum domin.* quoniam in translatione dominii & poſſeſſionis certus & perfectus erit animus ejus, qui tradit, ut ſciat, cur & quomodo tradat, & cui, *l. nec ignorans. C. de donation. dict. leg. pupillus undecimo. l. nunquam nuda leg. trigeſima prima. l. quod fructuar. 9. quadrageſima nona. ff. de acquir. rer. domin.* Et quamvis nulla poſſeſſio ſine animo & corpore ſimul, *l. quemadmodum. ff. de acquir. poſſ.* nullumque dominium verum ſine animo acquiratur, tamen ex acquirentis non adeò exactam ſcientiam requiri conſtat, ut licèt non habeat perfectum conſenſum, *d. l. pupillus.* aut in cauſa erret, non autem in acquiſitione ipſa, *d. l. ſi me in vacuam. l. qui mihi. 13. ff. de donat. d. leg. quod fructuarius.* firmiter tamen acquirat. Hinc Iuli. *in l. cum in corpus. 36. ff. de acquir. rer. dominio.* reſpondit, ſi ergò credam, me ex teſtamento tibi

bi obligatum esse, ut fundum tibi tradam, tu existimes, eum ex stipulatu tibi deberi, aut si tibi donandi animo tradam, numeratam pecuniam, tu eam quasi creditam accipias, ad te proprietatem transire, licèt propriè neque donatum neque creditum sit, quia etsi tu erres in causa acquirendi, ego tamen donaturus, neque in causa, neque effectu erro, aut si ego quoque in causa erraverim, tamen ex parte mea plenissima fuit voluntas, ut ad te transiret dominium, quo tamen etiam animo accepisti. Si ergò nihil naturali æquitati magis conveniens est, quàm ut voluntate domini per traditionem dominium ad alium abeat, cujus id esse potissimum velit. §. *per traditionem. Institut. de rer. divis. l. traditionibus. C. de pact. l. 9* §. *hæc quoque res. ff. de acquir. rer. domin.* adeò ut etiam voluntas domini in aliam personam incertam transferri possit. *d. l. 9.* §. *hoc amplius.* meritò consequens est, ut dominium abeat à tradente ad accipientem, quando utriusque utilitas hæc fuit, licèt in causa dissenserint. Sed Iuliano vehementer contradicit Vlpia. *l. si ego pecuniam. decima octava ff. de reb. cred. si cert. pet.* qui vult, si ego donaturus tibi dedero pecuniam, tu quasi mutuo acceperis, nummos accipientis non fieri, quod vulgo exponunt, dominium non transire, etiam per consumptionem, ut colligunt ex vers. *quare nudè astruunt.* in duobus Vlpianus cum Iuliano consentire, nempè neque

neque donationem, neque mutuum eſſe in te
tio, ſcilicet acquiſitum dominium eſſe in acc
pienti citra conſumtionem diſſentire, per il
verba: *magisq; nummos accipientis non fieri.* Vari
diſſolutiones afferuntur. Quidam ajunt, Vl
loqui de donatione futura, Iul. de donat. nu
ante promiſſa. Sed verba refragantur, maxim
cùm ex *d. l. ſi ego pecuniam*. conſtet, Vlp. de eode
caſu, de quo Iulianus diſſeruerat, agere, ut pate
ex verbis; *Iulianus ſcribit donationem non eſſe*. Alii
quorũ ſententia communiori calculo eſt rece
4 pta, diſtinguunt † inter contractum & ſolutio
nem, nempe ſi nullum debitum præceſſerit
tum ſi alter tanquam donaturus dederit, alte
contrahendi animo acceperit, dominium no
transire in accipientem, etiamſi cogitaverit d
ejusmodi contractu, ex quo ſolet dominiun
transire in accipientem, *d. l. ſi ego pecuniam*. S
verò debitum præceſſerit omninò transire, li
cèt numerans exiſtimaverit, ſe ex alia cauſa da
re; accipiens verò ex alia cauſa accipere, & it
intelligunt *d. l. cum in corpus*. quam ſententian
tenent Bartol. Alex. Imol. Iaſ. Zaſ. & Coſtal. i
d. l. ſi ego pecuniam. Et cùm verba *d. l. cum in cor*
pus. verſ. q. reditam refragari videtur. huic com
muni opinioni Iaſon tandem adjecit verbum
creditum, quanquam etiam *debitum* per ἀντίφρα
σιν ſignificet, cùm generalius ſit vocabulum
ut *in l. 1. ff. de reb. cred.* & ex inſcriptione illius tit
apparet. Alii aſſerunt Iuliani ſententiam ve-
ram

um esse, nec impugnare ab Vlp propter *d. l. si e in vacuam. ff. de acquir. poss. & d. l. qui mihi 13* quæ tiam ex eodem *l. 7 disp.* Vlp. desumtæ sunt, ut neritò ad quæstionem *d. l. si ego.* accommodari ebeant & respondent ad *d. l. si ego.* Vlp. solium fuisse in *lib. disp.* contra aliorum ICtorum lacita disputare & ita *d. l. si ego.* continere objetiones adversus Iuliani sententiam, sed nō desionem quęstionis, quæ *in d. l. si me in vacuam. & l. qui mihi.* habet conveniens cū Iuliano. Quid icemus, diligenter inspectis verbis puto Vlp. antùm duo in illa lege tractare, nempe donaonem non esse, mutuum non esse, idque proari per verba *magisq́; nummos accipientis non fieri.* uasi diceret: hæc ratio cur mutuum non sit ontractū, qui alia quàm mutui opinione accepit, ut magis sit nummos accipientis non fiei, qui non donationis ergò accepit, neq; etiam anquam ex mutuo, adeò etiamsi consumtio ecuta sit, condictioni non sit locus. Falsum nim est, quod *in d. vers. magisq́;* tertium ponaur caput, falsumque est, quod ajunt, *in vers. quare.* Vlp. requirere hoc casu ad acquisitionem ominii consumtionem. Quinimò occurrit otiùs tacitæ objectioni, si neque donatio est, neque mutuum numeratione contractum, utique consumtione mutuum conciliabitur, *argumento l. si a furioso c. 12. l. si sequens. l. non omnis. §. si upillus. ff. de reb. creditis.* cui objectioni respondet. *in d. vers. quare.* Si consecuta fuerit consumtio

tio igitur mutuum non naſcetur, quamvis d(
minium nunc antè fuerit trãslatum, ſi conſun
ſit, id fecit, quod numerans voluit, nec ideò r(
petere poterit, contra propriã veniens utilit
tem, aut ſi auſus fuerit condiſſe, obſtabit illi e
ceptio donationis, cum non ſecutus ſit ex m(
tuo, ſed potiùs ex donatione, ratio eſt, quia p(
5 tior eſt voluntas transferentis † quàm accip
entis, ut antè dictum eſt. Vterq; igitur ICt(
utile, neq; donationem, neq; mutuum hoc m(
do contrahi, uterque etiam vult nihilomin(
transigere dominium, modo perfectus illi(
fuerit conſenſus, qui dedit, licèt imperfect(
fuerit, qui accepit.

LEX LXXVII. PAPINIANVS L.
bro XXVIII. Quæſtionum.

Actus legitimi, qui recipiunt diem, v(
conditionem, veluti mancipatio
acceptilatio, hereditatis aditio, ſe(
vi optio, datio tutoris, in totum v(
tiantur, per temporis vel conditio
nis adjectionem, nonnunquam t(
men actus ſupraſcripti tacitè rec(
piunt, quæ apertè comprehenſa v(
tium adferunt, nam ſi acceptum f(
ratur ei, qui ſub conditione prom(

ſi

ſit, ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio extiterit. Quæ ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciat actum.

SUMMARIA.

1. *Actus legitimi qui dicantur.*
2. *Differentia inter ius & iudicium quæ.*
3. *Declaratio definitionis actus legitimi quæ.*
4. *Hæc regula exemplis illuſtratur.*
5. *Argumentum à contractibus ad ultimas voluntates valet affirmativè.*
6. *Qui ſub conditione inſtituitur, facultas adeundi illi quidem ſuſpenditur, donec conditio exiſtat.*
7. *Actus legitimi an plures ſint.*
8. *Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.*
9. *Quæ ſimpliciter alicui lege conceduntur, is alteri mandare non poteſt.*
10. *Acceptilatio per procuratorem absq; mandato expediri non poteſt.*
11. *Differentia inter probare cauſam, & manumittere quæ.*
12. *Hereditas per procuratorem quando adiri poteſt, & quando non.* num. 18.
13. *Fiſcus in multis iure privati utitur.*

14. Ex-

14. *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*
15. *Aditio hereditatis quæ.*
16. *Qui semel heres extitit, is heres etiam desinere in posterum nequit.*
17. *Postulare, est amici desiderium exponere.*

IN *lib. 6. quæst. var. capit. 1.* Papin. tractavit, u difficile sit, singula ab istis libris responsa de sumta ad certum aliquod juris caput referre. Ir hac etiam lege, cùm fortasse de aditione here ditatis & legatorũ optione tractasset, generali ponit regulam de omnibus legitimis actibus quo illi conditionem vel diem recipientis viti entur. Vnde Cujac. contendit, sicut etiam Al ciat. *lib. 3. παρέργων. cap. 4.* Florentinam lectio nem veriorem esse, quæ habet: *actus legitimi qu recipiunt diem, &c.* quasi diceret, quia recipiun diem contra naturam suam. Falsa igitur est lectio vulgaris negativa: *actus legitimi, qui neq; di em, neq; conditionem, &c.* quasi scilicet alii sint qui recipiant, nec tamen vitietur, qui constanter negatur. Cujac. *obs. 16. lib. 15.* Quibus ita præmissis primò investigandum est, quid sint actus legitimi. Actus generale est verbum si ve verbis sive re quid agatur. *l. labeo. 19. ff. de ver signif. l. cùm actum. ff. de negot. gest. l. cùm servus. ff. de*
1 *condit. & demonst.* Sed actus † legitimi sunt legis actiones solemnes, quæ coram nemine alio expediuntur, quàm coram eo qui specialiter hunc peragendi actum legis vel constitutionis bene-

ficic

ſcio novi magiſtratus facultatem habet. Legis actio generalior eſt, & omne id complectitur, quod in jure; lege aliqua agendum inſtitutum eſt. Vnde legis actio complectitur etiam formulas agendi, formulas judicem dandi; poſtulandi in jure (quid enim jus† à judicio differat, repetere licet ex *leg. pen. ff. de iuſti. & iur.*) 2
apud eum, qui jurisdictioni præeſt, ſive ideò ea de re illa vel illa formula apud eum poſtulandum ſit: quia jure magiſtratus ejus actionis jurisdictionem habet, ſive ideò quia ſpecialiter lege aut aliqua conſtitutione ejus negotii jurisdictionem obtinet. Vtraque legis actio, ſed non uterque actus legitimus. Hinc actionum, exceptionum, judicum datio, legis actio erat, ſed non actus legitimus, ſic lex commiſſoria, vocatio in jus, litis conteſtatio, appellatio, legis actiones ſunt, ſed nequaquam actus legitimi, quippe vi magiſtratus fiunt, Duar. *in tit. de iudic. Codic. de iudicib. datis in fin.* Sed manumittere, emancipare, reum capitalis criminis publici poſtulare, actus ſunt legitimi, qui apud neminem, quàm cui hoc ſpecialiter datum eſt, expediuntur. Hinc in *l. 2. & 3. ff. de offi. pro conſ.* negatur apud legatum proconſulis rectè manumitti, adoptari, &c. quia inquit, apud eum non eſt talis jurisdictio, hoc eſt, hanc legis actionem legis aut conſtitutionis beneficio non habet, unde dicit, omnino quàm apud eum non eſt legis actio,

licèt mandata sibi jurisdictione judicis danc licentiam habet, *leg. legatus. 12. ff de officio pro cons.* & jus dandi tutorem, *leg. pen. ff eodem.* quoniam ut tutorem dare possit, illud specialite legatus habet. Ex oratione D. Marci sicut et iam cognitionem de crimine suspecti tutor. ex Divi Severi & Anto. rescripto, *leg. 1. ff. de tutor. & curator. datis ab, &c. leg. 4. ff. de officio eius cui mandat. est iurisdict.* Vnde Vlpian. *in leg Mutuo. § tutoriis. ff. de tutel.* dixit, tutoris datic nem neque imperii esse, neque jurisdictioni: sed ejus, cui specialiter l. fuerit tributa, judicem autem dare ideo potest mandata sibi jurisdictione, quia proconsul dandi judicis licentiam habet, vi magistratus, *leg. 1. 3. 4. ff. de iurisdiction om. iud.* Sed qui vi magistratus competunt, mandata jurisdictione transeunt, *dict. leg. 1. ff. d officio eius, &c.* Nec refragatur *lex 12. cum praetor ff. de iudic.* ubi asserit eum judicem dare posse cui hoc lege, SCto vel consuetudine datum est diligenter formula illa loquendi specialiter lege SCto, consuetudune dari, ab illa simplici lege constitutione, consuetudine dari. Quoniam illa formula respicit etiam id, quod non vi magistratus alicui conceditur, sed speciali legis beneficio, adeò ut interdum etiam extraordinario magistratui deferantur, prout in explicatione *leg. nemo potest 70. supra hoc titul.* videre est & apud Duaren. *in dict. cap. de iudicibus datis. vers observandum est.* Sed hęc posterior formula intue tur

tur ea quę l. cuiq; magistratui pro modo suę potestatis defert & disponit. Hinc est, ut etiã apud magistratus municipale possit, manumissio, adoptio, nec non tutoris datio expediri modò earũ rerum consuetudine, legis vel principis constitutione specialis legis consecuti sint actionem, *l. magistratum. 4. ff. de adopt. l. ius dandi. 3. ff. de tut. & curat. datis ab his, &c. d. l. muto.* § *tutoris*, eo quoque spectat *lex 1. ff. de offi. io iuris. Alexandria*: Meminit enim Cornelius Tacitus, legem tempore Augusti latã esse, qua permittebatur, ut equestris ordinis homines, quæ præsiderent Ægypto, lege agerent, ut actus legitimi coram eis agi possent. Dicet fortassis aliquis, acceptilatio est etiam actio legis vel legitimus actus, *l. nostra*, sed nunquam expressum est, ut fiat coram eo, apud quem est legis actio, quin imò remoto etiam tribunali & omni magistratu, sicut ipsa stipulationis obligatio ubique rectè contrahitur, ita quoq; per acceptilationem dissolvitur. Hinc respondeo, specialiter lege datum fuisse, ut modò coram magistratu, imò etiam coram privatis testibus actus plerique legitimè expedirentur, sic fit testamentum. § *sed illa cum seq. institut. de testamentis ordinandis*. Sic mancipatio Vlp. *in fragmentis tit. de libertis. § multis cum ibi notatis. institut. de libertinis.* Sic divortium *leg. nullum. Codic. de divortio.* Sic aditio sive cretio hereditatis: quare eo quoque casu apud istos testes legis actionem esse non dubitarem affirmare. Lex

enim ita voluit, ita dispoſuit, & his ſpecialiter dedit. Additur in definitione, *actus* † *le-*
3 *gitimos eſſe legis actiones ſolennes*, hoc eſt, certe ac lege definito ritu peragendos, *argumento l. ult. Cod. de teſtamenta. tut. l. leg. directa. Cod. de teſtamento manumiſ.* Sic acceptilationis certa & ſolennia ſunt ſymbola, de quibus *in d. §. item per acceptilationem*, nec non in emancipatione erant ſolenne æs & libra, in manumiſſionibus alapa ſeu frontis percuſſio, in cretione ſeu aditione hereditatis digitorum percuſſio. Et licèt in iis, quæ verbis fiunt, hodiè nonnulla ſolennia ſint ſublata, nimirum, ut opus ſit directis verbis, hoc eſt, latinis. *§. in hac inſtitut. de verb. oblig.* & in iis, quæ geſtu fiunt, non alia ſint repoſita ſolennia, modò prorſus ſublata, tamen non deſinunt actus legitimi eſſe, cùm ſubſtantiales ritus remaneant. Quoties autem in iis aliquid mutatur, peremta actus forma ipſe corruit actus, nec valere poteſt, teſte Duar. *in loco ſupra citato*. His itaque intellectis obvia eſt ratio, cur actus legitimi neque diem, neque conditionem recipiant expreſſam. Horum enim adjectione ſolennis forma corrumpitur, & ab ea receditur, quæ purum requirit actum, nec admittit dilationem ſecundùm Dynum, *in cap. actus legitimi. de Regulis Iuris in 6.*
4 Hanc regulam Papin † hic quoque exemplis illuſtrat. Primum eſt mancipatio, cui eſt manumiſſio adjungenda: Sæpè enim alterum pro altero

alteros ponitur, vel etiam mixtum. Nam nec manumissio fit sub conditione aut in diem, quoties illa per vindictam aut inter amicos peragitur, *l.2. & 3. de offi. procons.* non enim in pendenti erit, ut medio tempore &c. liber & servus idem habeatur. Nec refragatur *tit. in ff. de statu liber.* dupliciter respondetur: Primò illum tit. loqui de libertate legata seu testamentaria, cui ut cæteris legatis conditio vel dies adjici potest, ut videre est *in parat. t. VVesenb. ad tit. de stat. lib.* Multa verò in testamentis admittuntur, quæ minimè in viventium actibus. Vnde Dd. *in titul. instit. de l. fusia can. toll.* quæ maximè loco tradunt argumentum à contractibus ad ultimas voluntates † affirmativè 5 procedere, sed non contrà, ab ultimis voluntatibus ad contractus. Alio modo respondeti potest, conditionem vel diem adjici posse ipsi actui celebrando, sed ipsum actum non posse diem vel conditionem recipere, dum celebratur, ut nimirum ejus effectus pendeat ex eventu: Exempli gratia, scripsi meo servo libertatem in testamento sub ea conditione, si heredi meo decem dederit, ecce ipsi manumissioni conditio non est adjecta, sed actus differtur in eventum conditionis, ut tunc peragatur, ut videre est *in leg. 1. 2. 4. & passim de stat. lib.* Nam ipse manumissionis actus non proficiscitur à me testatore, sed ab herede, ut ab eo differente vi legis, sic etiam manumissio,

quæ fit per vindictam, promitti potest in certum diem vel sub conditione, sed ipsa manumissionis celebratio non admittit, nempe si dicere velim, hac vindicta te liberum esse aio, si navis ex Asia venerit. Similiter etiam non obstat §. *si ab hostibus. institut. quib. mo. patria potestas tollitur.* filiorum statum quàm diu pater apud hostes captus tenetur, in pendenti esse. Nam illud contingit jure postliminii, quod revertentem semper fingit in civitate fuisse, reverà tamen interim status eorum non est in pendenti, cùm nequaquam asseverari possit, patrem hostium servum liberum civem Romanum in potestate habere, & quod dicitur in pendenti esse. Hoc respectu eventus non veritatis intuitu obtinere verba textus innuunt. Manumissio igitur, ut nec emancipatio sub conditione aut in diem fieri potest. Secundùm exemplum est acceptilatio, de qua idem proditum est *in leg. 4. & 5. de acceptilatio.* Tertia est aditio hereditatis, cui respondet *lex eum qui in fin. de acquirend. hereditat.* nec refert institutionem heredis sub conditione fieri posse, licèt in diem, vel ex die, vel ad diem frustrà fiat §. *heres purè. institutio de heredi-
7 tatis instiut.* Qui enim instituitur † sub conditione, illi quidem suspenditur facultas adeundi, donec conditio existat: verumtamen in ipsa aditione nulla inesse poterit, neque etiam

am à testatore mandari, ut sub conditione fi-
t. Cur autem non æquè dies admittatur uti
conditio in institutione heredis. Facien-
da hæc est modò, quia conditiones retro-
trahuntur ad tempus mortis, quasi tunc ex-
titissent, sed dies certi retrotrahi nequeunt.
leg. final. Codice ad SC. Macedon. leg. omnia. 193. infra hoc titulo. leg. cedere diem. de verbor significat.
Ne igitur pro parte testatus decessisse, pro
parte intestatus videatur, magis est, ut diei
adjectio pro non scripta habeatur. Quartum exemplum est servi optio, de qua non-
nulli stultè dubitant, an sit actus legitimus:
fieri enim solenniter debet herede præsente,
& universam familiam præsentante, *leg. 3. §. si optione. ad exhibent. leg. optione. de optio. leg. l. 10. ff. de legatis 1.* adhibitis testibus, vel quam-
quam etiam die à prætore decreto, *leg. 6. §. si optione legat.* actus ergò legitimus est. Nec ob-
stat à prætore quandoque diem decerni, qui
decernitur non ut insit ipsi actui, sed ut die e-
veniente actus celebratur. Vltimum exem-
plum est tutoris datio, quæ scilicet à magi-
stratu fit, *leg. muto. §. 1. de tutel.* Nam quæ te-
stamento peragitur, legitima non est, quippe
ad l. actionem non spectat, licèt legitima vo-
cari possit, quia à lege permittitur & confir-
matur. *argumento leg. obvenire. 130. de verbor. signific.* Sed alia significandi ratione hic sumi-
tur vocabulum *Legitimus*, alia *in dicta leg. obve-*

nire. Hinc fit, ut testamento tutor possit sub conditione in diem, ad diem, ex die constitui *§. ad certum tem. inst. qui testamen. tut. dar. pot.* Quæ-
7 stio circa hæc movetur, an plures sint † actus legitimi? Bart. Decius & plerique omnes veteres, excepto Dyno, tenent alios esse, in quibus hæc regula obtineat, ut potiùs hic exceptio ponatur, quàm regula. Actum legitimum interpretantur, quemlibet actum lege approbatum, adeò ut etiam emtio, venditio, locatio, conductio, depositum, juramenti delatio & similia illis sint actus legitimi, qui tamen omnes recipiunt diem & conditionem. Deinde insistunt vulgari lectione negativè, quę verba efficiunt, ut videatur Papin. distinctivè loqui. Sed sicut utrumque fundamentum infirmum est, ita quoque hæc opinio corruit, & magis est, regulam hanc ad omnes actus legitimos, quæ sunt species legis actionum, pertinere, prout antè explicatum est. Nam demonstratum est, actus legitimos non ita latè esse interpretandos, ut significent quemlibet actum lege approbatum. Sed saltem actus specialiter lege præscriptos solenni ritu expediendos. Et lectio illa vulgaris negativa improbata est, maximè propter autoritatem Florentinæ editionis. Plures igitur sunt species actuum legitimorum in quibus hæc regula obtinet. Ejusmodi est adoptio, *leg. 4. de adoptione:* manumissio, *auth. leg. 2. & 3. de offic. procons.*

Divor-

ivortium, quod & ipsum legis actionem legimam ac solennem esse, constat ex *l. 2. l. nullum. de divort.* nec sub conditione, nec ad diem ritè eragitur, *l. 3. ff. eod.* quoniam non aliter procet, quàm si divertatur animo perpetuæ constituendæ dissensionis, *d. l. 3.* Huc quoque pertiet capitis diminutio, & in mutuum conveno. Cuia. *obs. 25. lib. 6.* Rectè ex jure canon. inr actus legitimos Dynus, *in d. c. actus. nu. 2.* nuerat electionem ac postulationem prælatoım. Nam postulatio & objectio prælatorum lennes sunt actus cõpetentes vel speciali conetudine, ac singulari juris beneficio, ut apud ostiens. *in tit. de elect. & Cum t. eod. tit.* videre est, uo pertinet *c. in electione. de electis libr. 6.* Sicut item, non omnes actus lege approbati sunt aus legitimi, tanquam species legis actionum: a quoque non omnes actus, qui non recipiũt onditionem aut diem statim sunt legitimi. Iinc etsi in deposito utiliter adjicitur certa ies vel conditio, quando velit depositum reetere, nõ tantùm ex horum numero est, quoım in hac lege fit mentio, quippe ut conditio la seu dies pro non adjecta habeatur, ex natuı depositi est, non ex solennitate, *l. 1. § pen. ff. depositi.* Sic societas sub conditione non contraitur, non quod sit actus legitimus, sed quia soietas esse nequit, cùm intercedat communio ominii, at si adjiceretur conditio vel dies, su pensa communione dominii ante eventũ con-

ditionis seu dici non esset societas. Ex natura igitur contractus est, non ex solennitate. Porrò huic regulæ in *vers. nonnunquam tamen* exceptionem Papin. subjicit, quod regula vera sit, si expressè conditio adhibeatur: secus si tacitè ex natura negotii, vel rei subjectæ insit conditio vel dies. Quam exceptionem nonnulli de sola acceptilatione interpretantur, propter *vers. nam si acceptum*. Verùm horum opinio meritò improbatur, cùm acceptilationis tantũ, instar exempli, mentio fiat. Refragantur etiã generalia illa verba: *actus supr. scripti tacitè recipiũt*. Quare tenẽdũ est, hanc exceptionẽ accommodandã esse ad aliquos actus legitimos. Huc pertinet axioma

8 illud: Expressa nocent, † non expressa non nocent. *l. expressa. infr. h. tit* nec expressi & taciti semper eadẽ vis est. *l. nonnunquã. ff. de condit. & demonst.* licèt aliquando eadẽ sit, quando scil. natura negotii hoc postulat, ut in *l. 3. de reb. cred.* Et hæc hactenus de illa regula. Prĕter regulam ex superiorib. hoc quoq; notandũ est, quod actus legitimi nõ possunt per procuratorem expediri. *l. per procurat. 90. de acqu. her.* Cuia. *obs. 16. lib. 15 l. 3. de acceptil. l. 3. de manum. vindic.* Ratio ex definitione actuum legitimorum peti potest, cùm directò fieri debeant, non obliquè, sed contra per procuratorem facimus etiam ipse videmus fecisse, juxta *c. quod quis per alium. de reg. iur. in 6.* Obliquè tamẽ per interpretationem hoc verum est, non directò. Deinde si quid ex solẽnitate mutetur, vitiatus

itiatus eſt actus mutatione illa, non tamen eſt tuum, ſed etiam perſonarum, ſecundùm Duarenum *in d. c. de iudicib. d. circa fin.* Præterea quæ ſpecialiter cuique † lege conceduntur, alteri mandare nequeũt, *l. 1. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd.* Cujusmodi autem generis ſunt actus legitimi, ut ſupr. declaratũ eſt. Ergò procuratori mandari nequeunt, ut nimirum noſtro nomine perant. De acceptilatione objicitur ex *d. l. 3. de accept.* ubi dicitur, per procuratorem acceptilationẽ expediri † non poſſe ſine mandato, unde cõtrario concludunt. Ergò mandato intervenientе procurator acceptum ferre & rogare poteſt: Cui reſiſtit *l. pen. ff. eod.* ubi Cajus nec ſervum juſſu domini acceptum facere poſſe aſſerit. Diſſolutio parata eſt ex *l. & iusiurandum. 13 § tutor. ff. eodem.* nempè mandatum neque juſſum ſervi ſufficere, niſi vi mandati & juſſus fiat novatio, qua transferatur obligatio domini in procuratorem ſervum tutorem, &c. qua deinceps tanquam ſuam acceptam rogant aut ferant. Actus igitur ipſe acceptilationis non alieno nomine, ſed ipſius procuratoris intuitum & quaſi ex ſua perſona perficiens, peragitur, nec ad rem facit, quod effectus redundet in dominum, quoniam illa non liberatur vel liberat ex acceptilationis forma, ſed vigore novationis præcedentis. De manumiſſione objicitur, *l. etiam 15. §. abſens. Digeſt. de manumiſſis vindicta,*

ubi

ubi asseritur, absentem posse causam manumissionis per procuratorem probare. Verùm respondetur ex *l. illud. §. 1. ff. eod. & §. eadem lege. inst. quibus ex causis manum. non licet.* quando minor manu velit mittere, l. Ælia Sentia injunctum esse, non aliter hęc manumissio procedat, quàm causa manumissionis justa approbetur. Hæc appellatio seu allegatio causæ non ad ipsum actum manumissionis spectat, sed præparatio est, ut probatione antecedente perveniatur ad decretum, & decreto cōsilii interposito subsequatur manumissio. Aliud igitur est probare

11 † causam, aliud manumittere, illud à procuratore expediri potest, hoc nequaquam. De aditione hereditatis vehemētius disputatur Duar. *in tit. de acquir. hered. contra per∫. possint hered. acquir. circ. fin. & in lib. 2. disput. cap. 27.* secutus gloss. *in l. 1. de off. procurat. Cæsaris* & aliquo modo & Iason. *ibid. nu. 4* quinque ferè argumentis contendit,

12 per † procuratorem adiri posse hereditatem. Primum est cōjectura volūtatis mandatis, quoniam is, qui procuratorem dat, ut adeat, fortassè cogitat ne statim sit heres, & tunc si procurator investigatis facultatibus deliberatione præhabita, existimaverit cōmodum esse adire, quo referri potest. *l. si quis alicui. 48. de acquir. hered. l. si mandavero. 42. ff. mandati. l. si quis mandaverit ff. de dol. mal.* Secundò usus procuratoris in omnibus negotiis permissus est, in quibus specialiter non est exceptus. *l. 1. de procur.* Sed nullo jure id

excipi-

xcipitur, ſcilicet ut nullus locus ſit procurato-
i circa adeundam hereditatem. Tertiò ad-
it *l 3 §. acquir. de bon. poſſ.* ubi de bonorum poſ-
eſſione traditur, eam per procuratorem acqui-
i poſſe. Quartò accedit, *l. qui ita 46 §. 1. ad SC.*
rebell. quod reſtitutio fideicommiſſi per pro-
uratorem expediri poſſit. Denique de Cæſa-
is procuratore expreſſum eſt, quod immiſcen-
o ſe hereditati Cæſari delatæ, ipſum Cæſarem
aciat heredem, ac ſi ipſe adiiſſet, *l. ſi quis mihi bo-*
a. §. ſi ſcelus. de acquir. hered. l. 1. §. fin. de offic. procu-
at. Cæſar. qui etiam procuratori fiſci æquipa-
atur. Sed fiſcus † in multis utitur jure privati. 13
10. ff. qui potior in pign. &c. Quæ ergò in procura-
ore Cæſaris obtinet, in cæteris etiam procede-
e debet. Communis ſententia in contrarium
ſt, quam tenet Bart. *in d. l. 1. d. l. recuſare de acquir.*
ered. poſt gloſſ. & ibi omnes ſcribentes, Iaſon
n d. l 1. num 2. Quæ opinio primò nititur, *l. 9 de*
cquir. hered. Secundò, *l. ſi ego. 26. verb. ſtatim &*
t mea. de acquir. hered. & plura allegata à gloſſ. *in*
l. 90. Accedit, quod actus legitimi per procu-
atorem inutiliter expediantur, quod & ipſe
Duar. *in d. c. de iudicib. dat. in tit. de iud. circ. fin.* con-
edit. Et quanquam Duar. aſſerat mendoſum
ſſe textum, *d. l. 90.* legendumq; per curatorem
on per procuratorem, quaſi curator pupillo
atus non poſſit eſſe ſufficiens actor ad adeun-
um, ſed tutore opus eſt, ut ſimilis eſt locus *in l.*
na. 7. §. tut. de appel. & apud Ulp. *in fragm. tit. de tut.*

Regula

Regula tamē de actibus legitimis pro communi certat, nec ad illam vel syllabam respondet cui accedit, quod in procuratore Cæsaris speciale existimetur, *d. l. 1. in fin. l. seq.* ubi Barto
14 Sed exceptio † firmat regulam in casibus no exceptis, & licèt Iason *in d. l. 1. numero quarto.* af ferat per generalem procuratorem non poss adiri, per specialem posse secundùm Vltramontanos, atque ita illud esse speciale in procuratore Cæsaris, qui sine speciali mandato possi adire, ac sufficiat illi generale, rursus tamen repellitur regula de actibus legitimis per procuratorem non expediendis. Nec juvabi Iasonem, quod antè de acceptilatione responsum est, quasi acceptilatio non possit expediri per procuratorem, etiamsi mandatum intercesserit, nisi novatio intercedat: Ergò si etiam procurator aditurus hereditatem prius novaret causam aditionis rectè adire poterit, qui consequentia falsa est, cùm novatio sit obligationum quæsitarum non delatarum hereditatum, in quibus nihil aliud, quàm aditio aut repudiatio locum habet. Hinc fit, ut novati ponatur ea tollendæ obligationis, §. *præterea. inst. quib. mod. toll. oblig.* non acquirendæ aut refutandæ hereditatis. Præterea pro communi facit, quod Baldus voluit, nempe aditio † heredi
15 tatis est ipsa acquisitio directa universi juris defuncti, qui sequitur ipsam personam acquirentem, nec eam excedit, adeò ne is qui semel here

† ef

esse cœpit, possit desinere heres esse, *l. et si sine. .sed quid Papin. ff. de minorib* Verùm ea, quæ juris unt, per procuratorem obliquè nobis acquiuntur, non directò. *l. 1. C. per quas pers. nob. acquir. pen. inst. eo. & tit. inst. per quas pers. nob. obl. acq.* ubi d. si itaq; per procuratorem adiretur, nos nõ eremus directi heredes, sed cessione opus esset ctionum hereditariarum instar fideicommissi. nde apparet contra formam aditionis esse, ut er aliam personam ea expediatur, cùm in eo isterat à fideicommissi restitutione. Non erò obstat, quod primò objicitur: nam quoies ad eundum procurator constituitur vel ut deat, vel ut tantùm patrimonii vires exploet, jubetur, illo casu inanis est aditio, cùm ormam aditionis non habeat, quinimò hoc nandato interposito statim censetur adita iereditas, ne ampliùs aliquid remaneat à prouratore peragendum. Quo spectat *l. pro herede. & l. gerit. ff. de acquiren. hered. & §. item. extraneus. institut. de heredit. qual. & differentia.* Posteriori quo maximè respicit Duaren. non est procurator adeundus. Sed ut exploret vies patrimonii, ac petat tempus deliberandi, quæ omnia præparatoria sunt ad hunc legitinum actum suscipiendum, & si quis velit dicere simul etiam aditionem mandatam esse, illud quoque necessariò diceret, aditionem hereditatis collatam esse in alterius arbitrium, quod fieri nequit, cùm ex solius heredis arbitrio 16

bitrio pendere debeat, *d. §. fin.* adeò ut etiam in utilis ſit illa inſtitutio, quæ cōfertur in alteriu arbitrium, ut arbitretur, uter heres eſſe debea *l. Cornelius. 69. l. ſi quis Sempronium. 67 ff de hered. in ſtitu.* Ad ſecundum reſpondetur, cuique re gulæ ſtari, niſi alia æquè regula fortis affici naturam ſpeciei, ne ea poſſit alteri regulæ ſub jici. Hic autem regula efficit, imò forma re ne poſſit aditio hereditatis ſubjici regulæ, *a. 1. ff. de procurat.* Itaque ſatis expreſſum cenſe tur natura rei & contraria regula, ut hic quoqu caſus ſit exceptus ad *l. 1.* Quod de bonorum po ſeſſione affertur, nihil ad hoc argumentum fa cit, quoniam actus legitimus nō eſt petitio bo norum poſſeſſionis, quæ fit pro tribunali pe

17 ſolennem poſtulationem, ſed poſtulare † e amici deſiderium exponere, *l. 1. ff. de poſtuland* unde conſtat bonorum poſſeſſionem eſſe obl quam ſucceſſionem, quæ non immediatè à leg contingit, ſed à prætore & à quocunque expe diri poteſt. Simile de reſtitutione fideicom miſſi judicis eſto, quæ profectò neque leg actio, neque actus legitimus eſt, ſed obliquun jus adjicit, tanquam ab aditione diſtat, quàn homo à beſtia. Denique quàm infirmum ſit quod de Cæſaris procuratore affertur, jam an te demonſtratum eſt, ſalva itaque manet o-

18 mnis opinio, hereditatem † per procuratorem adire non poſſe.

LEX LXXVIII. PAPINIAN. LIB. 31. Quæstionum.

Generaliter, cùm de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per adverſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt.

LEX LXXIX. PAPINIAN. LIB. 32. Quæſtionum.

Fraudis interpretatio ſemper in jure civili, non ex eventu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur.

SUMMARIA.

Quot modis de fraude diſputari hoc loco ſoleat.

Patrono duæ dantur actiones, & quænam illæ.

Creditoribus etiam duæ actiones dantur, & quænam illæ.

Fraus quid ſit & quando committatur. & numero quinto.

Cauſa eorum, qui certant de damno vitando, quàm lucro captando, potior eſt.

Reſtituere quis dicatur.

Actor per factum rei iniquam conditionem non patitur.

IN contractibus & negotiis de bona & mal fide, de mora, de dolo & culpa disputatur quibus licèt insit semper fraus, propriè tamen
1 duobus † potiss. modis de fraude disputari, ho est, judicio experiri posse dicitur, nempè aut quid in fraudem patroni à liberto factum fue rit. *l. 1. & titul. ff. si quid in fraud. patron.* aut si i fraudem creditorum aliquid fuerit alienatum *l. 1. l. prator. 10. ff. qua in fraud. credit. §. item si quis i fraudem. instit. de actio.* quo etiam pertinet l. Æli Sentia, qua in fraudem creditorum manumit tere non licet, excepto uno servo testament herede scripto, ut si necessarius, *§. 1. instit. quib ex causis manumittere non licet.* etsi plures fuerin testamento manumissi, reliquorum libertat ipso jure nullas reddit, *l. qui solvendo. institut. heredit. instit. d. §. 1. §. in fraudem institut. eodem.* pa
2 trono † duæ dantur actiones Fabiana & Ca
3 visiana, similiter & creditoribus Pauliana & Calvisiana, sed nunquam competunt, ni fraus intercesserit. Quapropter primò quæ ritur, quid sit fraus seu quando fraus sit com
4 missa † ut actionibus locus sit, deinde qui in has actiones veniat hæc *in l. generaliter 78.* ill *in l. seq.* hic explicatur. Sed quæstio *d. l. fraudi 79.* cùm natura prior sit, meritò prior excutie tur, ad quam Papinianus ita respondet, frau dis interpretatio semper in jure non ex event duntaxat, sed ex consilio quoque desideratum
5 Fraus est † circumventio hominis alicujus

ve

vel legis circumventio est callida quædam machinatio, quæ plerunque pœnam meretur. Unde Ulpian. *in l. aliud fraus. 131. de verb. sign.* aliud inquit, fraus est, aliud pœna, quinimò fraus ipsa noxa esse dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio: pœna sine fraude esse non potest, quæ est noxæ, seu fraudis vindicta, fraus ergò in contractibus propriè committitur, nec tam ex eventu quàm consilio pendet, *d. §. in fraud.* ubi instituti sunt, sed in lucrativis acquisitionibus, ultimis voluntatibus, & aliis similibus fraus locum habet, & magis ex eventu judicatur, quàm consilio, *l. ult. C. qui manumittere non possunt*, nam in his machinationem quandam liberalitas ipsa in sese habet, cùm nimium sit effusa, quinmò causa † potior est eorum, qui certant de 6
damno vitando, quàm lucro captando, ut in *l. in eo. 33. supr. h. tit.* traditum est, quare non sine causa dixit, non ex eventu duntaxat, quasi diceret, licèt aliquando etiam fraudis interpretatio ex solo eventu fiat, sæpè tamen non ipse eventus tantum, sed etiam consilium desideratur: plura de fraudis interpretatione repetenda ex § *in fraudem. & d. §. si quis in fraudem.* ubi interpp. Fraude igitur ita commissa à debitore ne solvendo esset, locus est Paulianæ actioni, aut si libertus in fraudem patroni effecit, ne patronus ex bonis legitimam salvam haberet, tùm Fabianæ actioni locus est, si testatus decessit tum Calvisianæ, si intestatus actio Pau-

liana creditoribus non tantùm adversus ipsum fraudatorem (fraudator enim in illo tractatu significat debitorem, quasi in fraudem creditorum alienat, *l.1.l.fin §.fin.ff. qua in fraud.cred.*) datur. *d.l.1.verb.* idq; etiã adversus ipsũ, qui fraudem fecit servabo, & *d.l.fin §.fin.* licet Mera non putaverit, dari servũ etiam adversus eos, qui cũ fraudatore scientes contraxere. *d.l.1.2.3.§ ait prat.ff.eo.d.l. item si quis in fraud.* vel etiã gratuito titulo ignorãtes accipere, *l.quod aut.6.§.pen.l.modo.ff.eo d.l.ait prat.verb.interd.caus. cogn.* etsi scientia non sit in factum, actionem permittam. Sed hoc intra annum beneficio fraudator gaudet, si Pauliana conveniatur, ne deducatur in carcerem, aut bonis excedere cogatur, formula perpetui edicti, quia intra annum solummodo in id, quod facere potest, exigetur. *l.fin.C.de revocãdis iis qua in fraud.cred.* Verùm anno elapso omninò in solidum exigetur, licèt exutus sit bonis, tamẽ in carcerem ut deducatur, Pauliana actione obtineri potest, nec juvat eum, qui bonis cedere velit, per *d.l fin.§ fin. in verb. & prat. non tam emolumentum actionis intueri videtur in eo, qui exutus est bonis, quam pœnam.* Ratio est, quia intra annum actio Pauliana competit adversus eos, cum quibus fraudator egit in solidum post annum, quatenus pervenit, *d.l.quod aut.6.§ fin.d.l.ait prat. in prin. & §.hac actio.ff.qua in fraud. cred.* interpretari posse puta. Nec prorsus alienus etiã Wesenbec. *in parat.l.tit.qua in fraud.credit.num.10. vers. sed*

& in

& in ipsum fraudator. licèt gl. & alii *in d.l.fin.* aliter interpretentur. Similiter si patronus agit vel adversus heredes institutos & legatarios, vel etiam eos, cum quib. libertus contraxit, experitur omninò, hoc casu necesse erit in fraudationis causa alienatũ quid esse, illo casu evẽtus sufficit, per ea, quæ *sup h.tit.* dicta sunt, §. *qua de caus.* §. *seq. inst. de succes. libert.* Quęritur ergò nunc, quid veniat in has fraudatorias actiones, quoniã ex his actionib. restitutio omni modo facienda venit in eum statum, in quo fuit ante alienationem, *d. l. ult.* §. *si à socio. l. si sciens. 26. ff de contrah. empt. d.* §. *item si quis in fraudem. d.l. ait prætor.* §. *per hanc legem hoc factum. ff. quæ in fraud. cred. l. videamus.* §. *in Fabiana. ff. de usur.* Restituere autem is † intelligitur, qui simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim judicii accepti tempore ea reddita fuisset, hoc est, & in usucapionis causam & fructum, *l. plus est. 22. l. restituere. 35. ff. de verb. sign.* Veniunt ergò & fructus, *d.l. ait prætor.* §. *per hanc. d.l. videamus. 38.* §. *in Fabiana.* qui videlicet tempore alienationis terræ cohæserunt, & qui post inchoatum judicium percipiuntur, licèt quæ medio tempore percipiebantur, non veniant, *d. l. fin. non solùm. d.l. ait prætor.* §. *per hanc.* §. *hæc actio.* Neque solùm fructus restituentur, quos reus ipse percepit aut percipere potuit, sed & quos actor potuisset percipere, si ipse rem habuisset, *d. l. videamus.* §. *in Fabiana. l. si navu.* §. *ultim. ff. de rei vendic. l. 4. Cod. unde vi.* 7

Hinc Papinian *libr. 31 quæst.* respondit generaliter, cùm de fraude disputatur, hoc est, agitur, & in judicio quæritur, non quid actor habeat, hoc est, jure obligationis petat, vel non tantum quid à reo perpetuum consequi poterit, vel cōsecutus sit, sed quid per adversariū habere non potuerit, considerandum est, quasi diceret, sed illud etiam, quod ipse actor percipere potuisset, licèt reus non percepit. Vnde intelligimus hanc esse sententiam, in his actionibus ita considerari restitutionem, & nōdum actor sit consecutus, quod petit, etiamsi reus rem restituerit unà cum fructib. à reo perceptis, & quos percicipe potuit, nisi & ii restituātur, quos ipse actor potuisset accipere, si rem habuisset, licèt reus non perceperit, aut percipere nō potuerit. Stat enim per reum, quo minùs perciperentur, qua-
8 propter actor non † pateretur iniquam conditionem per factum rei, *argum. l. non debet 34. supr. h. tit.* Quod convenit cum *d. l. ait prætor. §. per hanc actionem. d. l. naviu. § fin. l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam.* sed quibusdam interpretatio illa verborum, non quid actor habeat, dura videtur; nonnulli ex Harmenopolo, *libr. 6. h. tit.* legere voluęre, non quid non habeat actor, quasi diceret, non quidquid non habet actor, scil. qui creditor est, eo omni sed illo tantum, quod illi fraude ac culpa adversarii abest fraudatum videri, ne scilicet reus in omnem rem exigatur, sed eatenus quatenus actor læsus

est per

est per fraudem ac culpam rei. Itaque si aliud solutionis nomine cõsecutus fuerit à reo principali seu fraudatore, nõ integrum negotium, quo fraudatus est, revocabit, sed quatenus adhuc abest. Quæ etiam Harmenopoli verba quidam ita exponunt, quasi non semper sit actioni fraudatoriæ locus contra eum, qui cum debitore contraxit, etiamsi actor habeat adversus fraudatorem actionem, nisi ipsequoq; reus, qui cum debitore contraxerat, quid fraude egerit, ut aliquid debitori deesset. Alii pro verbo *Actor*, legunt *Reus*, quasi diceret, non tantùm quid habeat reus, sed & quod per eum factum est, ne adversarius scil. actor haberet, qui ipse habere potuisset, si possedisset: & tuentur sententiam suam, ex *d.l.navis.* §.*fin.* fructumq; quæstioni applicant. Cæterùm cùm correctio sit odiosa, quæ nulla exemplarium fide fulcita est, magis est, ut retineamus lectionem affirmativam.

LEX LXXX. PAPINIAN. LIB. 33. Quæstionum.

In toto jure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

SUMMARIA.

1. *Genus est essentia secundùm Petr. Ramum ad specie æqualiter attinens.*
2. *Quod est in genere, id in singulis speciebus esse dicitur: Sed non contra quicquid in specie est, id quoque in genere esse.* num.3.
4. *Speciei aliquid plus inest, quod generi derogat.*

IN *rubrica & l.1. supr. h. tit.* dictum est, constitutum jus plærunq; ad hypotheses accommodatum esse, sed nō omnia specialiter decidi posse. Itaq; necessitatem prudētes viros induxisse, ut ex pluribus hypothesibus ac specialibus exemplis regulam generalem colligerent, qua similes casus emergentes deciderentur. Verùm regula facilè officium perdit, quoties scilicet in aliquo vitiata fuerit, *d. l. 1.* ita ut licet fundamentum habeat intentionis suæ, qui regulam pro se habet, non tamen adeò firmam tuetur causam, quā qui specialiter habet casum decisum in jure. Hinc Papinian. ait, in toto jure generi, &c. & ut veritatem hujus axiomatis majorem demōstret, addit, & illud potissimùm habetur, quod ad speciem directum est, quasi diceret: potior is est, qui intentionem suā specialiter lege definitam habet, quā qui solummodo generalē regulam per se allegat. Cui consentit *c. gen. de R. I. in 6.* Quo etiam spectat *l. omnis definit. infr. h. tit.* sed de

his satis

is satis *in prin & d. l. 1.* Potest etiam hæc regula ad uam plurima accommodari, sicut enim genus t species variè accipiuntur, ita quoq; hujus reulæ varius est usus. Aliud exemplũ sumi potest peculio: Titius Mœvio legavit peculium orinarii, qui tres varios in peculio habuit, quoum unum liberum esse jussit, etsi tunc totum ebeatur peculium tanquam genus, servus taien ille vicarius tanquam specialiter exceptus, on debetur, quasi parte à toto delibata, quia otiss. habetur, quod ad speciem, servum sciliet illum directum est. *leg. 10. ff. de manumiss. testaiento.* Hic accommodatione speciei genus pro oto, species pro parte interpretatur, ut etiam õtingit *in l. rectè dicimus. de verb. sig.* accommodai quoq; potest ad argumentum dialecticum geieris & speciei, ut rectè Ramus appellat. Etenim enus † est essentia ad species ęqualiter attinens, 1 ùm sui similes ratione quadam, formis veò differentes cõplectatur: at species est tantùm articipatio illius cõmunis, forma simplici à reiquis ejusdem communis participationib. ditincta, indeq; notio angustior. Hinc fit, ut poior sit species genere, respectu scilicet formę, & eliquarum specierũ, derogetq; generi, respectu formæ suæ simplicioris, quam plus efficit quàm genus, nam si in singulis speciebus pariter antùm inesse quàm generis communio, quæ antùm materiam continet, significat: sed formæ effectus deinde latiùs procedit & quidem eo

quo naturæ solius effectus ꝓgredi nequit. Hin
1 rectè quidem dicitur † esse id, quod est in gener
2 in singulis esse speciebus. Sed nō econtrà † quic
quid est in specie, esse idem etiā in genere, qui
3 aliquid plus † inest speciei, quod derogat gener
Hinc rectè dicitur, qui homo est, animal est: Se
non, qui animal est, homo est. Item promittit ti
bi hominem, ergò Pamphilus erit promissu
Cæterùm de his dialectici sunt consulendi.

LEX LXXXI. PAPINIANVS LIB. 3. Responsorum.

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inferuntur, jus commune non lædunt.

SUMMARIA.

1. *Pacta contractibus adiecta, adeò ipsis insunt, ne tantùm informent ac reforment obligationes, sed etiam ipso iure infirment.*
2. *Dubitationis causa adiecta ius commune non lædunt.*
3. *Delicta ex animo & intentione delinquentis disting*
4. *Actus agentium non operatur ultra eorum, qui agunt, intentionem.*
5. *Fideiussores plures eiusdem obligationis, an ipso iure in solidum singuli teneantur, nec ne.*
6. *Pactio specialis reliquos omnes casus excludit.*

IN *l. nec ex prætorio. sup. h. tit.* traditum est, pacta
1 † in continenti contractibus adjecta adeò inesse cōtractibus, ne tantùm informent ac reforment obligationes, sed etiam infirment ipso jure, *l.*

,l.iuris gentium,7.§·quinimò.§,adeo. ff. de pactis.l.in na fidei. C.eod.l.pacta conventa.ff.de contrah emt. In ac l.effectus ille pactorum ex eorum intentio e & qualitate declaratur, nempe ita demum pata reformare & informare contractibus, si aliuid adjiciant vel detrahant, non etiam si quid e superfluo addant, quod aliàs negotio inest. Nam er ejusmodi expressionem non censetur cæteis partib. & connexis reb. derogatum, quæ jure ommuni exprimuntur. Ideoq; Papin. dicit, quę ubitationis causa (secus enim si infirmãdæ obigationis seu renunciandi animo adjiciãtur, ut x *d.l.nec ex pratorio*, liquidũ fit) contractib. † adiciuntur, jus cõmune non lędunt, h.e. jus commune non impediunt, aut tollunt, quia contraientium intentio aut pactorum qualitas ejusnodi non est, ut illud tollant. Sicut enim delicta ex animo † & intentione delinquentis distinguuntur. *l.qui iniuria.ff.de furt.* ita quoq; in contractib. conventium placita est ex ipsorũ intentione ac consensu, nec nõ natura negotii interpretantur, ne ultra id, quod actum est, aliquid operentur, per ea quæ *in l. semper in obscuri. & l. semper in obligationib. sup. h.t.* allegantur, unde regula illa actus agentium † nõ operatur ultra eorum, qui agunt intentionẽ, *l.nõ omnis.in prin.ff.de reb.credit. si cert.petatur.l.ob maritorum C. ne uxor pro mar.* Ias. *in l. qui Rom. §. duo. fratres n 31.ff. de verb.obl.* Exemplum elegans *lib. 3. responsorum.* à Papiniano, ex quo etiam hęc lex deprompta est, proponitur *in l. qui mutuam.56.ff.mandati*; qui mutuam, inquit,

(margin: 2, 3, 4)

pecu-

pecuniam dari mandavit, hoc eſt, mandator ve fidejuſſor omiſſo reo promittẽdi, hoc eſt, principali debitori, & pignoribus non diſtractis eligi poteſt, id eſt, prius conveniri poteſt. Quod ut liceat hoc jure ſcil. eligendi creditori, etiamſi literis exprimatur, h.e. etiamſi pacto literis comprehenſo exprimatur, ut liberũ ſit diſtractis pignorib. vel etiam iis omiſſis ad mandatorẽ redire vel ad principalem. Nec pactio illa eò ſe extendere debet, ut una via electa creditor ſibi in altera prȩjudicet: Rationẽ ſubjicit: Etenim qui dubitationis tollendæ cauſa cõtractibus, &c. Iure veteri electio dabatur creditori, vellet ne à fidejuſſore, vel pignoribus, vel à reo principali, (quȩ jure novellarũ immutata eſt, nẽpe ut prius excutiatur reus principalis, & ita quoq; pignora poſt ad fidejuſſores perveniantur. *Novell. 4. de fideiuſſ. Authent. præſente. C. de fideiuſſ.*) initium facere: nec prohibeatur partem à fidejuſſore, reliquum verò à reo principali exigere, *l. 3. §. ult. de duob. reis. l. grege. §. etiam. ff. de pign. l. 2 3. 5. l. etiã 9. lege liberũ. 16. C. de fideiuſſ.* Si itaq; hoc ipſum conventum fuerit, ſcil. ut electio eſſet creditoris à quo incipere velit, jus illud cõmune illæſum manebit, quo ad effectum. Nã conventio illa nõ operabitur, ne regreſſui locus ſit, ſi cũ uno electo egerit nec ſuum conſecutus fuerit. Ratio eſt, quia conſenſus contrahentiũ ſe eò nõ extendit, quia tantùm juris dubiũ tollere voluit, quod obſcurũ videbatur, nõ juri cõmuni renunciari. Aliud exem-

emplum depromi poteſt ex § *ſi plures.inſt.de fi-uſſ.l.in ter.26.l.ſi contendat.28 ff.eod.* fidejuſſores ures ejusdẽ obligationis † ipſo jure in ſolidum 5 iguli tenentur, ſed habẽt beneficiũ diviſionis, Epiſtola divi Hadriani, qua oppoſita ab eo, ui conveniebatur ſolus inter eos, qui ſolvendo nt, obligatio dividitur. Nunc convenit inter ntrahentes, ut ſinguli fidejuſſores in ſolidum neãtur, nihil adjiciunt de Epiſtola D.Hadria-, an illi erit renunciatũ? nequaquã. Non enim oc animo pactũ eſſe, ut ipſa res innuit, nec im-dit, ꝙ pacta aliquid operare debent, ꝙ verum in pactis nõ ſupfluis negotio aliq̃d adjicien-. vel detrahentibus, ut ex *d.l.nec ex prat.* appa-t. Sed pacta ſecundùm negotii formã adjecta, uib. neq; plus, neq; minùs ineſt, ſupflua ſunt, cundùm gl. *in c. ſolꝭ i verba de maioritate & obe-entia in verb.tanquã.* Quinimò ita operari debẽt cta, ne ultra ſuam intentionem operentur, *d.l. in omnis, d.l.ob maritorum* Iaſ. *in d.l. qui Roma. § duo etres. n.31 & in l.legata. Nu.5 ff.de legat.1.* Nec ob-at is, qui pro muliere dotẽ dat, qui ſpecialiter bi dotem reſtitui ſtipulatur, vel paciſcitur in o-nem caſum jure ſtipulatus cenſetur, *l.ſi extra-us.6.ff.de condict.cauſ.data cauſ. non.l. quia C.de iur. ot.l.quotiens ff.ſolut.matr.quemadmodũ dos petatur.* ed ſi cùm dotem daret, pater vel extraneus pro uliere in unũ caſum pepegit, vel in divortium el in mortem dicendum eſt, in eum caſum, in quem non pepegit, eſſe mulieri actionẽ, inquit Ylp.

Vlp. *l. si cum dotem. ff. solut. ma. &c.* Ergò etiam tollendæ obligationis causa pactū tollatur, a jiciatur de aliquo casu, regulæ huic locus non
6 rit, quia pactio specialis † reliquos omnes cas excludit. Respondetur juris communis esse, ita demum in omnem casum aut specialiter r stitui sibi pactus, prætor, muliere paciscente dote sibi restituenda, actionē ex pacto consec tus sit, si expressè in omnē casum, aut specialit restitui sibi pactus sit, *d. l. 6. d l. si cum dotem.* ubi I son. & Duar. Itaq; cùm jus in contrarium sit, denuo casu pepegerit, meritò sibi præjudiciu fecisse dicetur, nec ad hanc regulam pertine contra respicit ea, quę jure ipso competunt. A que ita *d. l. si extraneus 6. & d. l. quotiens. cum d. l cum dotem. 22.* conciliatur. Ejusdem farinæ e *l. inter. §. cum inter de pactis dotal.* pater dotem st pulatus est sibi reddi mortua filia in matrimo nio sine liberis, quærebatur, an etiam restitu debeat patri, si in matrimonio relictis post se l beris moriatur. Videbatur q; sic per *l. nostram* nam dos præfectitia mortua in matrimonio f lia, sive in potestate sit, sive emancipata, sive l beros relinquat, sive non, semper ad patrem redire debet, divortio facto emancipatæ fili soli repetitio dotis datur. Si in potestate com munem cum patre actionem habet. Itaque hoc de jure communi verum est, ut verissimum dicendum videtur, si pater pactus fuerit, do tem sibi restitui, filia in matrimonio sine liber

mor

ortua, pactum quoq; esse, ut sibi restituatur, si ntingat eam mori in matrimonio relictis li- :ris, quod *in d.l. inter. §. cum inter. ff. de pact. dotа-* . negatur. Verùm ad rationem dubitandi re- ondetur, eam pactionem non esse ejusmodi, d habere vim renunciationis, non interpreta- onis, cùm manifestum conditionem adjectam ıbeat. Nam si pactus esset, dotem restitui libe- s exstantibus, utique regulæ locus esset, nem- : eum quoque pactum videri, ut sibi restitua- ır, si sine liberis decederet, quoniam major ra- o est, ut restituatur liberis nō exstātibus, quàm s exstantibus. Itaque si de casu magis dubita- ili pactus est, pactus etiam videtur de casu mi- ùs dubitabili, at verò si de casu minùs dubita- ili pactus fuerit, non censetur de casu dubi- ıbili magis pactus. Rectè hanc regulam gloss.)ecius & alii ad testamenta accommodant, per *g. testamentum 17. Cod. de testamentis. & leg. pedicu- s. 26. § Labeo. ff. de auro & argento legato.* Idem juoque de statu is asseverari potest, ut si statu- ım aliquod repetat. Vnum atque alterum ca- um jure communi decisum, ita interpretatio ieri debet, ut nihilominùs subsistant, & vigore tatui maneant; non autem ut sint exclusi. Hinc i in statuo aliquo repetat fratres, fratrumque ilios, ad successionem patrui, interim non cen- ebitur exclusos esse reliquos casus, ut si nul- i supersint fratres, non excludantur soli fra- trum filii, neque contra jus commune, quo

vocan-

vocantur, si fratrum filii soli, in capita fiet inte pretatio, quasi deberent in stirpem succedere.

LEX LXXXII. PAPINIANVS LI 9. Responsorum.

Donari videtur, quod nullo jure cc gente conceditur.

SUMMARIA.

1. *Donatio unde dicta.*
2. *Quod semel placuit, amplius displicere nequit.*
3. *Quod initio est voluntatis, postea fit necessitatis.*
4. *Constitutiones sunt pars iuris civilis, non gentium.*
5. *Definitio donationis qua.*
6. *Remissio est species donationis.*

NON ineleganter hæc lex ad tit. *de donat.* re fertur: pertinet enim ad formam donatio
1 nis. Donatio quæ à doni datione † nomen ac cepit, *l. senatus. 25. §. 1 ff. de mortis causa donatione*, u ex ordine *inst. tit. de donat. & §. fin. inst. de usu & ha bitatione*. colligere licet, inter modos acquirend rerum dominia civiles numerantur. Quare mi rè controveritur, veritas hæc est, jus civile o mne illud est, quod neq; in totum à jure genti um recedit, neque in totum sequitur, *leg. ius civile. 6. ff. de iustitia. & iur.* Naturale est, ut ii benefaciamus, qui nobis benefaciunt, & ni si ideò fiat, nulla videtur causa donandi, at ni hil ab uno ad alterum sine causa transire debe at. Naturale etiam est, ne quis alterius damnc

loc 1

ıcupletetur, *l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb.* 1
emq; quod semel † placuit ampliùs displicere 2
on debet, *c. quod semel. de regul. iur. in 6.* & quod
iitio † est voluntatis post fit necessitatis, *leg. in* 3
mmodato. §. sicut. ff. commodati. Ex quibus juris
aturalis rationibus diversa colligebantur cō-
ctaria de donationibus, donationes nullo co-
ente fieri. Ergò neq; locupletetur donatoris
amno, revocationi donationis locum esse sine
istinctione videbatur: contrà non esse. Hanc
ontroversiam primum prætor, pòst constitu-
ones, quæ pars juris † civilis, non gentium 4
int, *l. ius. 7. ff. de iust. & iur.* sustulerunt, partim re-
edentes à jure gentium, partim jus naturale i-
iitantes, & effecerunt, ut donationes omninò
djicerent accipientibus dominium, ne id à do-
iatore sine justa ac lege approbata ingratitudi-
iis causa revocari possit. Ideoque rectè inter
nodos acquirendi jure civili dominia rerum
ecensentur. Rursus dubitatur, cur non po-
iùs inter contractus civiles numeretur? Nam
& obligatio ad antid. inde oritur, *l. sed etsi lege. §. consulunt. ff. de petit. hered.* & condictio ex l. Iusti-
niana, *l. si quis argentum. C. de donat.* Verùm for-
mam civilis negotii non habet. Itaq; contra-
ctus non est, imò ne quidem quasi contractus,
per *l. 7. ff. de pact.* Ideoq; prætor donatorio tan-
tùm adversus donatorem rem traditam repe-
tentem exceptionem dabat, & rei vendicatio-
nem possessione amissa. Cæterùm ne nondum

Aa tradita,

tradita, nisi stipulatio esset interposita, nullum ex pacto de dando dabat actionem, *l. idcirco. C. de fide instrumentorum. d. l. 2. l. qui id quod. ff. de donat.* Nec obstat, inde oriri obligationem naturalem ad αὐτῆς, nam nec illa formam civilis negotii habet, unde etiam actione non exiguntur, nec mutat nova constitutio, qua conditio legis datur. Quod verum est de pacto quo aliquid donatum iri promittitur, sed ex ipsa donatione, quæ non aliter quàm gratuita rei traditione perficitur, nulla nascitur actio vel obligatio. Sicut ergò traditio manet sola causa transferendi rerum dominia, etsi ex civili causa & obligatione fiat, ita quoque donatio.

5 Donatio igitur est † civilis acquirendi modus quo jus vel dominium quoddam ab eo, qui ejus rei facultatem habet, liberaliter in alium transfertur. Duar. *c. de donat.* Et illud est quia *hac l. & l. donari. 39. ff. de donat.* innuitur. Quippe nemo jure naturali vel civili donare cogitur, ut nec invitus beneficium accipere, *l. invito. l. invitus. hoc tit. §. rem legatam. 18. ff. de adimendis legat.* Hinc quicquid aut jure naturali quod utilem produxerat actionem : (Ita enim naturalem ferè obligationem in jure accepimus, ut *in leg. ff. de novat. l. 3. ff. commodati. l. 3. § 1. l. actio. 47. ff. de negot. gesti. §. fin. instit. de leg. Aquilia.*) Aut civili, vel utroque jure debebatur, si solutum fuerit, donatum videri nequit, *leg. nostra. dict. l. donari.* cùm indebitè solutum non sit. Quoniam

x mera liberalitate proficiscitur, quod jure a quo cogente fieri oportebat, gloss. *in leg. per illum tex. ff. de donat.* Decius *l. vigesima octava. numer. tertio & quarto. suprà hoc titul.* Quare cùm servus factus liber creditam in servitute pecuniam expromissam solverit, magis est, ne donasse sed solvisse videatur, quoniã etsi nõ subsit civilis obligatio, naturalis tamen manet, *leg. hoc iure. decima nona. §. si quis servo. ff. de donat. l. servum. decima quarta. ff. de oblig. & action.* Cujac. *obs. undecima. lib. octavi.* Sic quæ liberti imposita libertatis causa solvunt, nõ donantur, res enim pro his intercessit, *lib. octavo. ff. de donat.* objicit gloss. huic regulæ, *leg. ex conducto. decim. quint. §. si vis tempestatis ff. locati conducti.* ubi locator tenetur colono pensionem remittere, sed remissio est † species donationis, *l. si quis pro uxore. §. si uxor. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Verùm illa remissio pensionis magis vi contractus contingit, quàm ut sit donatio, nec eadem ratio remissionis colono factæ, & ejus, de qua *in dict. l. si quis pro uxore. §. si uxor.* ubi usuræ remittebantur non vi contractus, sed donandi animo. Vnde apparet, cùm dominus rei locatæ jure cogatur ad remissionem faciendam, donationem non esse. Rursus objicitur. *l. si servus servum. §. si olivam. ff. ad leg. Aquiliam*, ubi Iurisconsultus tradit, eum non teneri de injuria dati damni, qui uvas tuas maturas decerpsit, 6

 quia

quia in collectionem hujusmodi impensas donare voluisse videtur, quod verũ est catenus, ne locus sit legi Aquiliæ, sed tantùm rei vendicationi vel actioni ad exhibendum, in qua tamen impensarum ratio haberi debet, si bona fide collectio facta sit, secùs si mala fide, & tunc loco interesse impensæ remanent apud actorem, *argumento l. 2. C. de rei vendicat.*

LEX LXXXIII. PAPINIANVS libro II. Definitionum.

Non videtur rem amittere, quibus propria non fuit.

SUMMARIA.

1. *Rem amisisse quis dicatur.*
2. *Nemo ex sua improbitate lucrum sentire debet.*
3. *Bonæ fidei possessores quale ius habeant.*

DICTUM est suprà, *in l. non videtur 13. hoc titul* eum non videri rem cœpisse, cui avocar potest, *l. non videt. 22. ff. de acquir. poss.* aut ab ejus petitione perpetua exceptione repelli, *dict. l. 13.* Hic ergò docetur eundem quoque, qui talem possessionem habuit, rem amisisse non dici, scilicet ut ejus persecutionem habeat, aut aliquam evictionis nomine actionem, nisi simpliciter sibi stipulatus sit. Amisisse enim rem proprie † is

1 dici-

dicitur, qui nullam ejus persequendæ actionem habet, *l. Labeo. 14. §. fin. ff. de verb. sig.* Qui ergò nunc antè non habuit ejusmodi causam, ex qua aliqua contingeret persecutio, re ablata vel intercepta, nam se amisisse minimè dicere potest, qui enim desiisse dici potest, quod non incepit? *l. Titius usus fructus. ff. de condict. & demonstr.* vel amitti quod acquisitum nunquam, *l. 1. § quibus mod. usus fr. amitt.* ne dicam amissionem esse privationem, ideoque habitum præsupponere, *l. manumissiones. ff. de iust. & iur. l. 10 ff. de verb. obl. c. ad dissolvendum. ext. de sponsat. impuberum.* Hinc furi & malæ fidei possessori, si rem furtivam & mala fide possessam furto vel alio modo subtractam amiserint, neque condictionem habent, quia domini non sunt, *l. 1. ff. de condict. furti* neque actionem furti, quia rem non habuere, ut furto amittere potuerint, *l. itaq; 12. §. 1. ff. de furt.* neque Publicianam habent, *leg. sive autem. 9. §. hæc actio. ff. de Publiciana in rem actione.* etiamsi datur ei, qui ab initio bona fide rem possidere cœpit, *l. sed etsi. 7. §. prætor ait. §. seqq. ff. eodem.* ut rem nondum usu captam vindicent, *l. 1. 2. 3. &c. ff. eod. §. namq; si cui. instit. de act.* quamquam exceptione justi dominii, hi rursus à vero domino excludantur, *l. pen. & ult. ff. de publiciana in rem actione.* Ratio est, quia fures, prædones, malefidei possessores jus sibi habendi & persequẽdi non sunt consecuti, cùm nemo † ex improbitate sua lucrum sentire debeat. *l. alterius. su-* 2

2 *prà hoc tit.* Bonæ fidei causa possessores † ejusmodi jus habent propter verum titulum ac bonam fidem, quippe animo dominii sibi habendi possident, quod illi minimè possunt.

LEX LXXXIV. PAVLVS LIB. III. Quæstionum.

Cùm amplius solutum est, quàm debebatur, cujus pars non invenitur quæ repeti possit: totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione.

SUMMARIA.

1. *Nemo cum alterius iactura locupletari debet.*
2. *Plus est in re, quam in intentione.*
3. *Plus valet, quod agitur, quam quod simulatè concipitur.*
4. *In dubio magis repetitioni favendum est quàm adventitio lucro.*

EX *l. 21. & 60. ff. de condict. indeb.* patet Pau *in lib. 3. quæst.* nonnulla deseruisse de inde-
1 bito. Natura æquum est neminem cum † alterius jactura locupletari, *leg. nam hac natura ff. de condict. indeb. l. iure naturæ. infr. hoc titul.* Idemq; si indebitum fuerit errore solutum, æquum bonumque erit, si ejus pecuniæ condictionem concedamus, ut licèt numerantis intentio fuerit, se liberari ab accipiente, potiùs tamen illum sibi obliget, quasi mutuum malit datum e[illegible] se

-e, quàm pecuniæ jacturam fecisse. *§. 2. Institut. quib. mod. re contrahitur oblig. §. item is cui. instit. de obligat. quæ ex quasi contr. nasc. ur.* Vnde quasi mutuum *in d. §. 2 & in d. §. item is cui.* nec non permutuum à Cujac. *obs. 34. lib. 8.* appellare solet, referturque inter quasi contractus. *d. §. item is cui. §. sit itaq. instit. de actio.* Ratione enim causæ & finis, hoc est, sensus ejusque quod agitur, non est propriè contractus, sed tantùm respectu effectus, hoc est, obligationis, quæ ex datione & capione constat, assimilatur contractibus, quæ re fiunt & ferè innominatis. *leg. 7. ff. de pact.* quippe plus est † in re quàm in intentione, & licèt regulare sit, ne actus agentium operentur ultra eorum intentionem. *l. non omnis. ff. si certum. pet.* Iason. *in l. qui Romæ. §. duo frat. nu. 31.* 2
Plus tamen valet, quòd revera † agitur, quàm quod simulatè concipitur. *tit. C. plus valere quod agitur.* Solent a. agentium intẽtiones ex re subjecta, de qua agitur, declarari, ut idem Iason scribit, *in l. nu. 15. C. de iud. & in l. legata. ff. de legat. 1. & in d. §. duo fratres. n. 31. cir. med.* Hinc quæritur primò, si ampliùs solutum fuerit, quàm debetur, quomodo indebitum solutum repeti debebat, deinde quando indebitum videatur solutum, ut conduci possit. Quod ad primam quæstionem attinet, notum est, si plus fuerit solutum, quàm debebatur, ejus quod indebitum invenitur, tantùm repetitionem dari. *dict. §. 2. dict. §. item is cui.* puta Pamphilum aut Stichum 3

debebam utrunq; salvo utroq; existente, utri eorum, quem velim tanquam indebitum, non utrumq; condicere possum, *leg. si non sortem. § pen. ff. de condict. indeb. l. pen. C. eod.* Cujac. *obs. 35 lib. 8.* Vel servum meum à te insciens emi, pecuniam tibi solutam condicere potero, *l. servum. 35 ff. de condict. indeb.* Item si cùm fundi pars mihi deberetur, æstimatione facta solutio pecuniæ solidè precii fundi facti sit, repeti à me debet nõ totum precium, sed partis indebitæ precium, *d. l. si non sortem. §. idem Marcellus adjicit.* sic si pecuniam debens oleum dedero pluris precii quasi plus debens, vel cùm oleum deberẽ, oleum dederim quasi majorem modum debẽs, superfluum olei repetendum est, nõ totum, quippe hoc solum, quod quantitatem debiti veri solutione perempti excedit, indebitum est, *d. l. si non sortem. §. idem Marcellus ait.* Cæterùm hæc ita procedunt, si res in solutum data divisionem & separationem admittit. Quemadmodum pecunia numerata admittit res fungibilis quælibet puta vinum, frumentum, oleum, ubi verò res soluta est individua, ne invitus quis in commune esse agatur, magis est ut tota res in solutum data salva manente pristina obligatione, in solidum condicatur, atque illud est, quod *hac l.* innuitur in verbo, *cuius pars non invenitur*, quæ repeti potest quasi diceret, quoties res ita affecta est, ne possit aliqua pars salva rei substantia detrahi, attamen amplius sit solutum ac debitum erat,

rat,totum condicetur. Elegans exemplum proponitur, *in d. l. si non sortem. §. si centum debens.* quasi ducenta deberem fundum ducentorum florenorum solvi, centum hic debitum excedũt, quæritur de repetitione indebiti: Dubium non est, condictioni locum esse, sed an ea inutilis reddatur, quæritur, inutilem fieri magna erat conjectura; prima, quia summæ ducentorum pars ex fundo detrahi nequit, nec salva fundi substantia divisio fieri potest. Deinde si quis dicere velit in communione manendum debitorem, is nimis tueretur duram sententiam, propter multitudinem litium, quæ ex communione oriri solent, *l. 1. ff. communi dividundo.* Neque etiam dici potest, condictionem indebiti totum posse repeti, quia quo ad centum quæ debebantur, verum debitum solutum est, nec repetitio erit ab eo, qui suum recepit. *l. repetitio. ff. de condict. indeb.* Verùm cùm in dubio † faveamus repetitioni magis quàm adventitio lucro, 4
l. non debet. 41. §. 1. suprà hoc tit. Rectius dicimus totum fundum tanquam indebitum condici oportere, quasi ejusmodi res data sit, quæ deberi non poterat, aut si poterat, non tamen efficax fuerit ad tollendam obligationem: nec movebit 100. etiam rectè soluta, nam, ne id quod rectè solutum est, possit condici, procedit, quoties deductio fieri potest ejus, quod indebitè solutum est, ut ex *d. l. si non sortem. §. idẽ Marcellus ait*, apparet, sed hic nulla pars apparere potest,

quæ tanquam indebita sola deduci possit; It: que hujus legis regulę standum erit, quæ pa: est *d. l. si non sortem. §. si centum debens.* Sic etsi: ctui inest iter, & viæ iter actusque. *§. 1. Institu de servit. l. 1. de servit. rust. prædio.* tamen cùm qu: libet servitus sit individua. *l. 2. §. 1 l. habere iu. re. l. stipulationes, non dividuntur. ff. de verb. obl. l. v ff. de servit.* si cum iter deberem, actum vel via: solvero, pro parte condicere non potero, per *nostram. d. l. si non sortem. §. si centum.* Itaque to tam servitutem constitutam condicere debe: & de novo constituere. *l. 1. §. si usus fructus. ff. a leg. Falcid.* Sic si 10. aut Pamphilo debeam. 5. so lutis posteà Stichum solvere, non potero dimi dium Pamphili condicere, sed saltem illa 5. in debita sunt. *d. leg. si non sortem. §. fin.* homo, ho est, res est individua, adeò ne possit ab eo, qu hominem debet, in diversis hominib. per par tes solvi, puta dimidium Pamphili, & dimidiu: Mœvii, *d. l. 2. §. fin.*

§. 1.

Is natura debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti su mus.

SUMMARIA.

1. *Quæ ab initio non valent, ex postfacto reconvale scere non possunt.*

. *Ius omne ex ratione originem sumit.*

. *Obligatio naturalis unde oritur.*

. *Omnis obligatio ex facto aliquo oritur.*

SEquitur nunc alterum *huius l.* membrum, ubi à contrario docetur, qui nam indebitum solverint, nam si cognoverimus, qui debitum solvant, simul etiam qui indebitum, cùm privãtia sint, quorum alterum affirmat, idem quorum alterum negat: Ergò cùm neget in eo tantùm subjecto scilicet solutione alterum, in quo alterum suapte natura inesse oportet, intelligimus facilè, quodnam indebitum sit, si prius cognoverimus quid sit debitum. Is natura, inquit Paulus, debet quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus q. d. non tantùm ille debitor, qui jure naturali & civili simul obligatus, sed etiam is, qui jure gentium neq; solum eum, quo expresè contractum vel pactum est, sed etiam si illi tacitè consensum præbuimus vel speravimus ex negotio inchoato aliquid sequi, ut exemplum est, *in §. vendita. instit. de rer. divis.* Natura igitur debet, quo pacto promisit se aliquid daturum, cujus affirmationem circa stipulationem, fidem habuimus, *l. in iis §. imperator. ff. de solut.* unde prætor edixit pacta se servaturum, *l. 1. ff. de constit. pecun.* Similiter natura, seu jure gentiũ, debet pupillus, qui accepta sine tut. autor. pecunia mutua consumtione

locu-

locupletior factus est, quoniam etsi quidem jure gentium plenum consensum habeat, ut sufficiat ad se obligandum alii: tamen lucrum quod accepit re, illum non quidem civili jure
1 (quod ea quæ ab initio† non valuere ex post facto reconvalescere negat, *l. 1. ff. de Reg. Caton. quod initio 29. suprà hoc tit. l. qui à quolibet. ff. de contrah. empt.* actumq; omnem irritat. Cui solennitates debitæ qualis est tutoris autoritas ex *l. 1. tab.* in contractibus pupillorum initio interveniens. *l. 5. ff. de autorit. tut.* non intercedunt. *l. directas. C. de testam. man. l. 1 l. 5. § stipulatio. l. continuus. ff. de verb. obl. l. pen. infr. hoc tit.*) Sed naturali & gentium jure eum obligat *l 1 ff. de novat. l. naturaliter. § fin. l. seq. ff. de cond.* unde ut non civilis aut directa aliqua, sed utilis, quæ est jurisgentium, actio oriatur, quæ comprobata est constitutione D. Antonii Pii, *l. 3. ff commod. l. 3. § pupillus. ff. de negot. gest.* Sic nulla nascitur obligatio ex cõtractu servi in foro Romano, qua ipse servus teneatur, etiamsi post manumittatur, *l. in personam. supr. hoc titul.* attamen jure gent. quo omnes homines æquales habentur ratione fide interposita obligatur & utiliter tenetur extra scilicet servum Romanum coram peregrino prætore, qui inter latinos & peregrinos solos vel etiam inter cives & peregrinos seu latinos jus dicebat, *l. servi. 14. ff. de act. & oblig.* quo pertinet, quæ notat Försterus, *lib 2 Histor. jur. de officio præto.* Hinc apparet, cur dici soleat naturalem

m obligationem non esse efficacem ad pro-
ucendam actionem, scilicet directam vel quæ
gis est, utilem verò producit, modò ex jure
entium oriatur. Ius quidem omne † ex ratione 2
riginem capit, qua quædam natura sunt, quæ-
am constituuntur quorum illa naturalia, hæc
vilia vocantur. *§. fin. Instit. de iur. nat. gent. & ci-*
l. l. 1. l. manumissiones. l. omnes populi. l. pen. ff. de iust.
iur. cap. 1. & 2. distinct. 1. tamen juris naturalis
tio ut civilis eadem est ratio debet, *causa. 2 §. 1.*
2. Instit. de iur. persona, quædam enim natura-
s ratio sola inter omnes constituit, quæ rursus
ifariam distinguuntur, nempe in ea, quæ cum
rutis habemus communia, & quæ sola cum
ominibus ratione præditis, illa in brutis qui-
em, in quæ jus non cadit, cum nec injuria ca-
at, *l. 1. ff. si quad. paup. fecis. dic.* affectus & στοργαὶ
φυσικαὶ specialiter sunt, quæ tamen si homo ra-
ione fecerit, jus erunt, *d. §. 1.* Cujusmodi est ma-
is ac feminæ conjunctio, sobolis procreatio,
onservatio sui. Hæc non ex effectu, sed ex sola
atione descendunt, & ideò jus gentium pro-
riè dicitur, *in §. ius. aut gentium. in Inst. de iur. nat.*
ent. & civil. & d. l. 1. § fin. quasi jus bonum &
quum naturali æquitate tanquam lege naturæ
undatum nobis cum omnibus nascens. Quod
us gentium rursus aut specialiter introductū
ola dictante natura, puta colere Deum, pietate
rosequi suos, fidem servare, obedientia erga
patriam, inculpata tutela, &c. *d. l. 1. in fin. cum 2.*
seqq.

seqq. de instit. & iur. aut necessitate inter omne postulante omnium instinctu inventum, cujus modi est jus belli, manumissiones, servitutes, & contractus. *d. l. manumissionis. cum l. seq. dict. §. n autem gentium.* Etsi enim simpliciter ratio dicte fidem servandam esse: necessarium tamen erat ut fidei dandæ certæ formæ existerent. Cuju evidentissimum exemplum habemus in emtio ne & venditione, ut *in leg. 1. ff. de contrah. emp. d. leg. 1. ff. de rer. permut.* videre est. Quid ergò an ex quovis jure gent. seu naturali obligatio nes naturales oriũtur, sanè contractus juris gẽ tiũ, qui necessitate cõmerciorum inter omne homines dictante natura certã formã accepe re, civili jure approbati sunt, ne amplius juri gentium, sed juris civilis producat obligation & actionem. *l. 7. ff. de pactis.* Quo intuitu deben hodiè omnes actiones civiles, quæ ex cõtracti bus oriuntur, *l. 2. ff. de orig. iur.* Naturalis igitu

3 obligatio † propriè oritur ex ea juris gent parte quæ à ratione proficiscitur, vel necessitate exi gẽte introducti est. Prioris est obedientia patri & parentib. præstanda, religio, fidei observatic etiãsi nõ sit accõmodata ad normã juris genti necessitate introductam: posterioris generis e cõventio, qua proximè acceditur ad aliquã for mã cõtractus. Et cũ forma nõ sit absoluta, ut a ctio oriri possit ex cõtractu, subsistit tamẽ natu ralis ratio cõservãdę obligationis utilis inde da tur actio. Ejus infinita passim occurrũt exẽpla

in pri

-primis *in fi.inst.de.l.Aq.* Aliud est *in l.Publ. Mev. depos.* Publ.Męvia ad maritũ ꝓficiscens cistam cum veste conclusam deposuit apud C.Sejũ ad- ;cto pacto, ut si quid sibi humanũ contingeret ilio suo ex alio marito suscepto restitueretur: ritur, an filio quęsita sit actio depositi ex pacto latris? Forma depositi, q̃ ex juregent.secunda- ò ꝓficiscitur, refragat̃, cùm illi restitui debe- t, qui dedit, *§.prat.inst qui.mo.re contr.obl.* Quin- nò liber homo paciscẽdo alteri actionẽ q̃rere equit *§.si quis al.inst.de inut.stip.* Cùm quæcunq; erimus, nisi ex nostra ꝑsona initiũ sumãt ina- em actũ efficiant, *l.quæcunq; ii.ff.de O.V.* At *l.quo utela.§.fi.sup.h.t.* Veruntamen in *d. l.publia.* pla- uit actionẽ utilẽ dari filio ex pacto matris, cũ des pacti, q̃ P. Mævia secuta erat deponentem aturali ęquitate obligatum teneat. Similis spe- ies est *in l.pen. C. ad exhib.* Aliud *in l. Lucius Titi- u.38.ff. mand.* Fidejussor, qui nondum exactus el conventus est, aut nihil solvit, stricto jure a- tionẽ mandati contrariã non habet, quia fines mandati nõdũ implevit, verũtamẽ si diu steterit n oblig. vel reus princip. dissolvat fidejuss. cau- ionẽ. At verò ea q̃ cum brutis habemus cõmu- nia, non aliter naturalis oblig. ꝓducitur, q̃ si ad ã quoq; partẽ sua forma accedãt, qua juregẽt. q̃dam simpliciter fiunt aut necessitate. Hinc ex cõjunctione maris & fœm. solo affectu & im- petu facta non oritur obligat. matrimonii, nec simplex stuprũ hac parte producit obligat. cùm

naturaliter

naturaliter fiat. Veruntamen cùm pugnet cum honestate, quæ à sola ratione pendet, ex altera parte jurisgent. pœnam meretur. *leg. in conjunctionibus. supr. hoc tit.* Ratio diversitatis hæc esse potest, omnium obligationum causæ sunt jus & factum, ita ut alterutro deficiente, deficiat quoque obligatio, quippe omnis obligatio
4 ex facto † aliquo oritur, itaq; facto deficiente deficit quoq; obligatio, quamvis jus non deficiat, & viceversa, factum per se non sufficit, nisi jus quoque concurrat, quod factum approbet vel improbet. Ex his ergò nunc apparet eum naturaliter debere, cujus obligatio jure tantùm gentium nititur. Ejusmodi est pupillus locupletior factus, *d. l. naturaliter. in fin.* servus contrahens, *d. l. servi.* quando duo fratres, in ejusdem patris potestate constituti, cõtrahunt *l. frater a fratre. ff. de condict. indeb.* Quicunq; igitur non tenetur & civiliter & naturaliter simul neque etiam naturaliter tantùm, is indebitum solvit. Etenim sola civilis obligatio, quæ natura non sustinetur, prorsus inutilis est, semperque condictioni locum facit, puto Chirographo dato, spe futuræ numerationis, solutum est posteà, de quo *in titul. Instit. de lit. oblig.* aut si pactum sit de in posterum non petendo, *l. si unus §. partis. ff. de pact. l. stichum. §. naturaliter. ff. de solut.* Vel denique si juratum sit nihil deberi *l. fin. ff. de iureiur.* Cui accedit res judicata, *leg. 5. leg. decima quarta. ff. de rei iudic.* His omnibus casibu

ıs errore ſolutum conceditur, gloſſ. *in leg. de* *ndıt. indeb.*

LEX LXXXV. PAVLVS LIB. VI. Quæſtionum.

In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.

SUMMARIA.

Dotis cauſa ſemper pia & privilegiata habetur.
Dos ſine nuptiis non intelligitur, nec ubi matrimonii nomen deſideratur, dos eſt.

TRIA in hoc reſponſo proponuntur, *libro.6. quæſt.* Paul. primum caput pertinet ad tra:a *de dotibus.* repetitum *in l. dotibus. ff. de iur. dot.*)otis cauſa ſemper pia † & privilegiata habe- 1 ır, *l. is qui de ſolut. mat. l. ſi is qui. 33. ſi mulier. ff. de* *ındict. inde. l. ult. C. ad SC. Velleia.* nempe ut dota- :e poſſint nubere. *l. inteſt. d. de privil. cred.* (aliàs, *18. ff. de rebus aucto. iud. poſſ.*) Hinc dotibus pri- ilegium actionis ex ſtipulatu bonæ fidei con- eſſum eſt, etiamſi ſtipulatio intercesserit, § *fue- at. Inſtit. de act. l. un. l. de rei uxo. act.* Item privi- egium tacitæ hypothecæ, *dict.* §. *fuerat. leg. 2.* §. *in. ff. de privil. cred. l. un. C. de privil. dot.* & deniq;)rælationis, ut omnibus omninò creditoribus :tiam expreſſam anteriorem hypothecam ha-

 bentibus

bentibus præferatur in bonis mariti. *d. l. un. C. de privil. dot. l. aßiduis. ubi gl. magna. C. qui potior. pig. §. hic consequens. Nov. 97. de æqual. dot. & do propter nuptias coll. 8.* Mynſ. *in d. §. fuerat. & obſ. cent. 4.* ut in *l. in obſ. 68. ſupr. hoc tit.* dictum e
Hinc quæſitum eſt, ſi ſponſa dotem dederit p
ſteà renunciavit nuptiis, an illi privilegium d
tis concedendum ſit, videbatur, quod non, qu
dos ſine nuptiis non intelligitur, necubi m
a trimonii † nomine deſideratur, dos eſt, *leg. ff. de iur. dot.* Neq; etiam repetenda videtur d
tis actione, cui propriè hæc privilegia conc
duntur. *d. l. un. C. de rei uxo. act. & d. l. uni. C. priv. dot. d. §. fuerat. d. l. aßiduis.* Sed condictio
ob cauſam dati cauſa non ſecuta, *l. 6. ff. de cond cauſa dat. &c.* Verùm obtinet omninò privil
gium habere, *dict. l. 2. § fin.* Ideo quia in dub
pro dote ob ejus favorem reſponſum eſt. *leg. ſponſa. 74. ff. de iur. dot. d. l. intereſt.* Licèt igit
propriè ſine matrimonio non intelligitur, t
men ad obtinenda hoc caſu dotis privilegia in
ſtar dotis propter favorem honoris debet, &
aſſolet propter evidentem æquitatis rationem
à ſtricto jure recedendum eſt, maximè verò i
iis, quæ ad publicam utilitatem cõſervationem
que humanæ ſocietatis concernunt. Hoc au
tem adeò obtinet, ut etiam actione dotis utatu
hoc caſu ſponſa, *d l. intereſt. d l. ſi ſponſa.* Nec re
ſiſtit. *d. l. 6.* quæ de extraneo loquitur, cui alite
dotis actio datur ex ſtipulatione ſua quam ſi ve
rè do

è dos affecta ſit, ideoq; illi condictione conſu-endum: Secus eſt, in ipſa ſponſa, quæ licèt do-em non dederit, ob cauſam tamen dotis ſpon-us accepit, *l. ſi ego. 9. §. dotis. ff. de iur. dot.* Aliud ujus reg. exemplum *in l. Caius Seius. 45. ff. de iur. ot.* Avus maternus dotem dans pro nepte ſti-ulatur vel nepti vel ſibi reſtitui, quæritur an eptis ſolutionis cauſa adjectum ſit, an verò el illi actio ex ſtipulatione ſit quæſita. Videba-ur etiã affirmandum, ſolutionis cauſa adjectũ ſſe, non ipſi quæſitam actionem, cùm nemo lteri rectè ſtipuletur dari vel fieri, ſi non ſolu-ionis cauſa adjiciatur: Quippe hoc negotium nter ipſas ſtipulantes peragitur. *l. inter ſtipulan-em. 33. l. ſtipulatio iſta 38. §. alter. ff. de verb. oblig. §. lanè ſolutio. inſtit. de inut. ſtip.* Cæterùm ICtus *in l. l. Caius Seius.* reſpondet, neptem non tam ſo-utionis gratia adjectam, quàm ut ipſi quoque ctio ſit quæſita utilis ſaltem, ſi nõ directa. Ra-io deciſionis rurſus ex *hac l.* petenda eſt. Sic fi-cus & dos à pari procedunt. *l. 2. C. de iur. fiſci.* gl. *n leg. dotis. C. de iur. dot.* Tum in dubium potiùs ro dote contra fiſcum judicatur per *hanc l.* ſe-undùm Mynſ. & gl. *in d. l. aſſiduis.* Maximè ſi fi-cus ex cauſa delicti agat. *leg. non puto. De iure fiſci.* Excepta cauſa principali, *l. ſatis notum. C. quibus in cauſis pig. rat. contr. l. fin. C. de principilari. li. 12.* Quæ qualis, ejusq; ratio expli-catur à Corraſ. *lib. 5. Miſc. cap. 4.*

§. 1.

Non est novum, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licèt ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.

SUMMARIA.

1. *Quæ ab initio constiterunt, posteà extinguuntur, in eam causam recidant, à qua incipere non possunt.*
2. *Res quæ semel mea est, amplius fieri non potest.*
3. *Matrimonia à mente sanis contracta, furore alterutrius superveniente non dissolvuntur.*
4. *Debitor quando rectè creditori suo debitum legat.*
5. *Stipulatio servitutis non extinguitur.*

HÆc regula cum Catoniana regula de qua *in l. quod initio supr. h. t.* cognitionem quandam habet, sed inter graviss. ICtos nunquam sine controversia Diligenter autem hic notanda verba illa sunt: *Non est novum*, quasi dicat, licèt regula sit in contrarium, novum tamen nõ est, ut illa regula in aliquo vitiata fallat, juxta *l. 1. sup. hoc tit.* ut huic contrariæ reg. locus sit. Pugnant enim è diametro hæc reg. & regula, *in l. inter stipulantes. 83. §. facta*, ubi post veteres Ias. Duar. & Cuiac. latissimè *in l. existimo. l. pluribus. 140. de ver. obl.*

bl. §. item contra. Inſtit. de inut. ſtipul. l. pro parte. de irrit. leg. 3. quæ pro non ſcript. habentur. propoſita nempe ea, *Quæ ab initio † conſtiterunt, poſteà extinguuntur, ſi in eam cauſam recidant, à qua incipere nequeunt.* perpetuò inquam pugnarent, niſi regulæ huic verba illa *non eſt novum* ſubnexa hic eſſent, quibus demonſtratur exceptio Regulæ. Nam regula illa, quæ *ab initio conſtiterunt, &c.* procedit, quoties res quidem perfecta fuit, ſed nondum erat conſummata. Exempli gratia, ſtipulatus ſum à te fundum Cornelianum. Antequam mihi tradas, incipit ex alia cauſa jure dominii ad me pertinere: quæritur, an extincta ſit obligatio? Quoniam verò res, quæ ſemel † mea eſt, ampliùs mea fieri nequit, adeò ut eam fruſtra ſtipuler in eum caſum, quo mea eſt, *l. nemo. de V. O. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. poſſ. §. item nemo. inſtit. de inutil. ſtipul. l. non ut ex pluribus. inf. h. t.* Quare, cùm nunc pervenerit ſtipulatio iſta in eum caſum, à quo incipere nequit, meritò vitiata extinguitur, *d. leg. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. d. §. item contrà.* Idem quæ eſt, ſi antequam mihi tradatur, ſacer vel religioſus fiat locus, per allegatum textum, idem eſt, ſtipulor ſervitutem fundo meo, & antequam ex ſtipulatione mihi conſtituatur totum vel partem ejus alieno. Ecce ſtipulatio ſeu obligatio perfecta fuit, actionem produxit, qua potuit te urgere, ut cōtractum conſummares, hoc eſt, ſervitutem conſtitueres: ſed antequam conſummatio fieret,

(margin numbers: 1 beside "Quæ ab initio"; 2 beside "ſemel † mea")

 reci-

recidit in eum casum, à quo incipere nequit, *d.l.pro parte.* Ideoq; stipulatio evanescit. *leg. si sub una. 136 de V O.* Verum si totum negotium consummatum fuerit, etiamsi tum in eum casum incidat, à quo incipere nequeat: tamen non desinit id valere, quod semel constitutum fuit, sei utiliter consummatum. Sic liberi nati statim plenissimè sequuntur parentum dignitatem. Licèt itaque pater posteà à senatu removetur. Liberi tamen filii senatorii manent. *l.filiam.9. ff de senator.* Sic sponsalia & matrimonia contracta
5 † à mente sanis superveniente alterutrius furore non dissolvuntur, licèt impedimento potuisset esse, ne contraherentur, quoniã consensu ritè semel interposito hoc negotium effectum sortitum est, & absolutum. *l. nuptias. supra h. t. l. furor. ff. de spons. leg. patre furioso. Qui sunt sui vel alie.* Sic si servitus mihi permissa fuerit, & constituta in solidum, si posteà vendam fundi partem, vel communione cum alio constituta, servitus non extinguitur, quę semel constituta est licèt nunc res ad eum casum pervenerit, à quo incipere nequit, quia totum servitutis dandi negotium absolutum est. Vnde vulgò dici solet, servitutes etiamsi pro parte acquiri nequeant: pro parte tamen retineri possunt acquisitæ. Quod etiam in reliquis omnibus obligationibus & rebus observatur. *l.pen §.n t.l.stipulationes non dividuntur.de verb obl.* Atq; ita hæc regula sicut etiam *c.fact. legit. in R. I. in 6.* accipienda & interpre

nterpretanda est. Objiciuntur huic Regulæ & interpretationi quã plurimæ species, in quibus ICti dissentire videntur. Primum est, à filio heredi legari potest, sicut à servo instituto, quia idẽ nõ est heres & legatarius. Quid si pater vel dominus heres fiat per aditionẽ servi vel filiifa. An extinguetur legatũ aditione, quod prius valuit? Paul. existimat nõ extingui, ideoq; Falcidiã pati, *l. à fil. 25. de legat.* cui contradicebat Marcianus, asserens legatũ extingui propter regulam, *d. l. inter stipulantem. §. sacram. d. §. item contra.* Cujus tantùm verba *in l. sic à servo. 20. ad l. Falcid.* recitantur à Scævola, non tamen probantur, sed tantùm Pauli sententia retinetur, propter reg. *l. nostra.* Nam legata confirmantur & consummãtur testatoris morte ante aditionẽ, legatũ interveniatur, in eo casu à quo incipere potuit meritò confirmatum ac partibus suis absolutũ immotum manebit, adita hereditate. Alius casus est vehementer inter præstantiss. duos ICtos Papinian. & Paul. collegas & coætaneos agitatus, *in §. ex contrario. Instit. de legat. l. debitor. 82. de legat. 1.* Debitor rectè creditori † suo legat 4
debitum, modò plus sit in legato quàm in debito, conditione, vel die, vel causa, vel loco. Debitor autẽ erat in diem, qui purè legavit, sed vivo testatore dies venit, q̃ritur, an legatũ, quod ab initio constitit, duret? Paul. *in d. l. deb.* statuit extingui, licèt utiq; valuit, si ante diem vel conditionem evenientem testator mortuus fuisset.

Rationem addit: quia in hoc legato non tantum commodum medii temporis versatur, sed totum debitum, quod cùm nunc vivo testatore purè deberi incipiat, meritò in eum casum venisse dicetur, à quo incipere nequit, & ita extinctum. Papinianus contra *in leg. verbis. 5 ff. ad l. Falcidi.* putat adhuc utile esse legatum nec extingui. Cujus sententiam Iustin. *in dicto. §. ex contr.* approbat, rejecta Pauli & aliorũ contraria opinione, *in vers. non enim placuit.* Ratio Papiniani maximè ea fuit, quia compendiũ temporis non minùs quàm ipsa res in legato est. Licèt igitur debitum pervenerit in eum casum, à quo incipere non potuit. Legatum tamen temporis adhuc durat. Neque inutilis erit actio ex testamento, quæ instar probationis haberi potest, ne actor alia actione agens adstringatur probationi difficiliori. Imò nostra interest pluribus habere adversarium obligatum. Quare manifestum fit, Paulum ut sæpe solet, juxta *l. pluribus. 140. de V. O.* studio contradixisse Papiniano rectiùs statuenti secundùm verum *l. nostra* intellectum. Rursus videtur in eo pugna esse, quoniam stipulatio servitutis constituendæ extinguitur, si prędium fiat commune vel pro parte alienetur? *dict. leg. si sub una* & rursus si dominus illius prædii alii promiserit servitutem, prædio posteà alienato vel communicato cum aliis evanescit stipulatio? *l. pro part. de servit.* Quid ergò, si promissor moriatur, re-

lictis

ictis pluribus heredibus, inter quos nomina
pſo jure ſunt diviſa, *l. 2. §. fin. l. ſeq. famil. herciſc.*
l. l. C. eod. an extinguetur ſtipulatio? Videba-
:ur extingui, quoniam nunc res adhuc integra
ad eum caſum pervenit, à quo incipere non po-
:eſt, *d. l. pro parte.* Cùm fundi plures domini
incipiant eſſe, nec à ſingulis pars præſtari poſ-
ſit, nec etiam à ſingulis tota, propter diviſio-
nem, à *l. 12. tabul.* inter cohæredes ipſo jure fa-
ctam. Hanc dubiam inter veteres quæſtionem
fuiſſe, ex *l. 2. de V. O.* apparet. Sed obtinuit, ut
in d. l. videre eſt, ſtipulationem ſervitutis † non 5
extingui, etiamſi plures heredes exiſtant. Pri-
mò, quia difficultas quæſtionis ſtipulationem
vel obligationem non impedit. Deinde etiam
ſi nomina ipſo jure inter coheredes ſunt diviſa:
Illud tamen in iis, quæ diviſionem recipiunt,
verum eſt, non tamen in reliquis, ut patet ex *l.*
1. §. ſi pecunia. l. ſi hominem. § datur. depoſiti. l. ſi qua.
5. ff. famil. herciſ. §. ſi familiæ. cum ſeq. inſtitu. de off.
iud. Atque ſervitutum ſtipulatio eſt individua.
d. l. ſtipulationes non dividuntur. Ergò ſingulorum
heredum in ſolidum manent. Nec oberit,
quod niſi ſemel præſtari aut exigi poſſint. Vno
enim in ſolidum præſtante vel conſequente u-
tilem adverſus reliquos, vel reliqui cum eo a-
ctionem famil. Herciſ. habebunt. *d. l. 2. de verb.*
obl. vel cautio interponi debet, ut *in d. leg. 1. §. ſi*
pecunia. Nec impedit, quod idem non admit-
tatur, ſi prædium inter vivos fiat commune, ſo-

 cietate

cietate vel casu. Quoniam inter socios & qui jure emtionis vel alio titulo inter vivos rem consequuntur, nullum est jus repræsentationis *argument. l. 1. C. per qu. pers. nob. acquir. §. diutin. vers. inter. instit. de usur.* Sed inter heredem & defunctum repræsentationi locus est, & plures ejusdem defuncti personam sustinent. *l. nihil est aliud de verb. sig. cum similibus.* Rectè igitur hæ duæ regulæ, ut ante dictum est, conciliantur per verba hic posita, *non est novum*, recteque distinguuntur, ut *l. nostra* regula procedat in negotio perfectè quidem inchoato, sed nondum consummato.

§. 2.

Quotiens æquitas desiderii naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur: justis decretis res temperanda est.

SUMMARIA.

1. *Significatio verbi, desiderium, varia est in iure.*
2. *Decretum est sententia magistratus inter duas partes.*
3. *Æquitas naturalis, ius naturale, & ratio naturalis, idem an sint nec ne.*
4. *Qui lucrum ex dato vel dando sentit, is quoque onus sentire debet.*

VARIA

VARIA est significatio † verbi *desider.* Interdũ *μιλωνυμικῶς* sumitur pro libello supplio. *l. 4. §. quad. prav. de offic. procons. l. libert. de in ius. oc. l. 1. §. 1. de vent. insp.* vel petitione in jure facta, t *in l. 1. § postul. De postul. l. 3. §. solent. de tab. exhib. l. ctoris. 30. l. Pompo. 40. de proc. l. 9 §. observ. de off. proons.* Quandoq; pro actione, *l. fi. si in gen. esse dicatur. leg. si verò plures. §. hæc actio. de his quæ deiec. vel ff.* Decretum verò est † magistratus sententia nter duas partes, de quarum controversia cognoscit, dicta, qua quid fieri vel non fieri jubet, Theo. *in §. 1. Instit. de iur. nat. gent.* Hinc simpliiter hoc responsum explicari potest. Primùm, quoties æquitas supplicationis naturalem rationem moratur, seu dubiam reddit, an nimirum supplicanti asscribendũ sit? Causæ cognitione opus est, nec sufficit libelli porrectio ejusque subscriptio, ut ita eandem habeat interpretationem, cum *l. omnia quæcunq; 31. sup. h. t.* Secũdò de petitione aliqua, quæ fit in jure à postulantibus si recipitur, eã recipit explicationẽ. In iis, quæ causæ cognitionẽ requirunt propter juris vel facti ambiguitatẽ nihil potest statui de plano aut simplici: Sed opus erit plenaria cognitione, ut decretũ interponatur ac sentẽtia lis finiatur. Tertio modo ita explicari potest † æquitas naturalis, jus naturale, ratio naturalis idẽ sunt, ut ex iis colligere licet, quæ ad *l. præc. §. fin.* adducta sunt. Sic etiã æquitas civilis & jus civile idẽ perhibentur. *l. si serv. commu. §. quid verò. de furt.*

Si

1
2
3

Si itaque rem aliquam postulavero in judicio, quæ jure civili non est fulcita, utitur tamen naturali æquitate. Puta pupillus ex pecunia mea locupletior factus est, *l. 2. §. 1. de negot. gest.* vel avus dotem nepti suæ restitui stipulatus est *l. Ca. Sem. de iur. dot.* prout pluribus, *in l. precet §. fin.* expositum: Iam non est justa ratio denegandæ actionis, cùm ratio naturalis æquitati naturali moretur, sed prætor, apud quem postulatur, debet hanc rem justis decretis temperare, hoc est, investigari, an sufficiens sit æquitas, propter quam utilis mihi detur actio, si non directa, idque per decretum definiet, simile est exemplum *in l. si servus. de pigno. actio. l. 6. §. vas. ff. de actio. emp. l. si tibi donum. §. 1. ff. locati.* Servum vel vas tibi locavi vel vendidi, vas vitiosum est, servus verò fur, ab unoq; damnum mihi infertur: quæritur, si ignoraverit venditor, an mihi in solidum sit obligatus, & an liberetur, si servum noxæ dedere velit? *in d. l. si tibi donum. § 1 d. l. 6. §. si vas.* respondetur in solidum obligatum me esse: Quæritur, an idem in deposito, commodato, pignore: obtinuit non æquè, propter vicium rei, quod tradens ignoravit, in solidum actionem esse & liberari dominum, si noxæ potiùs dedere velit, quàm damnum solvere, *d. l. servus. 31. d. l. pen.* differentiæ ratio est ipsa naturalis æquitas, commodatum, depositum, pignus sunt gratuiti contractus. Itaq; sicut gravandi non sunt, ita quoque domino non erit

benigni

benignitas sua citra culpam detrimento. Verùm locatio, venditio, &c. sunt contractus, in quibus loco mercedis vel æstimationis aliquid intercedit, ne benignitas videri possit. Qui itaque lucrum ex dato † vel dando sentit, is quoq; onus sentire debet, juxta §. *1. Institut. de legit. patron. tut.*

LEX LXXXVI. PAVLVS LIB. VII. Quæstionum.

Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem cōtestati sunt, quàm si non; sed plerunque melior.

LEX LXXXVII. PAVLVS LIB. XIII. Quæstionum.

Nemo enim in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. Deniq; post litem contestatam heredi quoq; prospiceretur, & heres tenetur ex omnibus causis.

Summaria.

1. *Effectus litis contestationis hoc in loco describitur, & quomodo.*
2. *Lis est nomen generale.*

3. *Iusiu-*

3. *Iusiurandum est optimus medicus finiendarum liti um.*
4. *Officium prætoris est lites minuere.*
5. *Definitio litis contestationis quæ.*
6. *Divisio litis contestationis quæ.*
7. *Nemo per litis contestationem facit conditionem suam deteriorem, sed potius meliorem.*

1 IN his duabus legibus litis contestationis † ef-
2 fectus describitur: Lis generale nomen est, *l. litis. 36. ff. de verb. sig.* & non tantùm rixam significat, secundùm Schor. *in Thesaur. Cic. verb. lis. & Vigel. in Dial* sed etiam actionem, *d. l. litis. causas vel lites, C. de transact. l. properandum. in pr. C. de iudic. & l. post edictum. §. circumductio. l. ius nulla. eod.* & denique instantiam sive ipsum judicium Alc. *in d. l. litis per d. l. causas vel lites. d. l. properand. vers. censemus.* Quando pro rixa, controversia vel actione accipitur, lis etiam erit ante litem contestatam, *d. l. litis. d. l. & post edictum. §. circumduct. d. l. causas vel lites.* Sic Philosophi, qui inter se rixantur, ætatem in litibus consumere dicuntur à Cic. in hac significatione ICtus ait, jusjuran-
3 dum esse optimum † medium finiendarum lit-
4 um, *l. 1. ff. de iureiur.* Item prætoris officium † etiam lites minuere, *leg. quidam existimaverunt. ff. reb. cred. si cert. pet.* Sic dicimus litem edere, lites in judicium deducere, *leg. si mater. §. hac iure ff. excep. rei iudic.* lite cadere, secundùm Festum. Item circumducto edicto instantiam quidem perire, litem verò durare, *d. l. & post edictum. circum-*

ircumducto. quando lis pro instantia seu ipso ju-
icio sumitur, ut *in d. l. properandum. vers. censemus,*
uod constat actiore, judice & reo, *cap. forus. ext.*
e verb. sig. non ante incipit lis esse, quàm si ea
ontestetur & durat usq; ad definitam senten-
iam. Bart. & Alc. *in d. l. litis.* Iason. *d. l. causas vel*
tes in fin. facit *c. ex parte. ext. de verb. sig.* Sic di-
imus litem pendere, *l. amplius. ff. rem ratam ha-*
eri. litem inchoari per litis contestationem. *l. a-*
ertißimi. C. de iudicus. l. unic. C. de litis contestatione.
x quibus colligitur, quod litis cõtestatio pos-
t rectè definiri † litis inchoatio, quæ fit per a- 5
toris narrationẽ & responsionem rei de prin-
ipali negotio factã hoc animo, ut de ipsa quæ-
ione principaliter agant. *d. l. uni l. 2. C. de iureiur.*
ropter calum. dand. c. dudum. 54. ext. de elect. & elect.
æt. pet. Terminus *c. 31. in prax. suo.* Idem Ferrar.
i forma responsionis rei. in verb. non tamen animo con-
estandi rei. num. 1. in pract. An autem ex affirmati-
a responsione rei inducatur litis contestatio,
id. Ferrar. *num. 2.* Marant. *in speculo suo part. 6.*
ap. de litis contestatione. num. 5. examinant, & ha-
ctur post gloss. apud Bart. *in dict. l. uni & in leg.*
dubitatur. §. & ita demum. ff. de fideiuß. ubi di-
inguunt an confiteatur animo contestandi li-
em, an verò declinandi judicii gratia, quippe
icit ejusmodi causam esse, vel ejusmodi sum-
nam debere, quæ alterius judicis requirat ju-
isdictionem : Ideoque petit se ab instantia
bsolvi. Et hæc opinio probatur, per *l. si reus*
paratus

paratus. 73. ff. de procurat. Vnde dicit, rectè di-
6 vidi litis contestationem † in affirmativam & negativam, cui accedit etiam, quî partes conveniri possint, antequam ad judicem eant, quid pronunciare debeat, *l. si convenerit.* ubi Bart. & Duaren. *ff. de re iudicata.* quod aliquando pluribus examinatum est, *in d. l. litis. de verb. sig.* constat ergò litis contestationem esse, quasi verbalem quendam contractum, quo tacitè convenitur, de re in judicium ducenda & finienda, u nunc sit res judicialis, & ita in aliam forman transiens. Vnde illud est quod priorem obligationem quasi novet, *l. aliam. ff. de novat.* ex temporali perpetuam faciat, *dict. l. aliam. l. nam postquam. §. si is qui. ff. de iureiur. l. 1. §. nemo itaque au deat. vers. except. omnibus. C. de annali except. le omnes. 18. infr. hoc tit.* ex prætorio civilem, *dict. un. §. nemo itaq; ex pœnali.* quasi ex contractu na tam, ut possit & adversus heredes competere. *pœnales. infr. de prop. & temp. acti. leg. pœnalia. 12 infr. hoc titul.* & quæ aliàs heredi non poterar dari, cujusmodi est actio injuriarum, *l. iniuriarum. 28. ff. de iureiur.* actiones populares, *leg. 2. pœn. de popul. action.* nunc pertineant ad hered quasi ex contractu debitæ, sic *in leg. 87. vers. denique. d. l. iniuriarum.* nec desinunt usuræ curre lite pendente, per *l. lite. de usur.* Nec obstat quod cursus usurarũ suspendatur per novatic nem voluntariam. *d. l. aliam.* & sententiam d finitivam, *leg. final. C. de fruct. & usurp. rei iud*

Quonia

Quoniam per litis contestationem ita novatio inducitur, ut emolumentum inde ad contestantem perveniat, non ut detrimentum patiatur, *nostru.* sic etiam per litis contestationem is, qui bonæ fidei fuit possessor, constituitur in mala fide, ut teneatur deinceps ad rei restitutionem cum omnibus fructib. & accessionibus, qui quæve à tempore litis contestationis percepti perceptæ vè sunt, vel percipi potuissent, *§. si quis non dom. infra de rer. divis. §. etiam si in rem. cum 2. seqq. inf. de off. iud.* licèt moram statim non inducat, sed ita demum quando litigans nõ habuerit justã causam provocandi ad judicium, vel si solo provocaverit, ut *in l. qui sine dolo. 63. sup. h. tit.* ex *l. s. de reb. cred.* demonstratum est. Hinc regula illa per litis contestationem † neminẽ facere conditionem 7 suam deteriorem, sed potiùs meliorem. Quo etiam pertinent ea quæ dicta sunt, *in l. Secuti. supra hoc tit.*

EX LXXXVIII. SCAEVOLA LIB. 5. Quæstionum.

Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est.

SUMMARIA.

1. *Mora quid, & quando committatur.*
2. *Mora periculum rei in moratorem transfert.*

3. *Mora rei principalis fideiussori nocet.*
4. *Pupillus sine tutore non obligatur.*
5. *Principale ubi non valet, ibi nec accessorium.*

1 QVID sit mora † & quando committat explicatũ est, *in l.14.& l. qui sine dolo.63.sup. t.* ubi & explicatum est, an per pœnalẽ stipulati nem commissam novetur præcedens obligat: Et ibi responsum sit, moram nõ fieri, etiamsi judicium provocatum fuerit, & lis contesta modò justã litigandi habuerit causam, qui pr vocavit, rectè in hac lege ostenditur. Multò m gis illud verũ esse, quando nulla est petitio, h quando nulla competit ratio, vel quia cõdit ne suspenditur, *l. cedere diem. ff. de verb. sig.* vel cc vẽtio infirma fuit, & jure destituta, ut dictũ e *in l. cum amplius. § u nostra sup. h.t.* quod hic gl. emplo pupilli illustrat, ex *l. si pupillus. ff. de verb.* Pupillus cùm ex mutuo fortasse locupletior ctus esset, pro eo sine tutoris autoritate servi Stichum creditori dare spopõdit, dato hoc n mine fidejussore, pupillus servum non tradit tempore, quo tradere debebat, & interim ser
2 moritur, quia verò mora periculũ † rei transi in moratorem, *l. 5. ff. de reb. credit. si cert. pet.* & m
3 ra rei principalis † nocet fidejussori, *l. mora ff. verb. obl.* quęritur, an hoc casu mora rei princi lis scil. pupilli noceat fidejussori. Et responsi est, *in d. l. si pupillus.* non nocere. Ratio ex hac l. tẽda est, quia à reo principali nihil poterat p

c

ùm pupillus sine autoritate † tutoris nulliter 4
bligetur, §.1 *inst.de auto.tut.l 9.ff.eod.* Sed ubi nō
etitio,&c.& ubi non tenet principale,ibi nec† 5
cessorium.*l.cum principalis.inf.h t.*objicit gl. *l.si
acto 14.C de pact.l.5.C. de contrah.stipul* quasi sibi
nudo pacto quod tamen non solet produce-
actionem, mora fiat, & ita aliquando mora sit
committatur, ubi tamen non est petitio. Ve-
ìm inspectis testibus apparet pacto subjectum
uisse stipulationē seu incontinenti appositum
ontractum, ita ut sic vel producat actionem
el ex stipulatu, *d.l.5.* vel ex contractu, cui subje-
um est, *d.l.si pacto.l.7.§.quinimò.ff.de pactis.l.nec ex
atorio sup.h.t.* Vnde patet, non ex ipso nudo pa-
o moram fieri, sed ex contractu cùm l. com-
ittatur contractui dicta, quoties non fit quod
l. contractus dictum erat. *l.pacto conventa ff. de
ntrah.emt.l.1.& seqq.ff.de l.commissaria.* Reliqua
uæ huc pertinent ex *supra citatis locis* hic repeti
ebent.

LEX LXXXIX. PAVLVS LIB. X. Quæstionum.

Quandiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus non admittitur.

SUMMARIA.

. *Hereditas defertur aut ex testamento, aut ab intestato.*
.. *Testamentum primum per posterius dissolvitur.*

3. *Tutor testamentarius quamdiu expectatur, legitim locus non est.*
4. *Plus valet expressum, quàm quod mente reten tum est.*
5. *Hominis dispositio, legis dispositionem cessare fa cit.*

1 HEREDITAS defertur † ex testamento au ab intestato, *l.3.ff de pet.hered.* hæc legitim & justa *l.8 ff. de hered. ab intesta.l.3.§ 1.ff.pro so.io.*ill testamentaria propriè, *d.leg.3.l.nec is.17.§.1.de a quir.hered* impropriè verò legitima, *in leg.obven re 130 de verb.sig.* Quæritur, cujus locus potic sit & prior? videbatur successionem ab intest to præferendã esse, quia & legitima est, & secur dùm naturæ cursum proximis agnatis defertu Et Imperator illud urgere videbatur, *in l.82 hered. instit* quando nimirum quis instituer aliquem heredem in eum casum, si legitim vindicare nolit, jam præcipitur legitimi her dis ab intestato potior causa. Prætereà *in l. pe ff. si tab. testamenti nul. ext.* traditur filium sub conditione institutum, ut si à patria potesta liberetur, hæres sit, posse neglecto testament & conditione testamento adjecta, agnoscer bonorum possessionem ab intestato, tanqua primus cognatus. Ergóne potior est causa int stati, quàm testati? Sed & de patris testament *in l.ha. onsultissima.vers. si antè C. de test.* proditu est, si solenne testamentum antè fecerit, in qu extr

:traneos heredes scripserat, & posteà aliud sua
anu cœperit scribere vel alios imperfectè cō-
:re; in quo fecerit heredes ab intestato succes-
ros filios, per hoc posterius † infirmius licet, 2
ssolvi prius factum. Verùm regulariter con-
arium obtinuit, nempè quamdiu possit, &c. *l.*
stra cum qua reg. *minimè obscura.* concordat *l.*
amdiu.l. illud. re acq. hered.l. antequam. C. cōmunia
success.l.1.si tab.testamenti ex tab.l.6.de iniust. rupt.
it fact. Nihil enim magis hominibus debetur,
aàm ut supremæ voluntatis postquam jam ali-
l velle nō possunt liber sit stylus, *l.1.C.de SS.Ec-*
sis. Et si libera disponendi facultas datur vivo
ter vivos, cur non etiam inter mortuos, *ar-*
m.tit.instit.de leg.Fus.can.toll. Sed datur vivo, *l.in*
mandata.ff. & Cod. mandati. meritò ergò ita de-
ū successioni ab intestato locus erit, quando
ssat testamentaria lex, *ex testamento.C.unde libe-*
d.l. antequam. Quæ regula adeò vera creditur,
: etiā observetur in tutela testamētaria, quam-
u enim expectatur tutor † testamētarius, legi- 3
mo non est locus, *l.si quis sub conditione.ff.de test.*
tela. & interim datur tutor à magistratu, qui
:sinit tutor esse, quando testamentarius exi-
:re poterit, *§.furiosus.inst.qui test. tutor. dar. poss. l.*
.*§ 1.ff.de testam.tut.* Non etiam obstat, quod le-
timus secundùm naturam succedit, quippe
ultò magis naturale est, ut conservetur defun-
:i voluntas rationabilis, propter liberū arbitri-
m, quod in reb. suis habuit. Et licèt natura no-

bis heredes faciat proximos, *leg. cum ratio. ff. de bon. damnatorum*. tamen eadem nemini vult invito heredem sine justissima causa existere, quinimò, qui ita succedunt ex præsumta homine mente vocantur, autore Forstero *in tractatu de successione ab intestato. ferè circa princ lib. 1.* Qui verò ex testamento expressa testatoris voluntate
4 veniunt. Plus autem valet † quod expressum quàm quod mente retentum est, *l. expressa, infra hoc tit*
5 *cod. plus val. quod, &c.* Et dispositio hominis † facit cessare dispositioně legis, *l. 4 §. si ex conventione. ff. de re iud. l. 1. de eo quod certo lo. l. vinum. ubi Za de reb. cred.* Natura igitur ipsa hũc ordině observari vult, ut primum testamentarii heredes vocentur, quoties nimirum testamentũ subsistit & his deficientibus post ab intestato successui veniant. Ad secundùm respondetur eam institutionem fuisse sub cõditione factam. Sicut ergò quęlibet conditio non existens causam intestati redigit, *leg. si quis in testamento si quis om. caus testament. l. cedere diem. de verb. sig.* ita quoq; contingit in illo casu. Quod ad tertium attinet, respondetur, quando is qui & legitimus est testamento etiam instituitur, propterea illi liberum relinquitur, adiréne velit ex testamento, an ab intestato, quia utroque remedio utatur, semper illud facit, quod fieri debebat, cùm & alias sit illius electio utro jure uti velit, cui aliquid duplici jure offertur. *l. quoties duplici. h. tit.* Non ergò contingit illud propter testamenti, sed pro-

pt

pter heredis qualitatem. Sic quod de liberis & paterno testamento affertur, speciale esse existimatur, propter propensam parentum affectionem erga liberos & quod nemini magis debeantur parentũ hereditates, quàm ipsis liberis, quibus quasi ex officio suo parare credũtur, *d. l. cum ratio.* Adeò ut si parentes liberos injustè exheredaverint vel præterierint, existimentur novercalibus delineamentis inducti, & quasi fascinatione ad insaniam redacti, *leg. 3. 4 5. de inoff. test.* Quapropter specialitas illa regulam non infringit, sed potiùs eam in casibus non exceptis confirmat.

LEX XC. PAVLVS LIB. XIV. Quæstionum.

In omnibus quidem, maximè tamen in jure, æquitas spectanda sit.

SUMMARIA.

1. *In omnibus contractibus æquitas potius consideratur quàm strictum ius.*
2. *Definitio iuris quæ.*
3. *Æquitatis definitio quæ.*
4. *Scire leges non est verba legis tenere.*

REGULA hęc ad officia judicis spectat. In cõtractibus, ultimis voluntatib. aliisq; similib. æqtas† potiùs quã strictũ jus cõsiderari debet, *l. 9. l. in test. l. semper in stipul. sup. h. t.* Ergò multò magis in jure & judicio judex seq debet ęquitatem. 1

tatē. Nam & aliàs quædam actiones sua natur hoc postulant, §. *actio* §. *prætor. autem inst. de actionib.* Quod in jure à prætore fieri debet, ut tra ditũ est, *in l. cum ampliu* §. *is natur. sup. h. tit.* jus e locus, ubi dicitur jus, ibi judicatur, *l. pen. de iusti & iur.* Maximè placuit in jure, h. e. in dicendo ju & judicando æquitatem spectandam esse. Idem rescripserunt Impp. in *l. placuit C. de iud.* Placu ut judex præcipuam, &c. Et Vlp. *in l. quod si Ephe in fin. de eo quod cert. loco.* monet judices, ut semp æquum ac bonum foveant. Nec mirum illu
2 est, cùm jus sit † ars æqui & boni, justi atqu injusti scientia *l. 1. de iust. & iur.* Æquitas etiã n
3 hil aliud est † quàm moderatio seu mitigato leg qua ipsam mentem, sententiam, rationē volun tatemq; legis scrutamur, & exequimur, neglec strictiori legis elocutione. Vnde dici solet, sc
4 re † leges non esse verba legis scire *l. scire. ff. de le* & Cic. inquit, scriptum sequi calumniatoris es boni autem judicis voluntatem scriptoris au toritatemque defendere. Quinimò æquitat officium est, ut id quod scriptum est, laxet, re mittat, restringat vel distinguat, pro ut causæ circumstantiæ postulaverint. Quod cùm nu lis certis finibus circumscribi queat, plusquam manifestum est, æquitatem nõ esse scriptam al quã, sed eam quamquis exemplo legi scriptæ e bono & æquo casui, prout inciderit, accommo dat. Vnde tot argumentationes in jure nostro paribus. & similibus. De quib. Eberhard. *in topi*

E

t quanquam in ff. noſtris reſponſa ICtorum noſtrorum ferè ſint interpretationes ll. edictorum: iis tamen non integra æquitas præſcripta eſt, ſed exempla nobis proponunt, quibus nos erudiunt, quomodo juris arte interpretationem facere debeamus, caſu aliquo l. non deciſo emergente. Cujusmodi exempla ſunt *in l. licet. Naut. cap. & c. l. ſi quis id. de iurisdict. omnium iud. illud. ad l. Aquil. l. ſcire pater. §. aliud. verſ. ſed etiam maximè. de excuſ. tut. l. Scævola ad SC. Treb. toto tit. ff. de eo quod certo loc.* Quare Duar. *in comment. ad tit. de iuſt & iur.* nec non *lib. 2. diſput. cap. 8.* optimè admonuit, *in d. l. placuit.* vocabulum *ſcripta* delendum eſſe, maximè cùm illud in antiquis exemplaribus non reperiatur, & Archetypo circumſcriptum ſit. Sed objicitur fortè, quod ſi judici permittitur æquitatem ſequi non ſcriptam, magnus illi ad iniquè judicandam aditus dabitur. Non enim hic interpretor aliquam æquitatem, quam ſibi quisque ſua mente conſtituit, ſed eam, quæ eſt de mente legis, lege ſuffulta & pacto correſpondens, juſta arte inventa, per *d. l. ſcire tit. non poſſunt. ff. de leg.* Ejusmodi æquitas non eſt iniqua. Non puto obſtare, *l. 1. C. de ll.* dupliciter reſponderi poteſt. Primò etiamſi judicibus permiſſum ſit, ex æquo & bono interpretari ac judicare, tamen ut aliqua legis interpretatio vigorem legis habeat, non erit ſufficiens judicis alicujus interpretatio, ſed requiritur legislatoris alicujus ſcilicet Imperat.

autoritas. Vel respondetur, quod Impp. *in d. l. 1.* loquantur de ea lege vel jure, cujus sententi neque perspicua est, neque probabili ratione aliqua elici potest, ita ut ferè ars interpretand deficiat, in hac prorsus dubia & obscura caus judex recurret ad Imp. & ab eo petet declarationem, *d. l. 1.* secus autem si probabili ration sententia legis æqua elici poterit, *d.l.placuit.* Cu interpretationi videtur congruere, *l.leges sacratissimæ.C.de ll.* Non etiam refragatur *l. si expressim.de appel.* Etsi enim ibidem Modestinus ai ipso jure nullam esse sententiam, quæ contr juris vigorem expressum fertur: hoc tamen it accipiendum est, ne mens & sententia legis de qua *in d. l. scire leges.* idem & Modestinu scripserat, in æquitate consistens excludatur. Sed per verba illa: *Iuris rigorem*, intelligit & mentem & sententiam. Vt si quis veli verba sequi, neglecta mente & sententia vera omninò nullam sententiam eliciat, quia id diceret, quod rigor juris, qui vult omnia illa accuratè considerari, improbaret, vel si neglect gemina sententia, ipsisque verbis vellet sequ privatam conscientiam: similiter necesse est ut nullitatem incurrat, ut modò etiam ac *d.l. 1* responsum est. Cui consentit *l.non dubium Cod. de ll. l. præses. ubi post Bart. Duaren. de re iudic l. 2. Cod. quando provocare non est necesse.* Rursu non refragatur, *l. perspexit. qui & à quibus manumissi, &c.* ubi Vlpian. ait, perdurum esse, sec

tamen

amen ita legem esse scriptam. Post varias enim solutiones à Bart. & Iason *in d. l. non dutum.* allatas placet, ut Vlpian. ita interpretum, q. d. prima quidem fronte hanc l. duram videri, revera tamē æquitate polleret, siquidem ibi differit de l. Iulia, quæ de adulteriis cavebat, ne adulterio commisso mancipia quæstioni subjicienda intra 60. dies alienatione aut manumissione subducerentur. Idque in omnibus servis observandum esse lex *prospexerat.* sive essent in agro, sive in alia provincia, etiam tempore delicti commissi. Hoc prima fronte durum videbatur, quod etiam eorum libertas impediri deberet, qui contra ædes aliis in locis tempore delicti admissi fuissent. Veruntamen cùm ipsi quoque aliquid potuerint, vel præscivisse, vel audivisse, vel mores fœminæ novisse, reique publicæ intersit, ne delicta maneant impunita. *l. ita vulneratus. ad l. Aquil.* ne penuria probationum crimen maneret inultum, summa æquitate lex de servis non manumittendis vel alienandis sancita est. Atque ita lex nostræ regulæ non tamen in contractibus & ultimis voluntatibus, sed etiam & quidem maximè in jure suum obtinebit vigorem.

LEX

LEX XCI. PAVLVS LIB. XVII Quæstionum.

Quotiens duplici jure defertur alicu successio: repudiato novo jure quod ante defertur, supererit vetus.

SUMMARIA.

1. *Heres suus quomodo sit heres.*
2. *Legitimæ successioni ab intestato non est locus.*
3. *Lex 12. tabularum antiquius ius est iure prætorio.*
4. *Possessiones bona an hodie sint sublata.*

VERBA legis obscura non sunt, sed in exemplis à multis laboratum est, primò gl. affert exemplum ex *l. suum heredem. Cod. de iur. de*
1 *lib.* suus heres † omissa bona possessione potest, & l. 12. tab. immiscendo heres fieri. Equidem prætorum jus cùm vel corrigendi, vel emendandi, vel supplendi juris civil. scilicet l. 12. tab. & mediæ juris prudentiæ causa proditum sit. *l. ius aut. 7. § 1. de iust. & iur.* constat recentius esse jus prætorium, quàm jus civile. Itaque qui repudiat jus prætorium interim à jure civili nõ excluditur. Aliud exemplum affert ex *l. nec is. 17. § 1. de acquir. hered.* Heres institutus idemque legitimus si repudiaverit, tanquam testamentarius

ius adhuc legitimus admittetur. Tum quia non ab intestato legitimæ † successioni locus 2 est, quasi cessaverit testamentaria, *l. quamdiu ff. de acquir. hered. l. quamdiu n. sup. h. tit.* tum etiam quia ius succedendi ab intestato antiquius est successione ex testamẽto. Illud jus naturæ est, *l. cum ratio. ff. de bon. damn.* hoc verò ex lege descendit, scilicet ex 12. tab. l. *lege obvenire. ff. de verb. sign.* Hæc duo exempla rejicit Cuiac. quasi *in l. natura.* ius novum non referatur ad illud, quo aliud natura prius, sed ad illud jus, quod post *l. 12. tab.* mediam juris prudentiam, prætorum edicta & antiqua SCta, nova aliqua constitutione vel SCto introducta est, qualem existimat successionem esse matris & liberorum, quæ ex SCto Tertul. Orficiano defertur. Olim ex prætorio jure dabatur illis invicem tanquam cognatis post consanguineos & agnatos, *l. 2. §. ult. ff. unde cogn.* sed ex significatis illis succedunt tanquam legitimi, *tit. in instit. de SCto. Tert. & SCto Orficia.* Verùm existimo exempla glossæ tueri posse, nec verba fragantur l. naturæ, nec etiam sedes, unde hoc responsum desumtũ est. Quinimò l. 12. tab. antiquius † jus est jure prætorio, 3 rursus hoc antiquius jus est jure quorundam SCtorum non omnium & constitutorũ, ut ita idem jus & antiquum & novum videri queat, diverso tamen respectu. Sic etiam nova lege instit. introduxit, ut fœminæ & ex fœminis descendentes in pari gradu cum aliis agnatis existentes

ſtentes jure agnationis admittantur, ſublata omnis differentia agnationis & cognationis, *l. maximum vitium. C. de lib. prætor. Nov. 118. de her. ab inteſt. ven. coll. 9. §. 1. 2. & 3.* Si itaque repudiatum fuerit jus Iuſtinianeum, adhuc locus erit bonæ poſſeſſioni, unde cognati vel etiam SCto Orfic. & Tertul. Vnde etiam facilè deciditur quæſtio
4 illa: An bonæ poſſeſſiones hodiè ſint † ſublatæ, quã examinat Ludovicus Bebio *inſt. de bon. poſſ.* nempè hodie neceſſarias non eſſe, attamen durare, ita ut aliquis electionem habeat, quo jure uti velit.

LEX XCII. SCAEVOLA LIB. V. Reſponſorum.

Si librarius in tranſcribẽdis ſtipulationis verbis erraſſet: nihil nocere, quo minus & reus, & fidejuſs. teneatur.

SUMMARIA.

1. *Error librarii quis dicatur, nec ſtipulationem vel teſtamentum vitiat.*
2. *Advocati error partibus abſentibus non nocet.*

1 SVMMA hæc eſt. Error † librarii, id eſt, ſcriptoris ſecundùm Varron. non vitiat ſtipulationem, ut nec teſtamentum, *l. error. C. de teſtam.*
2 neque etiam error † advocati partibus, abſentib. ſcil. nocebit, *l. 2. C. de errore advocati* præſentibus

bus nocet. Sed quare? qui præsens est vel scit, ec contradicit, ratum habere creditur, *l. semper* *i 60. supr. h. tit.* Verùm in stipulatione transcri-enda idem accidere nequit, cùm utriusq; par-s versatur consensus. Ideoq; unius præsentia ntum non operabit, ut vitiata vel mutata sit pulationis forma errore scribẽtis, qui scilicet robationis ergò instrumentum cõfecit. Mul-autem hic disserit Decius post Bart. de officio lotarii & probatione erroris, quæ ex suis au-oribus repeti possunt.

EX XCIII. MAECIANVS LIB. I. Fideicommissorum.

Filiusfamilias neq; retinere, neq; recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

SUMMARIA.

1. *Mandatum morte mandandis extinguitur.*
2. *Fidem fallere pernitiosum est.*
3. *Senatusconsultum Trebellianum & SC. Pegasianum quo tempore hæc duo SC. facta sunt.*
4. *Pegasianum SC. in Trebellianum postea transfusum est.*
5. *Filiusfamilias quicquid acquirit, non sibi, sed patri acquirit.*
6. *Filiusfam. profectitia patri acquirit: adventitia verò sibi retinet.*

7. *Patris*

7. *Patris renunciatio vel pactum an tollat actionem fi liofam. quam ex privilegia habet.*
8. *Nemo ius alterius remittere poteſt, novatione ne intercedente.*
9. *Pater & filius ſunt eadem perſona.*
10. *Vox filii eſt vox patris, & vice verſa.*

EX inſcriptione obſcurum non eſt, quo hæc lex referenda ſit ad tractatum fidei commiſſorum, ſeu ad tit. *de SCto Trebell.* initi fideicommiſſa erant infirma, §. *1. inſtit. de fidei*
1 *hered.* Nam cùm mandatum † morte extin guatur mandantis. §. *morte. inſtit. de mandat.* he res rogatus uthereditatem alteri reſtituere nul la actione nulloque jure cogebatur ad implen dam fidem, *d* §. *1.* ne dicam preces neminem ob ligare ad rem præſtandam, quæ petita eſt, *l. fidei commiſſa. 11.* §. *2. ff. de legat. 2.* Rurſum cùm fidem
2 fallere perniciofum † exiſtimetur, *l. 1. ff. de conſ. pec.* nec quicquam magis fidei humanæ con gruum, quam ea quæ inter homines maxim morientes, *l. 1. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* placuerũ ſervare, *l. 1. ff. de pact.* tandem cõſuetudine con firmata ſunt. Quidam enim rubore obduct poſt aditam hereditatem ultrò reſtituerunt iis quibus ut reſtituerent, rogati erant, *l. cum pater 77.* §. *filiis. ff de legat. 2.* Deinde etiam D. Auguſ læſi monuit conſules, ut pro conſervanda fid diligenter obſervarent eos, qui rogati ſunt ali reſtituere hereditatem. Vnde tandem eò de ventun

ventũ est, ut specialis prætor huic negotio præfectus sit, quem appellavere fideicommissarium prætorem. §. *postea Divus. inst. de fideic. hered.* Restituta hereditate fiduciarius heres nihilominus heres remanebat, utique semel aditione factus, nec exuebatur onerib. hereditariis, licèt ne minimum quidem ex hereditate illa retinuerit. *l. 1. §. 1. ff. ad SC. Treb. l. ait prætor. §. sed quòd Papinianus. ff. de minorib. §. restituta. instit. de fideicom. her.* Eveniebat ergò sæpè, ut destitutæ relinquerentur ultimę voluntates, quia instituti perpetuis creditorum interpellationibus sine aliqua cõpensationis spe se vexari metuebãt, §. *restit. §. sed quia heres. inst. eod.* ideoque duo SCta facta sunt, Trebellianum scilicet tempore † Neronis, Anneo Seneca & Trebellio Maximo Coss. & alterum Pegasianum tempore Vespasiani, Pegaso & Pusione Coss. Illud utiles transferebat actiones in heredem fideicommissariam tota hereditate restituta: hoc voluit, ut heres fiduciarius instar legis Falcidię retineret quartã partem omnium bonorum omni ęre alieno prius deducto, quod ipse deinceps solvebat reliquũ ut rogatus erat, restituebat. §. *restituta. d. §. sed quia hered. §. post quod SC. inst. eod.* sed Pegasianum † posteà in Trebell. transfusum est, §. *sed quia stipulationes. inst. eod.* unde quarta illa Trebelliana vocari solet. Sed hæc deductio permittebatur re nondum restituta; post restitutionem enim si possessio nunc ante transierat ad fideicommissariam nulla dabatur

D vindi-

vindicatio quartæ portionis, quia nec legis Falcidiæ vindicatio erat, *l.1.l.error. C.ad l. Falcid.* ante constitutionem Iusti. *in l.si quis.18.eod.* Vnde sæpè legatarii & fideicommissarii præveniebant heredes aditione facta, antequam possessiones rerum consequerentur, nempè vacātem istam possessionē occupabant, ut cùm actio deficeret vindicandi quartam, ipsi rem integram retinerent, atque ita SCto fraudem faciebant. Qua de causa prętor non tantū contra quēlibet alium possessorē locum resolvit interdicto adipiscēdę possessionis, quod dicitur quorū bonorum. Sed etiā adversus fideicōmissarios, heredes & interdictū quorū legatorum, adversus legatarios propria autoritate legata occupantes, introduxit, ut cogātur restituere & deductionem pati, aut nō restituētes cōdemnātur in id, quod heredis interest. *l.1.ff. quor.bon.l.1.l.fin §.ex hoc.ff. quod legat.* Quid ergò? Si filiusfa. fuerit heres institutus, & rogatus restituere, sed antequā restituit, fideicōmissarius occupat possessionē, an filiofam. interdictū adipiscendæ possessionis dabitur? In hac l. Martia. generaliter respondet, filium fa. neq; tenere, neq; recuperare, q.d. quæcunq; possessio apud filiumf. existeret extra causam Castrēs. peculii, nō est ipsius filii sed patris. Sed ut & jus, propter quod possessio debetur filiof. est patris, non filii. Illi autē interdicta dantur, cui possessio debetur, aut cujus possessio interversa est vel turbata, *l.1.in fin. ff.de interd.l.1.ff.*

quo-

uor.bon.l.1.§.deiicitur.ff.de vi & vi arm.§.sequẽs di-
visio.§ retinẽda. § poss.inst. de interd. Ergò ſicuti fi-
ofa.nõ eſt poſſeſſio, ita nec interdictũ,ſed pa-
is. Ratio hujus rationis ea videri poteſt,quod
liusfa. quicquid acquirit † non ſibi, ſed patri §
cquirat,adeò ut etiã ignorantẽpeculiariter rẽ-
ım poſſeſſorẽ ac dominũ efficiat, l.1.§.itẽ acqu.
.de acq.poss.§.1.& seq. ubi interpp.inst.per qu.pers.
ob. acq. poss. & juſſus ſi adeat hereditatem, adeò
atrẽ heredẽ facit,ne monumento aliquo in ſuã
erſona hereditas perſiſtat, l.placet.79.ff.de ac-
uir. hered. Ideoque ſi dejiciatur à poſſeſſio-
e non filiusfamil. ſed pater dejectus cenſetur.
1.§.quod servus ff.de vi & vi arm. objicitur. l filius-
am.9 ff.de actio.& obligat.ubi Paul. docet filium-
ım.ſuo nomine nullam actionem habere, niſi
ijuriarum, & de vi aut clàm, & depoſiti, &
ommodati. Si ergò interdictum nemini niſi
oſſidenti datur dejecto,vel in cujus poſſeſſio-
e clam quid factum eſt, d. l 1.§. hoc interdictum.
. deiicitur. l. 1. ff. quod vi aut clam. neceſſe eſt fa-
eri filiumfamil. etiam poſſidere aut interdi-
to carere. Verùm ex l. deniq. §. 1. ff.quod vi aut
lam juncta d.l.9 l. si long 18.§.1.ff.de iud.ubi gl.re-
pondet, jure digeſtorum ratione poſſeſſionis
ıullũ filiũfa.habuiſſe actionẽ ſuò nomine pau-
iſſimis quibusdã exceptis, quas ex ſpeciali ha-
buit privilegio conceſſas ſibi,nõ tã ꝑpter poſ-
eſſionẽ quã utilitatẽ: interim tamẽ & ipſi patri
ictio competebat ex eodẽ,& patre volẽte agere
Dd 2 filius

filius non admittebatur *l. sed si unius. §. filiosam. ff de iniur.* Habuit ergò filiusfa. interdicta quædã & actiones quasdã suo nomine regulariter, sec speciali beneficio. Cæterùm hæc quæ de possessione & actionib. dicta sunt jure de omnib. peculibus, exceptis castrensibus & quasi, obtinuerunt: jure autẽ. *C. l. 1. & seqq. C. de bon. matern. l. 1. cum oportet. l. fin. Cod. de bon. advent.* retinenda est hæc regula solum in profectitiis bonis. Si quid
tantummodo profectitia profectitiasq; here
6 ditates † filiusf. patri acquirit. Adventitiorum bonorũ proprietatẽ sibi habet potissimam, solo usufructu apud patrẽ remanente, quod latius ab interpp. tractat *in §. 1. inst. per quas pers. nob. acq in §. fin. inst. de mili. test.* obiter autẽ hic circa d. legem, *filiusfa. 9.* notãdum est, quæstionẽ moveri
7 an patris † renunciatio vel pactum tollat actionem filiosa. quã ex privilegio habet? Quæ quæstio propriè pertinet ad actionem injuriarum, quæ vindictæ est. Cùm n. in reliquis res familiares versentur, nõ adeò dubia videtur. Et *l. sed si unius. 17 § filiosa. §. quod deinde. & §. fin. ff. de iniur* dicendũ videtur, filiosa. præjudiciũ fieri. Cui refragatur *l. in pers. 30. ff. de pact. l. 2. C. de repud. poss bon. l. Papin. 8. ff. de inoff. testam. l. 5. §. illud quæritur. § seq. ff. de iniur.* & jus noviss. quo ejusmodi actiones extrinsecus accedentes inter bona adventitia computantur autore Azio Pinello, *in l. 2. C. de bon. matern.* Varia igitur ex hac textuum contrarietate opiniones extitere. Breviter ubicunque spe-

ue specialiter actio filiofam. datur, ibi causa a-
endi in ipsa filiifam. persona residet, ejusque
ssib. inhęret, ne sine cessione possit ad aliũ per-
nere. *d.l.5.§.illud quaeritur.l.4.§.1.ff.ad SC.Trebel.l.*
t praeter.§.sed quod Papin.ff.de min. Nemo autem
terius jus † remittere potest, nominatione nõ 8
tercedẽte, *l.3.ff.de accept.* nec alteri per alterum
iqua cõditio inferri debet: patri igitur jus re-
ittendi non dabitur in praejudicium filii. Nec
bstat, quod filius † & pater censeantur eadem 9
ersona & vox † filii est vox patris, & vice versa. 10
ei verò instit. de inut. stip. Quod verum est in ac-
uirendo, non in acquisitis, item in iis, in quib.
nitatẽ habere fingitur. Vbi verò personarum
umerum potiùs inspicit quã jus potestatis, re-
ula illa cessat. Atqui in hac actione injuriarum
ersonarum potiùs numerum lex inspicit, quã
otestatem primam, ut ex *d.l.5.§.illud quaeritur.&*
l.in pers. elucet. Cessabit igitur fictio illa juris.
ec obstat *d.l.sed si unius.§.filiofam.cum seqq.* Lo-
uitur n. de actionis exercitio quod ad patrem,
nquam legitimum filii defensorem, vel pro-
uratorẽ & administratorẽ pertinet. Hoc exer-
tium pater in praejudicium remittere potest,
e scil. ex ea postulatione à se inchoata filiofam.
idex dari & actionis formula conferre liceat à
raetore, sed nova postulatione opus erit, nisi
ersona patris vilis sit. Quae postulatio nova
 ipso filio instituenda est, exercitiumque a-
tionis ipse sustinebit. Quod autem actio fae-

pè pro ipso exercitio accipiatur, testis est Budæus *in l. 2. ff. de orig. iur.* & textus *l. 1. ff. de superfic. l. 1. § ultim. ff. de vent. in spi. &c.* Et quod illud *in l. sed si unius. §. filiosfam.* etiam fiat, non est difficile ex antecedentibus & consequentibus colligere, maximè si conjungantur, *d. l. 5 §. illud quaeritur.* pater igitur injuriam filiofamil. illatam invito eo remittere nequit.

LEX XCIV. VLPIANVS LIB. I. Fideicommissorum.

Non solent, quæ abundant, vitiare scripturas.

SUMMARIA.

1. *Nomina signandorum hominum ac rerum gratia inventa sunt.*
2. *Demonstratio nominis falsa sicut legatum non vitiat, ita nec impedit.*

PERTINET hoc quoq; responsum ad ultimarum voluntatum interpretationem. Nam cùm ita interpretatio fieri debeat, ut potius valeat, quã corruat dispositũ, rectissimè traditum est. Falsam demonstrationem legatum aut fideicommissum vitiare non debere, *l. falsa demonstratio. ff. de condit. & demonstr. l. 1. § si vir. ff. de dote praeleg.* quia nec error vitiat. *l. error. C. de test.* Hinc *in §. si quidem in nomine. instit. de leg.* dicitur, quod

sufficit

afficiat quoque, modò designasse & descripsisse testatorem ejus personam, cui quid legatum velit. Fac. idem *l. 4. C. de testam.* Nomina enim signandorum † hominum ac rerum gratia inventa sunt. Quare si alio modo intelliguntur non interest proprio suo nomine an translatitio designentur. *d. §. si quidē. l. si ita. §. 2. de bon. poss.* sępè enim plures existunt res, quàm verba, quibus denominentur, *l. 4 ff. de præscript. verb.* ut necessariò, quandoq; ad *περίφρασιν* deveniendum sit. Item sicut falsa † nominis demonstratio non vitiat legatum, ita quoque non impedit, quo minùs subsistat, quoties falsa legati seu fideicommissi relinquendi causa est adjecta, *§. longe magis. instit. de legat.* Causa adscripta, cur motus fuerit testator aliquid relinquere, impulsivè quidem causa voluntatis illius ultimæ videri potest: attamen dispositionis causa principalis & efficiens ipsa est voluntas, finis liberalitas, ipsa stante igitur causa efficiente principali & finali, cõstabit etiam effectus, scilicet legatum, *l. cum tale. §. falsam causam. ff. de cond. & demonst. d. § longè magis.* Atque illud est, quod hac l. inuritur, nempè ejusmodi actionem abundantem legatum & fideicommissum non vitiare. De qua re plenè interpp. tractant, *in §. fin. instit. de hered. instit. in d. §. si quidem in nomine cum 2. seqq.* unde latior declaratio peti debet.

(margin numbers: 1 beside "signandorum † hominum", 2 beside "falsa † nominis")

LEX XCV. VLPIAN. LIB. VI. Fideicommissorum.

Nemo dubitat, solvendo videri eum qui defenditur.

SUMMARIA.

1. *Causæ mittendi in possessionem sunt tres, & quæ.*
2. *Is rem accepisse videtur, qui per exceptionem à petitione removeri non potest.*

1 TRes ferè causæ sunt † ex quibus in possessionem mitti solet. Rei servandæ causa legatorum seu fideicõmissorum servandorum genera, & ventris nomine. *l. 1. ff. ex quibus caus. in poss. eatur.* Rei servandæ gratia & tunc fit missio quando qui judicio sisti promiserat, neq; potestatem sui faciat, neque defenderetur. *l. 2. ff. eod.* Item creditores in debitorum latitantium indefensorum bona, *l 6. & 7. ff. eod.* sic legatorum & fideicommissorum nomine, quæ die vel conditione adjecta dilationem solutionis recipiunt, cautio fidejussoria à quocunque herede præstari debet, ob securitatem præstationis die conditioneve veniente, *l. 1. l hac stipulatio. 14. ff. ut legat. seu fideicom. serv. caus. cautio inter, &c. l. prætoria. ff. de prætoria stip.* Nec attenditur, cujus sit dignitatis aut fortunæ heres. Quia quoties-

cunque

nque cautionem detrectat, præsumitur indensus, *d l. 1. instit.* Ideoq; nisi cautione interpoa se defendat, datur missio in possessionem onorum nomine legatorum seu fideicomissom *d. l. 1. §. 1.* ut unà cum herede in possessione legatarius, eumq; tædio afficiat, *l. 5. ff. ut in poss. at. seu fidei. eatur.* At verò si denegata cautione ratus est, & in continenti demonstrare vel dendere legatum non deberi, vel nihil esse scrium, cessat missio, *l. 3. & 4. ff. ut in poss. legat. nomi eatur.* Itaq; cùm de fideicommissis eorumque utionibus Vlpi. *in lib. 6.* tractaret, hanc adje: regulam. *Quod nemo dubitet. &c.* q. d. si defentur latitans seu fideicommissione paratus aliis sit fidejussorem dare, aut cognitionem ofrat, quia dicit: Hodiè constabit de fidecomisso: Hodiè agam, cessabit missio. Cùm nunc nseatur solvendo esse, nec aliquid fiat, quo inùs legatum si debitum apparuerit, debea- rac solvatur. Ne dicā interim eum, qui comodam cautionem offert aut causæ defensioem jam jam ejus rei solutionem aliquomodo cisse, *l. solvendo. ff. de verb. sig. § si plures instit. de fi commissa hered.* quippe ex cautione obvia est tio in fidejussorem ex causæ defensione actio dicati, atq; actiones in bonis esse incipiunt, *l. cum duab. seqq ff. de verb. sig.* & rem accepisse videtur, qui per exceptionem † à petitione 2
removeri nequit *l. non etiam 13. supra hoc tit.*

LEX XCVI. MAECIANUS LIB 12. Fideicommissorum.

In ambiguis orationibus maximè se tentia spectanda est ejus, qui e protulisset.

SUMMARIA.

1. *Beneficia personalia, deficiente persona, quoque* ficiunt.
2. *Privatio habitum præsupponit.*
3. *Vsusfructus est heredis petitio.*

PERTINERE hanc quoq; legem ad ultim rum voluntatum interpretationem ex i scriptione nō est difficile colligere, in iis prof ctò plenior semper fiet volūtatis interpretati *l. in testamentis. 12. sup. h. tit.* Cùm totum hoc neg tium ex voluntate testantis pendeat, *l. ex fac ff. de hered. inst.* Hinc illa reg. *in ambiguis dationib &c.* Hujus regulæ elegans exemplum extat *in semper unius. 26 ff. de usu & usufr. legat.* quidam l gavit Sempronio usumfructum fundi sui, pe decennium antequā tempus constituendi usu fructus veniret, Sempronius mortuus est: quæ ritur, an usufructus sit extinctus? Videbatu quod sic, cùm sit servitus personalis, quæ un cum persona, cui constituta est, extinguitur

l. C

& §. finitur. instit. de usufr. Nec mirum illud ſt, cùm perſonalia † beneficia deficiente per- 1 ſona etiam deficiant, *l. in omnibus 69. supra hoc tit.* Rurſus in contrariam partem hæc urgetur ra- tio. Quod uſufr. nondum conſtitutus morte in- terire nequeat, ideoq; Sempronii heredem mi- nimè amiſiſſe uſumfructum videri, quod de- functus non habuit. Quippe privatio præ- ſupponit † habitum. Deinde ceſſit dies ſta- tim à morte teſtatoris, quamvis nondum ve- nit, *l. 14. ff. quand. di. leg. ced.* Sed quorum dies no- bis viventibus ceſſit, eorum petitio ad here- dem noſtrum ſpectat. *l. quæ legata. 18 supra hoc tit.* Ideoque vindicatio hujus ſervitutis adhuc he- redis erit. Cùm ergò negotium illud ambi- guum ſit, Iuriſconſultus *in d. l. Sempronius.* mo- net inſpiciendam voluntatem teſtantis, qui proculdubio voluit aliquid conditionem ope- rari, & propterea concludit. Vſusfructus † pe- 3 titionem heredis eſſe. Aliud exemplum eſt *in l. inter. 33 ff. de au. & arg. lega. &c.* Quidam lega- vit omnia Veſtimenta virilia & veſtes viriles. Is teſtator ſolitus erat quibusdam muliebrib. ve- ſtimentis uti tanquam virilibus, quæſitum eſt, quænam veſtimenta intelligantur legata? Re- ſpondet Iuriſconſultus inter veſtes viriles, & veſtimenta virilia nihil intereſſe, ſed tamen ad hoc pertinere voluntatem teſtantis, ut et- iam ea cenſeantur legata, quibus tanquam vi- rilibus uſus eſt, licèt muliebria fuerint. Sed

ſecus

secus est in stipulationibus. Nam si à te stipulatus fuero omnia muliebria vestimenta, omni quoque mihi debentur, etiamsi infr. quibusdam ex iis usus sit tanquam virilibus, *l. si mihi et §.1.ff.de verb.oblig.* Ratio differentiæ ex *l. quicqui 99.ff.eod.* petenda est,& ex iis,quæ dicta sunt *in, in testamentis.12. & l.semper.9 supra hoc tit.* Nam & quæ ibi dicta sunt ad hujus legis interpretationem pertinent.

LEX XCVII. HERMOGENIANVS lib.3. juris Epitomarum.

Ea sola deportationis sententia aufert quæ ad fiscum perveniunt.

SUMMARIA.

1. *Hoc responsum dupliciter explicatur.*
2. *Pœna est delicti æstimatio.*
3. *Divisio pœnæ quæ.*
4. *Definitio capitalis pœnæ quænam.*
5. *Pœna non capitalis quæ.*
6. *Pœna suos tantùm autores tenere debet.*
7. *Huius nostræ legis intellectus quis.*
8. *Iura sanguinis & naturæ, nullo iure civili dirimi possunt.*

PERTINERE hoc responsum ad tractatum *de pœnis* dubium non est : sed per ambiguita-
1 tem sermonis dupliciter † explicari potest. Vno modo

odo de differentia deportationis & relegatio-
s, altero modo tantùm de effectu deportatio-
s. Pretermittendũ autem est pœnam † esse ęsti- 2
atione delicti, *l. sanctio. 41. de pœnis.* publicę vin-
ctæ causa infligendã. *l. ita vulneratus. ad l. Aquil.*
stq; alia capitalis, alia non † capitalis : capitalis 3
ena est † ea quæ corpus ita affligit, ut illi ali- 4
uid decedat, sive propriè, sive inpropriè. Pro-
iè puta quando extremum supplicium irro-
tur, ut vel membrum abscindatur vel excori-
ur, &c. Impropriè si caput rei minuatur. *§. pu-
corum. instit. de publ. iudic. l. capitalium 28. ff. de pœn.*
uod accidit maxima & media capitis diminu-
one. Quarum illa civitas, & per consequenti-
n familia, *tit. instit. de cap. dimin.* ut contingit per
eportationem, quæ successit in locum aquæ &
nis interdictionis, *l. 2. l. aut damnum. 8. §. est pœna.
apitalium. §. 1. ff. de pœn.* Non capitalis pœna † est, 5
uæ neq; libertatem nec civitatem adimit, neq;
uciatum ipsi corpori infert, sed tantùm infa-
iam irrogat, aut cum damno pecuniario aut
terdictionis, ut aliquid nõ faciat, puta ut non
egotietur, vel ne ad certos locos veniat, vel ne
xtra fines egrediatur, *d. l. aut damnum. l. modũ. 9. §.
nnunquam. §. erit. & illa pœna. § seq. d. l. capitalium.
de pœn.* Ejus generis est relegatio, *§. relegati. inst.
uib. mo. pr. pot. solu.* Deportati ergò ut civitatem
ntentia amittunt, *§. minor. instit. de cap. diminut.
l. 2. §. 1 ff. de promis. d. l. aut damnum. §. est pœna. d. l.
apitalium. §. deinde.* ita quoq; bona sua unà cum
juribus

juribus legitimis seu civilibus, §. *cum autem is. inst. Quib. mod. pat. pot. sol.* quippe per sententiam peregrini fiunt, *l. sunt quædam 17. ff. de pœn.* Sicut ergò peregrini civem Rom. heredẽ nõ habent, ita nec deportati heredẽ relinquere possunt in civitate. Quoniam lege hereditates obveniunt, *l. leg obvenire. ff. de verb. signif. l 3. ff. de his quib. ut indig. l. in fraudem. ff de iur. fisci.* Adeò ne etiam earũ rerum quas post deportationẽ acquisiverunt, heredem relinquere queant, sed ea omnia à fisco vindicantur, *l. deportatorum. 8. C. de pœn. l. 2. C. de bon. proscript.* Quo intuitu Callistratus in *l. 1. ff. de bon. damnat* damnatione, inquit, bona publicãtur, h. e in fiscũ rediguntur, cũ aut vita adimitur aut civitas, aut servilis cõditio irrogatur. Et quanquam liberis eorũ justis portio aliqua ne egeant relinquenda est, ea tamen non jure hereditario illi relinquitur, sed jure alimentorum, miserationis ergò, ne nimiũ parentum delicto graventur, tamen suos tantùm autores † pœna manere debet
6 *l. crimen 26. ff. de pœn. d. l. 1.* Vnde existimarim, non ineleganter defendi posse, cùm hodiè novo jure nullius bona publicentur excepto majestatis crimine, ea legitimis heredib. ascendentib. & descendentibus; collateralibus verò usq; ad 3. locũ reservari, nõ titulo hereditatis legitimæ, sed quasi portionẽ quandam bonorũ. *auth. bona damnat. C. de bon. proscript* indulgentià quadam fiscus videatur nimirũ inhiare civiũ bonis, *arg. l. cum ratio 7. ff. de bon. damnat.* Econtrà verò cùm relegati retineant civitatẽ & jura civilia, *l. 4. l.*

de in

nterd.& releg. adeoq; etiã & jus testandi & le-
imũ heredẽ.*d.l.7.§.sive.d.l.deportatorũ.8.quo in-*
u Ovid.dixit.*Namq; relegatus,non exul dicor.* Q.
tiamsi relegatus sum, nõ tamen civitatẽ ami-
nec desii civis esse. Etenim propriè is est, qui
iit civis esse,dum peregrinus fieri incipiebat,
leq; olim significabat exiliũ aquæ & ignis in-
dictionẽ.Cic *ad Heren.* Cuj.*obs 25.lib.6.* quam-
am hodiè ἐν πλάτει accipiatur triplici sensu,
undùm Marcianum,*in l.exil.5.ff.de int.& rel.* ex
ergò primus † l. nostræ intellectus facilè de- 7.
omi potest,nẽpe deportationis & relegationis
itentiã in eo differre,q deportationis sentẽtia
ip ipso jure unà cùm civitate etiã bona adi-
t: relegationis autẽ sententia bonã nõ aliter
fiscum transfert, quã si sententia id fuerit ex-
essum. *d.l.deport.8.* Et tunc ita cõstituitur ver-
rũ interpretatio ea sola sententia deportati-
nis, nõ etiã relegationis,aufert ea sc. bona,quę
fiscum pervenerunt. Nec arbitor hanc diffe-
ntiam deportationis & relegationis sublatam
e, quippe ipsi deportato adhuc bona adi-
untur, ne facultatem testandi habeat, & defi-
entib. quibusdã gradib. legitimorũ heredum
huc fiscus succedit. Altero modo hanc inter-
retationem recipit. Ea sola sc.bona deportati-
nis sentẽtia aufert, quæ ad fiscum perveniunt,
õ etiã reliqua. Ad fiscũ tantùm perveniunt † ea
uæ reus habuit, nõ etiã ea, quæ delata sunt vel
unc deferuntur liberis, vel etiã ipsi deportato,
ijus nunc locũ occupant liberi: Vnde *in l.3 ff.*

de in-

de interd. & releg. Alfenus respondet, nihil alii eum qui civitatẽ amittit, juris adimere liberi nisi quod ab ipso perventurũ fuisset ad eos, si civitate mortuus esset intestatus, hoc est, her ditatem ejus & libertos. Quæ verò non à pat vel genere, hoc est, sanguinitate proficiscuntu vel à civitate, hoc est, ex testamento alicujus c vis: vel à rerum natura, hoc est, commercio aliis acquirendi modis tribuerentur, ea mane ejus incolumia. Ratio est, quod nullo jure c

8 vili jura † sanguinis & naturæ dirimi possint, *iura.8.supra hoc tit.* § *fin.instit.de iur.nat.gent.& c.d cum ratio.* Vtraq; expositio per se vera esse, & sul sistere potest, quanquam non sine ratione p steriorem, tanquam verbis magis similem, convenientem veriorem existimaverint.

LEX XCVIII. HERMOGENIANV lib. 4. juris Epitomarum.

Quotiens utriusque causa lucri rati vertitur: is præferendus est, cujus i lucrum causa tempore præcedit.

SUMMARIA.

1. *Legatarii priores an sunt potiores posteris.*
2. *Ius vigilantibus, non dormientibus scriptum est.*
3. *In pari causa conditio possidentis melior est.*
4. *Differentia inter pignus prætorium & conventiona le qua.*

CON

Coniungenda est hęc l. cum *l. fideicommissorum. 11. ff. ut in poss. legat. vel fideicom.* Haent enim eandem inscriptionem *l.* in *l. 95. sup. h. t.* dictum est. Quamvis minima res legata sit el per fideicommis. relicta, tamen si non solvaur ab herede, vel eo nomine caveatur, cùm caeri oportet, in possessionem omnium bonoum, quæ ex ea hereditate sunt, legatariũ seu fieicommissarium legatorum seu fideicommisorum servandorũ causa à prętore mitti. *l. quams. 13. ff. ut in poss. legat. &c. l. 4. ff. ut leg. seu fideicom. omine caveatur*, per quam immissionem conseuuntur jus prætorii pignoris. *l. missio. ff. pro em. l. 3. §. 1. ff. de reb. eorum qui sub tutela. l. qui legat. C. in poss. legat. nomine, &c. l. 2. l. Remp. 4. C. qui potior. pign.* Quæritur ergò, si quidam ex legatariis iissis, posteà quoque alios mittant, an † priores 1
otiores erunt etiam iis in rebus, quæ posteriobus specialiter legatæ sunt? & videntur potioes esse, qui prævenerunt, cùm jus † vigilantib. 2
criptũ sit, *l pupillus 24. in fin. quæ in fraud cred.* Soletq; in pignorib. & hypothecis is potior habei, q prior pignus accepit. *C. qui prior. de R. I. l. in 6. potior. 11. l. seq. Qui pot. pig. l. licèt l. diversis. 8. C. eod.* Prętereà in pari causa † melior est conditio pos- 3
sidentis, *l. in eo 33. sup. h. t. l. in pari. 128. inf. h. tit.* Imò plurib. legatariis missis, quilibet sibi, non alteri possidetur, *l. is cui. 5 § si plures legatarii ut in poss. &c.* Verùm Hermogenianus *li. 4. Epitomarũ.* respondit, si fideicommissorum vel legatorum nomine

unus ante missos in possessioné, eam rem ten
at, qui mihi, qui secundo loco mittor, legata ei
æquiùs esse, ut ego illam rem habeam, non o
stante, q͏ illc prius nactus sit rei possessionem
omnium bonorũ hypothecam. Hoc *in d.l si fid commissorum.11.* duplici similitudine illustrat. P
ma sumitur à fideicõmisso conditionali. Secu
da à creditore petitur. Cùm mihi sub conditi
ne legatum vel fideicommissum relictum ess
antequã conditio existebat, tu cui purum ei
legatũ relictum, ingressus es possessionem e:
stente posteà conditione, legatũ, quod tu occ
pasti, nihilominus mihi debetur, nec ejus p
cutio per tuam possessioné impedietur. Sic si
servandæ causa proprius heredis creditor (sec
enim si creditor hereditari⁹ fuerit, *d.l.is cui.§.a est causa.* ut per ea, q̃ dicta sunt *in l.in eo.33.sup.h.*
missus in possessione esset & rei mihi per fid
commissum, relictæ possessioné adeptus, ni
me per eũ lędi oportere convenit: imò non m
gis, quàm si ab ipso herede eam rem pignori a
cepisset. Rationem hanc fortasse Hermogen
nus subjecit, quia quotiens utriusque causa, &
Licèt 11. possessionem priùs sit adeptus. Causa
tamen meã possessione tua nõ pervenisti, qui
pe causa propter quã rem habere debeo, spec
liter mihi legatũ præcessit tuam possessioné,
tẽpore potior est. Quinimò illud in prætore p
gnore obtinet, ut quo ad commodũ hypothe
ordo obtentę missionis nõ obtendatur, sed ca
sa,

ı,ut si ex pari causa missi sint,cõcursu partes efciant, *l. si facta. §. plures sunt. de damn. infec. d. l. is cui. §. qui prior. l. 2. C. qui pot. in pig. l. cũ unus. de reb. auct. d. poss* Cęterùm objicitur huic reg. *l. sive. § si duos. de publ. in rem actio. l. quotiens. C. de rei vend. l. si ea s 31. §. ult. de act. emt.* in quib. ut traditur eũ prçrri, q primus nactus est possessionẽ, sive à ve- domino, sive à nõ domino, bona tamẽ fide liȅt causa fuerit posterior. Etiãsi ratione inscriionis subtiliter, &c. respõderi posset, aliud in 4
prætorio pignore, aliud in contractib. & contionali pignore, & hanc l. pertinere ad prętoı pignus. Tamẽ ex *d. l. quotiẽs. l. in pari. inf. h. t.* apret hanc regulã ad alios quoq; casus applicari, eoq; distinctione res tẽperãda est. Aut advers se invicẽ plures agunt, quib. eadẽ res vendita l donata, vel promissa est, aut adversus extraũ. Si adversus se invicẽ, tunc possessionis cõtio potior est, licèt causa sit posterior, quoties ır fuerit utriusq; causa. *d. l. in pari. d. l. in eo. 33. sup. t.* prout ibidẽ explicatũ est. Nã si diversa fuet causa, tunc interdum is, qui potior fuit temɔre, interdum is, qui certat de damno vitando otior est. Si verò adversus extraneum semper ręfertur is, cui primò possessio tradita est, quia ujus causa alterius causam tempore prævenit. *l. quotiens. d. l. sive autem. §. si duobus.* Et ita interdum regula nostra fallit, præcedente regula *a. l. in pari.* interdum verò vim suam retinet.

LEX XCIX. VENVLEIVS LIB. XI Stipulationum.

Non potest improbus videri, qui ignc rat, quantum solvere debeat.

SUMMARIA.

1. *Si quid certa die dari vel fieri promissum est, mo statim committitur, si non fiat, quod promi sum est.*
2. *Qui sine dolo ad iudicium provocat, is moram face non videtur.*
3. *Causa cognitio ubi requiritur, ibi quoque prate opus.*

INSCRIPTIO ostendit, hoc responsum : tractatum *de verb.obl.* ubi quidem de mora di putari solet, si quidem si quid non adjecta d promissum est dari vel fieri, tamdiu mora pu gari potest, quandiu lis contestata non est. *l. si i julam l. qui Roma §. Favius. ff. de verb. obl. si cum dies*
1 *ult. ff. de recept. arbitr.* Vbi verò certa die † quid d ri vel fieri promissum est, statim mora commi titur, si non fiat quod promissum est, *l. magna 12. C. de contrah. & commit. stip.* ubi gloss. *l. pecuni ff. de usuris.* Quid an id in diem erit, si reus da paratus adsit, sed vel neget tantum promissun quantum actor asserit, vel ignorat solus aut u terq; quid quemvè debeatur : ita ut opus sit ju dicis autoritate, videbatur adhuc utroque ca morai

ioram factam, & ita pœnam commissam, quip-
e quisque ipse scire debet, quid promiserit, *d.l.*
agnam. & proprii facti injusta est ignorantia,
?.l.5.ff.de iuris & fact.ignor. Deinde si certa dies
ua quid fiat, adjecta est, nisi fiat, quod promis-
m est, utriq; id factum non erit, quod fieri o-
ortebat. *l. qui non fecit. 12.inf.h.tit.* at quoties id
on fit, quod debebat fieri, mora commissa est.
nora.32.ff. de usur. Quinimò moræ semel com-
issæ frustra expectari moræ purgatio, *d. l. ma-*
iam. d.l.traiectitia.§.de illo.ff.de act.& obl. l. 2. verb.
mnimodo. C.de iur. Emphyteut. Verùm *in l. qui sine*
lo. 63.sup.h.tit.& l.si quis solutioni.24.ff.de usur. re-
onsum est, qui sine †dolo ad judicium provo- 2
t, non videri moram facere, quoniam jure suo
itur, & qui hoc facit, nemini facere injuriam
nsetur, *l. si donaturus.9.§.1.ff.de condict. causa data.*
?.§.1.ff.de libero homine exhibendo.l. iniuriarum. §. 1.
de iniuriis. Vnde cùm hanc quæstionem fortas-
supra propositam Venuleius *lib.12.stip.* tracta-
erit, pro ea dicenda hanc subjecit regulam,
on potest improbus, hoc est, in dolo, vel culpa,
el mora videri, qui ignorat, quomodo solvere
ebet & ideo si ad judicium itum fuerit, nihil
ioræ factum arbitramur, ut *d.l.qui sine dolo. d.l.si* 3
uis solutum. Causæ enim cognitione opus erat,
uæ ubi †requiritur, ibi etiam prætore opus est.
omnia quæcunque 71.sup.h.tit. l.ubicunque.105.inf.h.
t. Quod verò autore prætore fit, justè fieri di-
itur *l.non videntur.167.§.1.inf.h.tit.* Quinimò ne-

mo videtur dolo aut fraude exequi, qui ignor causam, cur non debeat petere. *l. qui in iur. 165 § sup. h. t.* Quod si verum est in actore, cur non e iam in reo per *l. favorabiliores. inf. h. t.* Nec obst quod quisq; scire debeat, quid promiserit, qu in dubio verũ est, ubi verò probari potest ign rantia, vel probabilis causa ignorãtiæ, aliud o tinet, propter *l. Arrianus ff. de act. & obl.* Itemq; ignorantia proprii facti affertur. Verum est lucro captando: Secus in damno vitando, quo in proposito casu *l. error. l. seq. ff. de iur. & fa ignor.* Ad alterum argumentum respondetur, a sumtionem veram esse, quoties non potest pr babilis ratio demonstrari, cur quod factum nc sit, sed hoc in proposito casu factum est: erg non obstat. Et deniq; mora purgari nequit, u ea verè commissa est. *d. l.* transjectæ, sed ante d claratum est, moram non esse commissam ab e qui ignoravit quem debebat, nihil igitur cont legis nostræ decisionem operatur.

LEX C. CAIVS LIB. I. REGV-larum.

Omnia quæ jure contrahuntur, con trario jure pereunt.

HVius regulæ interpretatio petenda est e *l. nihil tam naturale. 35. sup. h. tit.*

LE

LEX CI. PAVLVS LIBRO SINgulari de cognitionibus.

Vbi lex duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo primo die venerit, audiendus est. Ita enim & Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescripsit.

SUMMARIA.

In dubio sequendum est id quod mitius est.

Duo menses clauduntur 61. die incipiente, non exacto.

Mensis unus clauditur 31. die incipiente, non exacto.

Quando quid promissum est ante calendas proximas, quomodo illud interpretandum.

An ille qui post 10. menses nascitur, sit heres legitimus.

An is qui septimo mense nascitur, sit legitimus heres.

IN causarum cognitione quinque dilationes ipso jure dantur, quinq; officio judicis & interdum certum spacium expressum est, interdum specialiter temporis mentio fit, *l. oratione. l. n.* ubi Bart. Ias. Imola, & novissimè Costal. *ff. de feriis* & dilationibus *l. ubi idem. C. de dilat.* Quid ergò, si lex in duobus mensib. quid fieri jubeat, quot intelligi hic debentur dies? Sanè leges no-

ſtræ nõ à calendis incipiunt menſem, ſed ex n
mero dierum ſemper 30. dies pro menſe num
rantes, *l. fi . Cod. de iur. delib. l. 3. §. ult. de ſuis & leg*
& ita 60. dies numerandi erunt pro duob. me
ſibus. 90. pro tribus, ut quidam conſtanter aſſ
runt, per *d. l. fin. & l. pater. 30. ad leg. Iul. & de adu.*
Vnde quidam autoritate *βασιλικῶν* hunc te
tum emendare tentant, vocabulum *& primò*, e
pungere. Accedit pro hac correctione tuen
quod omnes dilationes ſint reſtringendæ, n
ampliandę, *l. 1. C. de feriis. l. ſive pars. C. de dilat. l. 2.*
de tempor. appell. Cùm itaq; hæc lex referenda
ad materiam dilationum & aliorum actuum j
dicabilium, magna ratio eſt, cur verba illa *& p
mò*, removeantur, & facilè deſcenderem in h
rum ſententiam, ſi nullum latinũ exemplar e
taret, quo diverſa hęc lectio contineretur, n
eſſent aliæ rationes pro antiqua lectione tue
1 da certantes. Quippe in dubio † ſolemus id
qui quod mitius eſt, maximè in legum interp
tatione, *l. ſanctio legum cum l. ſeq. de pœnis l. ſemper
obſcuris. cum ibi notatis. ſup. hoc tit.* æquitas aut
hoc ſuadet, ut quacunq; ratione apprehenſa, e
cuſemus aliquem à contumacia, ne incidat
pœnã. Itaq; eum qui 61. die venerit inſtruct⁹
agendũ hac communi lectione retenta à co
tumacia excuſemus, magis eſt, ut eã lectionẽ
tineamus. Moveor in primis *l. anniculus. 132. cũ
ſeqq. de verb. ſig.* ex quib. hoc apparet, ꝙ intra
lẽdas intra 10. dies, &c. promiſſio facta incl
dat e

at etiam ipsum diem decimũ, nec finiatur nono die tempus promissionis, licèt verba illa videantur importare. Cui convenit *l.ult. de condit. st.* Similiter si dicatur intra mensem vel duos menses, iste quoq; dies inclusus videtur, quo mensis iste, vel menses isti clauduntur. Clauduntur autem duo † menses 61. die 2
incipiente, non exacto, sicut etiam unus mẽsis clauditur 31. die incipiente, non exacto. Ejus- 3
modi quoque est interpretatio, quando promissum est ante † calendas proximas, quia pro 4
eodem habetur, ac si ipsis calendis promisisset, *qui ante 13. de verb. oblig.* Si ergò hoc in stipulationibus, quæ ut stricti sunt juris, ita quoq; stricte essent interpretandæ, *l.quicquid astringendæ.de verb. obl* receptum est, cur non etiam in legis interpretatione, quæ semper æquo & bono profluet, *l.placuit.C.de iud.l.scire ll. ff.de ll. l. pen.de pœnis.* Duar.*ad tit.ff. de iust. & iur.* Iason *in secunda lectura. l.cunctos populos.num.70. C. de summa trinit. & fide Cathol.* Movet me & autoritas, *l.fin.* §. *1. Codic. de temp. appel.* ubi pro excusanda mora & contumacia, vel ut ita dicam, ne propter negligentiam tempus inducendæ & persequẽdæ appellationis amittatur & fatalia labantur pro tribus mensib. numeramus 93. dies, ut si tertio die adhuc venerit trib. mẽsib. illis elapsis, audiatur. Movet me quoq; quod ICtus Paulus hic *in fin.* specialis duorum Impp. scilicet Antonini pii & filii ejus M. Antonini Philosophi, qui 7. annis

cum patre imperium tenuit (vel ut alii hic lege re volunt, Antonini Philosophi cum fratre su scilicet L. Vero vel Severo, qui cum fratre su per 11. annos imperium tenuit,) constitution faciat mētionē, quæ procul dubio aliquid quo ambiguū videbatur, decidere voluit, cū sempe ll. de dubitabili casu loquantur, *l.4.de reb.dub.* § autē specialiter de 60. dieb. Impp. illi rescripsil sent, idē constituissent, quod nunc ante notur erat. Vt igitur eorū cōstitutio nunc non sit sin fructu, magis est ut cōmunem lectionē retinea mus, nempè quoties lex duorum mensiū faci mentionem, nec exprimit, quot dies pro isti mensib. numerādi, ut interpretemur 61. die in cipiente tandem finem adesse & hoc die finiri Non obstat *l.fin.C. de iur.delib.* quippe constitu tio illa exprimit, quod velit duos menses de 60 dieb. tantū interpretari, ut computentur à mo mento ad momētum, & proculdubio ideò ho expressit Iustin. ne pertineret ad regulam huju legis, sed cōstitueret ejus exceptionem. Lex au tem nostra loquitur de dubia dispositione, h.e quando lege dierū numerus nō est expressus, u ipsa verba arguunt. Quod ex *d.l.3.§.fin. de suis & legit.* affertur. Multò minùs obest quæstio de parte post obitū alicuj⁹ ex uxore nato movetur

5 an legitimus † sit heres, qui post 10. menses na scitur? iterum rursus an is qui 182. h.e. paucio

6 ribus dieb. quā septimo † mense nascitur? De priore respondet ICtus post 10. mensem à die mortis

ıortis paternæ non esse legitimum. Sed qui se-
timo mense paucioribus.etiam dieb.seu quibus-
ım detractis nascitur, autore Hipocrate rectè
ıasci. Natura n. citius partum producit & ma-
ırare nititur, nō adeò retardat ultra decimum
ıensem: An verò specialiter de 30.dieb. inter-
retari debeant decē isti menses, ICtus non ad-
it, quanquā existimarim, quatuor vel quinq;
ies his decem mensib.addi posse, sed non ultra
ecendiū progrediēdum, ut si iis subitò elapsis
artus ederetur, meritò haberi debeat, pro ille-
itimo. Nam hoc accidisse quandoque multis
emnius, & quidam alii exemplis probant, nec
atio deest, magis n.partus solari cursu modera-
ır, quā aliorū syderum. Sed sol in omnibus si-
nis cœlestib. & syderibus per aliquot horas &
ıinutas ultra 30.dies moratur. Vnde videmus
uibusdam mensib. solarib. adhuc unum diem
djici ultra 30. dies. Atque ita textui illi dubio
agile contrahunt textum *l. nostra* expressum,
npugnatio assumitur. Item quod ad *d. l. pater.*
ttinet, sciendum est similiter *l. Iuliani*. non mē-
ūm fecisse mentionem duorum, sed tantum-
ıodo 60. dierum, ne legi nostræ locus esse
ossit de autoritate Βασιλικῶν ignorandum non
st, eam talem nō esse, ut quæ certa sunt proba-
ilemq; habēt interpretationem, nec diversam
ı aliquo exemplari lectionem recipiunt, ever-
ere queant, quoniam ita demum probabilem
ationem, si conveniant cum diversis quibus-
ıam lectionibus diversorum exemplarium,

proba-

probabilemq; pro se habeant rationem. Qui cùm in hoc casu textus non eveniat, autorit tem earum non adeò necessariam existimemu ut à lectione recepta recedamus. Deniq; quo de dilationib. affertur, verum quidem regulai ter: sed tamen ex æquo & bono propagari p tius possunt, quàm minui, per *l. 2.* ubi Bart *num. 2.* Ias. & Duar. *ff. de re iudic.*

LEX CII. VLPIANVS LIB. I. ad Edictum.

Qui vetante prætore fecit, hic adversi edictum fecisse propriè dicitur.

SUMMARIA.

1. *Verbum facere etiam non facere includit.*
2. *Qui non fecit, quod facere debebat, hoc interdit tenetur.*

EX inscriptione *l. 4. de iurisd. omnium iudic. un. ff. si quis ius dic. non obtemp.* satis lique Vlpian. *in lib. 1. ad edict.* ex quo hæc lex deprom ta est, disseruisse quæ ad officium jus dicent pertinent, nempè jubere, cavere, prætoria st pulatione in possessionem mittere, *d. l. 4.* Iud cem dare, *l. 5. ff. eod.* bon. possess. concedere, *l. 1.*, *eod.* formulam agendi, excipiendi, judicãdi pra scribere, *l. 1. l. fin. C. de form. & impet. act. subl.* § *fi insti*

tit.de interdict. Et ita ordinariè dicebatur agi, ui ordo judiciorum hodie sublatus est, §. *1. inst. success. subl. quæ fieb. per bon. vend. vers. quando iudi- ordinaria.* per constitutionem Divi Constan- ni, *d. l. 1. C. de form. & impetr. act. subl.* Sicut autem is pœna præstituta est, qui non obtemperant s dicenti, si quid fieri jussit: ita quoq; qui id fa- unt, quod facere prohibiti erant, pœnam ex- ctabunt, *l. uni. ff. si quis ius dic. non obtem. l. qui non cit. 121 infr. h. tit.* nam facere † etiam non facere 1 cludit. Cuiac. post Bart. in *l. 2 de verb. obl.* & ib. f. *in §. fin.* qui adversus sententiam fecerit, ille oc fecerit, quod vetitum erat fieri, *l. adversus. de cept. arb.* Et novi operis renunciatione, quæ à ætore introducta est. §. *prætoria. inst. de div. stip.* . §. *in operis. l. de pupillo.* §. *meminisse. de nov. operis unc.* vel per jactum lapilli, id est, abjiciendo iquid ex opere isto. *d. l. de pupillo. §. meminisse. 1. § item Labeo. l. vim facit. 20. Quod vi aut clam.* artol. & Iason *in d. l. 1 § in operis. & in d. §. memi- sse.* Azo *in summa sua. Cod. tit. de nov. oper. nunc. umero secundo & tertio.* si pergat nondum re- issione facta, *l. unic. ff. de remiss. vel cautione inter- osita l. ait prætor. 20. de nov. oper. nunc.* ædificare, atur adversus eum interdictum de eo quod dversus edictum factum est. *l. 5. §. si fortè. l. si o- us. l. ædibus. l. prætor ait. l. pen. l. ult. de nov. op. nunc.* Quod interpretandum de interdicto quod vi ut clam. Nam hoc datur de opere restituendo eddere juncto. §. *præcedenti.* in verbis fuerit trans-

transeundum ad interd.de nov.oper.nun. *l.1.§ item Labeo d.l.vim fecit.20.quod vi aut clam.* Malè r quidam illa verba, *Quod adversus edictum factũ est* interpretantur de aliquo singulari edicto, e quo interdictum competebat, quod hodie no extet, cùm ipsam interpretationem in aliis tex
2 tibus habeamus. Hoc igitur interdicto † te netur, qui non fecit, quod facere debebat, ho est, ædificare non abstinuit, quia vetante præ tore ædificavit, & ita in edictum incidit. E his nata est hæc reg.l.nostræ, *qui vetante prætore.*

§. 1.

Ejus est actionem denegare, qui poss & dare.

SUMMARIA.

1. *Præparatio ad litem fit in iure, non in iudicio.*
2. *Eius est actionem denegare, qui potest & dare.* nu quinto.
3. *Verbum dare facere, & non dare non facere inclu dit.*
4. *Eius est condemnare, qui potest absolvere.*

1 PRÆPARATIO † ad litem fit in jure, non i judicio, *l. pen. ff. de iust. & iur.* In jure fiu ea, quæ ante litem contestatam coram præto re, vel eo, qui jurisdictioni præest, sedente pr tribu

ibunali peraguntur. In judicio, quæ ab ipsâ is contestatione. *l. sed et si. 26. §. si ante. de petit. ered. l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi.* Cuia. *serv. 21. libr. 9.* Geil *observ. 74. lib. 1.* Et quidem ocatione in jus facta cautio, neque de judicio ti interposita à reo die eveniente reus ad al-um prætoris deducebatur ab actore, qui de-onstrabat, qua actione esset acturus, ut ser-um deliberaret, cedere ne, an contendere vel-t. *l. 1. de edendo. l. edita. Cod. eod.* Et si haberet ex-ptiones declinatorias fori, eas proponeret. eliberatione habita, rejectisque exceptio-bus declinatoriis prætor aditus formulam litæ actionis negotio summario cogente pre-ribebat, & judicem dabat, secundùm perpe-i edicti formam, qui pollicebatur se actio-em daturum. Quid ergò, si sentiret actionem litam negotio non congruere, vel iniquam se actoris postulationem, an non actionem oterit denegare? Videbatur non posse, cùm e danda actione edixerit, minimè verò de non anda. Cæterùm ICtus hic respondet: *Eius esse tionẽ † denegare qui possit & dare.* Quasi dicat, qui 2
ollicere se actionem daturum, idem quoque à ontrario subintelligit se denegaturũ, scil. si ju-a causa suadeat. Ratio eadẽ est cum hujus legis rincipio, *Cùm dare, facere,* † *& non dare, non face-* 3
includat. Quinimò sicut ejus est † conde- 4
inare, q potest absolvere, & è contra: ita quoq; j' † actionẽ denegare, qui dare potest, *l. nem. 37.* 5
supr.

supr. h. tit. Nam quæ ibi dicta sunt, hic quoq; repetenda. Pertinet igitur hoc quoq; respo. sum ad officium jus dicentis, & quidem ad ctionum formulas.

LEX CIII. PAVLVS LIB. III. ad Edictum.

Nemo de domo sua extrahi debet.

SUMMARIA.

1. *An quis è domo sua in ius vocari possit.*
2. *Casus non expressus pro omisso habetur.*
3. *Prætoris autoritas minimè spernenda.*
4. *In ius vocatio de veteri iure quæ dicatur.*
5. *Vocabulum, domus, quomodo hic intelligendum.*
6. *In ius vocare sæpè idem dicitur, quod citare.*
7. *Reali vocatione in ius hodie cessante, an nunc per præconem voce, vel per edictum quis in sua do. invitus citari possit.*

EX eod. *lib. 1.* Pauli ad edictum desumpta e *l. 19. l. 21. de in ius voc.* in quibus legibus cu Caio *in l. plærique. 18. ff. eod.* hanc eandem l. nost quæstionem tractat, scilicet an quis è domo s
1 † in jus vocari queat? Quod affirmandum debatur. Primò, quia edictum prætoris qu quasdam personas omninò vocare in jus pr hibebat, de quib. *in l. 2. de in ius voc.* quasdam ve non aliter permittebat vocare, quàm causa c

gn

nita & venia petita. De quibus *in l.4.& 5.ff.eod.* ihil de domo edicebatur: Illius enim generis int consules, prætores & reliqui magistratus, ui in carcerem duci jubere possunt, pontifices um sacra faciunt, judex dū causam cognoscit, ui uxorem ducit, qui funus deducit, &c. *d.l.2.* *l seq.* Hujus generis sunt parentes, patroni, orumq; liberi, *d.l.4.cū seqq.* nullibi domus mē o fit in prioris edicto. At casus † nō expressus ro omisso habetur Bart. *in l.si mater.C.de inst.& bstit.sub.condit.fact.per l. fin. C. de his qui ven.ætat. np.* Ergò & hic casus pro omisso haberi debet. Deinde in jus vocatio videtur actus judicialis, t quis coram prætore compareat juris experiundi gratia, *l. 1.ff.de in ius voc.* cujus autoritas mimè † est contemnenda, *l. un. ff. si quis ius dicenti ō obtemp.* sed hoc fieret, si cuiq; liceret domi latare, *§ si verò semel. Nov. de exhib. & introd.reis.53. ll.5 l. Fulcinius. §. cum hoc. §. quid sit. §. adeò. Quib. e causis in poss. eatur.* Præterea *in l. 4. §. toties. de mn. infect.* proditum est, licere libellum citaonis ædibus affigere, *& in c.1 extr. de don. & con. im.* rescribitur, posse denunciationes ad domum mitti, receptis vestibus. Quarto gloss. *in l. plerique.* adducit textum *in §. si verò qui comrehensorum. Nov.134. ut nulli iudic. &c. coll. 9.* quo onatur probare criminosos homines è domo ua extrahi posse: Sicut etiam fiscales, per *l. 2.ubi l.c.extat de mand. trib. lib.10.* Bartol. *in l. placet. commun. 5. C. de sacrosanct. Ecclesia.* Publica enim id

utilitas ſuadere videtur, cùm ut delicta punia-
tur, *l. ita vulneratus. ad l. Aquil.* tum ut nervis, ſc
licet fiſci divitiis, Respubl. conſervetur. Erg
è domo ſua in jus quis vocari poteſt. Cæt
rùm his non obſtantibus, moribus, & interpr
tatione diverſum placuit, ut ex *hac l. & d. l. pl
rique. cum ſeqq. de in ius vocando.* liquet. Præt
enim voluit alicui vim fieri, naturali ratione c
trarium ſuadente, *argumento l. 2. Cod. de in ius v
cando.* Sed naturalis ratio dictat, ut quisq
tutiſſimus ſit, in domo ſua, *d. l. 19. d. l. plerīq.*
igitur contra naturalem rationem quis in ſ
refugio vim patiatur, juſta ratione ex mēte pr
toris obtinuit, ne quis de domo ſua in jus tr
heretur. Nec obſtat non expreſſum pro om
ſo haberi, quod in ambitioſis & odioſis. V
rum eſt, ut in iis, qui non habent eandem ide
titatis rationem: Secus verò in favorabilibus
quib. eadem eſt æquitas, ſicuti hoc caſu Ebe
à Middelburgo *in Top. legal. in loc. 101. ab æquip
lentibus. num. 14. verſ. alia & tertia.* per *d. l. ſi mate
ſcire leges. ff. de ll. C. unicum de allodiis in uſib. feu*
Quoad ſecundum objectum attinet: antiq
in jus vocandi conſuetudo ignoranda non
4 ut citatione diſcernatur. In jus † vocatio v
teri jure nihil aliud fuit, quàm rei ad tribu
prætoris vel jus, qui jurisdictioni præerat, d
ctio modò violenta, modò non violenta. Vi
manus injectio dici ſolebat, *l. 1. & 2. Cod. de in
voc. d. l. 1. ff. eod. tit. C. ne quis in ſua cauſa ius dic. eac*

cx

xpediebatur ignorante etiam magistratu, mo-
ò per conventionem de certo die sistendi,
ıodò per manus injectionem, quando nimi-
ım reus reluctabatur. *l. de die 8. ff. qui satisd. cog.*
'uiac. *obs. 10. lib. 10.* Hinc formulæ illæ in jus ra-
:re, in jus trahere, obtorto collo ad tribunal
:rtrahere, in jus ducere, &c. Vnde ne quibus-
ım personis injuriæ, quædam prohibitæ sunt,
ıt omninò nō vocari, aut causa deniq; cogni-
, ut supra dictum est. Quæ ratio cùm etiam ad
ım, qui in domo sua vivit & continetur, (do-
ū † autē intelligimus, ubi quis nō tantum fa- 5
ilia habitat, vel q̄ proprietate cujusq; est; sed
omiciliū quod liber, sive propria sit, sive con-
ıcta, sive gratis cōcessa, sive hospitio receptus,
odò in hospitio illo domicilium figat, h.e. ad
mpus aliquod diuturnum consistat. *l. lex Cor-*
lia 5. §. domum. ff. de iniuria. l. 1. §. habitare. l. si ve-
5. §. 1. cum seq. ff. de his qui effuderunt vel deiece-
nt) redundaret, effecit, ut domus habere-
r omnium tutissima, nec licere inde quem
vitum & reluctantem extrahere, quamvis il-
denunciatio fieri poterat, vel etiam conven-
o de certa die sistendi, sed in jure, quippe ni-
l atrocitatis vel violentiæ habent. Citatio e-
m mandato judicis fiebat ad eum, quem ju-
cio, h.e. coram pedaneo & judice dato sisti o-
ortebat in quocunque termino & actu judi-
ali. *l. de uno quoque. ff. de reb. iudicata. lege prima.*
de exhiben. & introduc. reis. l. ultim. Codice eodem.

l. ult. de in ius voc. & hæc quidem expediebatu per prçconem, aut per edictum, non per ipsum actorem. *l. & post edictum cum seqq. ff. de iudic. l. 8 ff. de restit. in integr.* Duar. *cap. 1. & 7. disputat. lib. 1.* Redactis autem judiciis ordinariis per constitutionē D. Constantini *in l. 1. & 2. C. de for. & impetr. act. sublat. l. fin. C. qui admitti ad bon. poss.* ad extraordinariam formam, quam hodie quoque sequimur, distinctione quidem juris & judicii quo ad modum procedendi, manente, scrupulositas verborum sublata est & sæpè idem dici-
6 tur in jus † vocare, quod citare. Sed in interpretandis ll. vetustas exploranda est. Ex his igitur 1. constat, in jus vocationem olim non fuisse actum judicialē, citationem fuisse. Deinde citationem ad domum fieri potuisse, & quidem in domo, modò in domum nō introiretur, pe *§. non solum. inst. de in iure. l. 2. C. quom. & quādo quarta pars bon. lib. 10. l. qui in domum 23. ff de iniur.* Aliā ædib. citatio affigenda erat, *d. l. 4 §. tot. ff. de dam. infect.* Quod de criminosis & fiscalibus debitoribus affertur textu fundatum non est, quippe *d. §. si verò. quis compreh.* loquitur quidem de comprehendēdis reis ac remittendis ad locū delicti domus tamen non meminit. Nec existimo æqualem esse rationē comprehensionis in ædib. & remissionis ad aliam provinciā, cùm hæc fieri debeat propter faciliorem probationē & exemplum. Similiter *d. l. 2.* non probat Bart. intētionem, cùm tantū hoc tradat, ne quis propte

debitum

ebitũ fiſcale incarceretur, cur ergò in propria
omo deprehẽdetur ac vi extrahetur? Reliqua
iã quæ in eod.tit.*de execut.mittendu* traduntur,
on ad perſonæ præſenſionẽ: ſed ad debiti exa-
ionẽ ſpectant, ut eum omnib. bonis exuant,
ui fiſco debitor eſt. Quare etſi in criminoſo
nquã ſpeciale admitterẽ communem opinio-
em, falſam tamen eã exiſtimarem in debitore
ſci. Deniq; circa hanc l. quæri poteſt, ceſſante
odie reali vocatione in jus, an nunc per præco-
em † voce vel per edictũ poſſit quis in ſua do- 7
o invitus citari? non niſi aditus præbeatur.
icèt n. ſolennitas ceſſavit & violenta abducta
foro receſſit: reverentia tamẽ & l. habitatio-
s adhuc durat, nec injuria caret, qui invito in-
bitante alterius domum ingreditur, *d.l.qui in*
mum.23. Quare ante ædes præco voce vel af-
xis literis citationem expediet, ſecundũ Bart.
Iaſ. & noviſſimè Coſtal. *in d.l.plerią.* Quem
odum exequendi citationem plenè deſcri-
t Noë Meurer. & Nicol. Ciſnerus *in 1.part.*
dinat.Cam.tit.38. Wie vnd welcher geſtalt ein je-
r Bott die Proceß exequiren/ vnd derhalben Re-
tion thun ſoll. Quem etiam modum ſequi te-
entur immatriculati Notarii, executionem in
ſuſcipientes, ut idem Noë Meurer, & Nicol.
Ciſnerus *in d.parte 1.ordinat.Cam.tit.39.* Von
den Notarien/welcher geſtalt ſie exe-
quiren ſollen/ tradunt.

LEX CIV. VLPIANVS LIB. II. ad Edictum.

Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est: præponenda est causa existimationis. Vbi autem æquiparant famosa judicia, & si summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt.

SUMMARIA.

1. *Maior actio minori præponitur.*
2. *Actio famosa, pecuniaria maior, tamen sunt æquales*
3. *Actiones aut sunt famosæ, aut non famosæ.*
4. *Famæ integritas omnium rerum æstimationem excedit.*

IN *lib. 2. ad edict.* Vlpian. de formulis action. & except. dandis tractasse verisimile est ex *l. 1. ff. de except. rei iud. l. 3. ff. de verb. sign. l. fin. ff. de off. præfect. urb.* in dandis actionibus plurib. ex eodem facto resultantibus, quæ omnes apud prætorem edi possunt. *l. cum ex uno* juncta. *l. plura delicta. ff. de act. & obl.* non est levis quæstio, quæ præferendi
1 ratione majoritatis. Etenim major † actio præponitur minori. *l præt. edixit. §. 1. ff. de iniur. l. ult.* C. *de ord. iud.* ut si ad eundem tendant, una per alteram tollatur §. *in summa.* ubi Schneidw. eleganter. *institut. de injur.* Nec ita per minorem

major

najori fiat præjudicium, *l. unic. Cod. quando. crim. action. praiud. civ.* Neque minor actio movetur, lum speratur major. *l. per minorem. ff. de iudic. l. ei minoris. ff. de minor.* Quæritur ergò, quæ sit major, quæ levior? Respondet hic ICtus semper famosam actionem † quamvis pecuniaria 2 majorem esse, sed ipsas famosas actiones invicem esse æquales. Omnes actiones † aut famosæ 3 sunt, aut non famosæ. *l. 1. ff. de his qui not. infam.* sed ipsas famosas actiones quanquã etiam pecuniariam persecutionem cõtinere certum est. Quid ergò? Si eo feratur famosa actio concurrens cum non famosa. Hæc continet summam pecuniæ 100. illa vix 10. Vtra erit major? Sanè famosa erit major, non hæc: quid si utraque sit famosa, sed ex una pœnæ nomine 10. ex altera 30. præstari debent; An summæ ratio haberi debet. Nequaquam, utrobique ratione infamiæ paritas est. Sed judicia non famosa sola concurrentia ea paria sunt, quæ parẽ continent summam. Cujus verò summa exceditur minus est, ratio hic subjicitur, qa famæ † integritas omniũ rerum æstimationem 4 excedit, adeò ut vitæ soleat æquiparari, nullo precio æstimanda, *l. iust. ff. de manum. vind.* Cùm gravis sit cuiq; cõtemptus sui, Duar. *in pr. tit. de iniur.* ut meritò iste crudelis censeatur qui famã suam negligit. *Canon. nolo. versic. qui confidens. 12. qu. 1.* exempla quamplurima adduci possunt. Sic petitio hereditatis, quæ est universalis, ꝑfertur

rei vindicationi, quando in idē concurrere poſ- ſunt, *l. ſi poſt litem. ff. de except.* Sic fundi vindica- tio præfertur ſervitutis vindicationi, ne illi per hanc queſt. ſpecialiorem prejudicium fiat. *l. fun- dum. l. fundi. ff. con.* Rurſus rei vindicatio præfer- tur communi dividundo judicio. *l. 1. ff fam. her- ciſc. d. l. fund.* licèt n. utraq; actio ſit de univerſo plus tamen eſt in petitione hereditatis, quàm familiæ herciſcundæ judicio. Rurſus actio furti præponitur petitioni hereditatis, & libertatis cauſa preponitur actioni furti. Cùm ſtatus cau- ſæ non tantùm in dubium vocet exiſtimatio- nem ipſam, ſed etiam cauſam, originem & fi- nem omnis exiſtimationis, *d. l. ult. C. de ord. iudi.* Cæterùm quoties pares ſunt actiones; ord non ſpectatur *l. noſtra.* & hæc vera eſt hujus interpretatio. Qui verò de ſolutione exem- plificant, neque d. inſcriptioni, neque verb hujus reſponſi ſatisfaciunt. Quanquam enim per ſe etiam vera ſunt, quę ex *l. ſi quid. 70. l. cum e plurib. 97. ff. de ſolut.* afferuntur, nempè, ut ſi qui debeatur ex famoſa cauſa, & aliud ex non fa- moſa cauſa, cenſeatur id ſolutum, quod ex fa- moſa cauſa debebatur: tamen ubi paritas eſt i debitis, ibi circa ſolutionem ordo ſpectatur, ad eò, ut ſemper id, quod antiquius eſt, ſolutum credatur. *l. 5 ff. de ſolut* Quod cùm hujus le- gis verbis finalibus pugnat, ut ex modo dictis vi- dere eſt.

LEX CV. PAVLVS LIB. I. AD Edictum.

Vbicunq; causæ cognitio est, ibi prætor desideratur.

IN *lib. 1. ad edictum* Paulum tractasse de magistratuum jurisdictione, ejusq; effectu, liquidum ex *l. fin. ff. de iurisd. om. iud. l. 4. ff. de feriis. l. 2 ff. si quis in ius voc. l. 1. de in ius voc. ut eant, &c.* Cùm itaque tractaretur de in jus eundo, quærebatur, in quibus causis id obtineret? Respondit Paulus, ubicunque causæ cognovit, &c. Sed de hac Regula satis actum est *in l. omnia quæcunque 71. supra hoc titul.*

LEX CVI. PAVLVS LIB. II. AD Edictum.

Libertas inæstimabilis res est.

SUMMARIA.

1. *Libertatis æstimatio est infinita.*
2. *Fama omne pretium excedit.*
3. *Libertas omnibus rebus est favorabilior.*

IN *lib. 2. ad edictum* de formulis actionum egit, ut videre licet *in l. 6. ff. de iurisdict. om. iud. & l. 5. ff. de verb. sig.* Cujac. & Duar. idem attestantibus. Editis actionibus satisdationes etiam exiguntur à procuratoribus rem ratam haberi, &c. Si

itaque quis à procuratore quodam status quæstionem patiatur, qui exigat cautionem rem ratam haberi, procurator diligenter cavebit, ut certam aliquam quantitatem promittat. Si quidem libertatis † infinita est æstimatio *l. non est singulis. §. infinitum. infra h. tit.* quia neq; pecunia neq; alio quovis modo æstimatur, *l. 9. §. ult. ff. de stat. lib.* neq; luitur, neque reparatur. Vnde cùm certa quantitas expressa erit, infinitā taxationem metuet is, qui cavit necesse est *l. procurator. 8. §. quis à procurat. ff. rem ratam haberi.* Potest etiā hoc responsum accommodari ad *l. si in duab. 104. sup. h. tit.* Nam ibidem cùm quæstio esset, quæ actio apud minor. Credebatur quæstionem status seu libertatis omnium gravissimam haberi, ut adeò etiā famosis actionibus præferatur, *l. pœn. & ult. C. de ord. cog.* Ratio est, quod libertas sit inæstimabilis, & licèt fama quoq; omne † excedat precium, tamen nisi status quæstione, præter famam etiam caput civis Romani in periculum veniat ut eo amisso pro mortuo habeatur. Quæstio status omnem omnino æstimationem excedit tum famę, tum vitæ, nec movet, quod famę causa etiam vita æquiparetur. *in instit. ff. de mand. vind. l. isto. ff. quod met. causa.* Fama tamen non statim ipsa quasi vita ademta est, sed qui in servitutem redigitur, utrūq; amittit. Cæterùm hæc infinita libertatis æstimatio afficit, ut quam plurima pro libertate privilegia sint introducta. Nam & in his ibi pro libertate respondetur *l. in obscuris. 169. inf.*

inf. & l. quoties 20. sup. h. tit. Item ne post quinquenniũ à die mortis alicui status quæstio moveatur. *l. ult. C. ne de stat. def. post quinq.* Et deniq; libertas † omnibus rebus favorabilior est. *l. 1. 22. libertas inf. h. t.* ut propter causam sæpè à juris regulis recedatur. Exemplum *in l. intro partes. 38. ff. de re iud.* Regula est, ut si pares numero sint judices in contrariis sententiis de eadem relatis, utraque sit in pendenti, donec una à superiore confirmetur, *l. duo iud. 28. ff. de re iud.* at in causis libertatis, si pares numero fuerint judices, dissonas sententias proferentes ex constitutione D. Anton. Pii potior, quæ pro libert. obtinet *d. l. intro partes. 38. ff. de re iud.* 3

LEX CVII. CAIVS LIB. I. AD Edictum provinciale.

Cum servo nulla actio est.

LIBRO I. ad edictum provinc. Cajus similiter de magistratibus, de actionum formulis, de in jus vocando & similes tractavit, ut ex quam plurimis responsis liquet. Item de jurisdict. omnium jud. *l. fin. quod quisq; iur in ult. stat. l. 1. si quis iud. sent. l 10. ff. de eod.* Quæstionis est, an servo recto detur actio, an in jus vocetur, &c. Respondetur cum servo nullam esse actionem l. nostram, & nec in jus vocari posse nec illi actio dari potest. Reliqua quæ ad hanc l. spectant, repetenda sunt ex *l. in personam. sup. h. tit.*

LEX

LEX CVIII. PAVLVS LIB. IV. AD Edictum.

Ferè in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur.

SUMMARIA.

1. *Æquitas ſcripta ex contraria lege non eſt quærenda.*
2. *Ruſticitas & inconſulta iuventutis facilitas æquiparantur.*
3. *Pupillus doli capax, & furti & iniuriæ tenetur.*
4. *Quinam dicuntur doli capaces.*
5. *Imprudentia an & quando excuſat.*
6. *Error facti ſemper excuſat.*
7. *Senectus eſt delirans quædam infantia.*

IN *lib.4. ad edictum* Paulus diſſeruit de in jus vocando, ut arguit inſcriptio, *l.5. 7. 9. 11. ff. de in ius vocando.* Quæſtionem movet Paul. *d. l. quamvis.* *ff. de in ius voca.* Anne ſuccurratur illi, qui contra edictum in jus vocavit? videbatur quod non quia edicti verba non patiuntur ejusmodi limi-
1 tationem, neque æquitas † ſcripta ex contraria lege quærenda eſt, ſecundùm quosdam Dd. *in l. placuit. 8. C. de iud.* Neq; etiam ruſticitati paretur ſi contra edictum quid factum fuerit, *l.2. C. de in*
2 *ius vocando.* Ruſticitas autem & in conſulta † juventutis facilitas æquiparari ſolent: ſed Paulus reſpondet, quamvis non adjiciat prætor, cauſæ

cogni-

ognita se pœnale judicium daturum: Labeo-em tamen existimasse, moderatam esse juris-ictionem, veluti si pœniteat libertum, & a-tionem remittat, vel si patronus vocatus non enerit, aut si non invitus vocatus, licèt edicti erba non patiantur, hoc est, edicto, non ipsis erbis exprimatur mens, tamen patitur, hoc est, xprimit. Non conatus sive effectus regulari-er nihil operatur, maximè in iis, in quibus fa-tum ipsum delictũ est, magis quàm consilium e faciendo *l. cogitationis. ff. de pœnis.* Nec ita ob-at, quod non ex quibusdam Dd. allatum, ut ontrà nulla æquitas sit extra legem scriptam, ui manifestè Paulus contradicit, & rectè tan-uam erroneũ à Duareno notatur, *in tit. de iud. & in tit. de iust. & iur.* puto huic responso anne-um id quoque fuisse, quod hac lege contine-ur, nempe in hoc pœnali judicio etiam ætati & mprudentię succurri, quoties pœniteant & de-ictum agnoscant ii, qui minores calore ætatis vel imbecillitate ejus errore non dolo in jus vo-arunt eos, quos vocare nefas erat, & ut dolum xcluderet, adjecit vocabulum *ferè.* Nam & pu-pillus doli † capax & furti & injuriæ tenetur, *l.* 3
impuberem. de furtis. l. pupillus tertium inf. h. t. l. 3. §. primaverba. ff de sepulchro violato. Qui autem sint † dolo capaces, definitur *in dict. l. pupillus.* nempe 4
qui sc. pubertati proximi, proximi autem pu-bertati quinam haberi debeant, proximè decla-ratum est, & *in l. negotiis. sup. h. t.* Arbitrio enim ju-dicis

dicis relinquitur, qui ex majoribus & versuti animi vera judicabit. Item multò magis in mi nori obtinet, & senes quid dolosè fecerint; Ita que in hac lege conjungit ætatem & impruden tiam: Nam si non imprudentia sed fraudulen tia machinationem deliquerint, nihil eos juv ętas. Hinc minor propter delicta, quę animi de stinatione fiunt, quale est furtũ, rapina, &c. no restituitur in integrum: *l. si ex causa.* §. *nunc viden dum. l. Auxilium. ff. de min.* Nec resistit, quod Vl *in d. l. auxilium. ait* utiq; in atrociorib. quasi no atrocioribus sit restituendus. Quod falsum e quippe vocabulum illud utiq; interpretatur. d. maximè non quod idem non sit in levioribu delictis, sed quod multò difficilius succurratu illi in atrocioribus. In cæteris autem causis, qu non specialiter delicta sunt, sed pendent ex ju ris ignorãtia, quoties pœnales sunt propter e rorem & imprudentiam, ętati succurritur, *l. 2. si adversus delict. leg. regula.* §. *ff. de iuris & facti ign.* Exemplum *in d. l. 2.* Mater minor annis, quæ tu trix liberorũ erat ad secunda vota transiens, ju ris ignorantia tutorem non petiit filiis suis, pro pterea & jus succedendi & alia jura amittat, p tit restitutionem in integrũ. Hæc adversus pœ nã restituitur, propter inconsultã ætatem, qu juris ignorantia lapsa est. Aliud exemplum est minore, qui falsum testimonium dixerat, in qu sibi legatum erat relictum, nec obtinuit. H ætati & imprudentiæ succurritur, ut nihilom

n

is legatum possit petere, *leg.5.§.ætati.ff.quibus ut lig.* Quandoquidem etiam imprudentia sola † 5
cusat. Quando nimirũ imprudentia non pro
meritate inconsulta, sed pro casu fortuito ac-
pitur ut *l.aut facta.§.eventus ff.de pœn. l. item si ob-
trix.9.§ final. vers.sed si eum alii.leg.item Mela.1.in
in.ff.ad leg. Aquiliam.§. Item si tutor, instit. eod.*
mile igitur est, si quis eum in jus vocaverit,
iem vocare licebat, si casu hoc fecit, quia exi-
mavit aliam fuisse personam. Error enim fa-
i est, qui † semper excusat. Porrò quod dictum 6
t aliquando excusari ratione ætatis & impru-
ntiæ non statim pœniteat, per *d.l.quamvis & l.
stra.* id non infringitur per rationes in contra-
ũ adductas, quarũ prima autoritate Pauli ex-
osa est. Quod ad alterum attinet ex *d.l. 2.C. de
ius vocando* allatum respõdetur: Etsi satis stoli-
a sit rusticitas jus ignorare, ut propterea ætati
x succurri debeat, tamen cùm feminæ secun-
ùm juventut. *l.feminæ.ff.de iur.& fact.ignorantia.*
Non erit iniquum ætati & imprudentiæ simul
iccurrere: ætati quidem soli quoties omnino
idicio destituitur, sed non soli imprudentiæ
iris. *l.1.C. de iurisdict.* matri inter pupillum, ni-
in quibusdam casibus, in quibus etiam rusti-
itati parcitur, *l.1.facul. 51.adulterium.§.stuprum.§.
unquam.ff.de adult.l.si quis.§. d. doli. ff. de iurisd.om.
ud l.1.§.fin.ff.de edendo.* Cùm itaq; hic & ætatẽ &
mprudentiam conjungamus, argumentũ à ru-
ticitate ad ætatem hoc casu non procedit. De
sene

sanè dubitatur, an ad eum quoque sit hæc regu
la extendenda. Nam nihil de eo aliud proditu
invenitur, quàm quod levius puniatur peccan
quàm juvenis *l. 2. ff. de term. moto.* Vnde prod
tum est, ut à juvene quæstio inchoetur. *l. ex lit*
15. §. 1. ff. de quæst. Vnde Cujac. hic Accursium r
prehēdit, quasi malè trahat hanc l. ad senem d
lirantem. Verùm si levius punitur juvenis, e
ergo non gaudebit excusatione, uti juvenis ga
det. Arg. à majore ad minus. Ne dicam senect
7 tem † delirantem infantiam quandam esse; o
mnib. nam judicii nervis dissolutis, meritò i
tur miseratio ætatis in senibus locum habebit

LEX CIX. PAVLVS LIB. V. AD Edictum.

Nullum crimen patitur is, qui no
prohibet, cùm prohibere non p
test.

HVIUS legis interpretatio petenda est ex *culpa caret. 50. inf. hoc tit.*

LEX CX. PAVLVS LIB. VI. AD Edictum.

In eo, quòd plus sit, semper inest & m
nus.

L

Libro 6. ad edictũ Paulus tractavit de procuratoribus; quanquam etiam axiomata hac l. proponuntur. Quorum primum est eo, quod plus inest, & minus, quasi dicat, cui ocuratori majorum rerum administratio oncessa est, illi etiam minorum, modò illi maribus rectè includantur, ut explicatum est, *in non debet. 21. supr. hoc tit.*

§. *1.*

Nemo rei alienæ expromissor idoneus videtur, nisi si cum satisdatione.

ALtera in hoc §. Reg. proponitur, nempe alterius rei expromissorem idoneum videri, nisi cùm satisdat. *l. 1. §. si ad fiscum. ff. ut leati. nomine caveatur.* Cæterũ alienæ rei defensioem vel actionem citra plenum mandatum neiò potest suscipere, etiamsi locupletissimus fuerit sine satisdatione. *dict. §. sed hodie. cum seqq.* ùm nemo rei alienæ idoneus defensor, hoc est, ocuples, *l. qui rem alienam. 166. de procurat.* Hinc xpromissor propriè tantùm de defensore alienæ litis, quàm de eo, qui vocandi animo judiciim suscepit, ut scilicet in se transferret, interpretari potest, licèt magis propriè accipiatur de eo, qui litem in se recepit. Nam hic plenus est rei alienæ defensor. Itaque sine satisdatione

Gg non

non erit idoneus. Reliqua, quæ huc pertinent tractant interpp. *in inst. tit. de satisd. tit. 4.* quo studiosum remitto.

§. 2.

Pupillus pati posse non intelligitur.

SVPRA *in l. 5. hoc tit.* explicatum est pupillum ne quidem patiendo sine tutoris autorita[te] obligari posse, quoties scilicet patientia inst[ar] consensus ex parte pupilli obligationem pass[i]vam inducit, ut specie *l. qui ad certum tempus. in l. 3. §. si ipsius. ff. de trib. act. & l. 1. §. impuberes. de falsa moneta.* Secus autem, ubi ex patientia [i]pso pupillo actio acquiritur, puta l. Aquili[æ,] injuriæ, furti. Item cùm in his magis inspici[]tur mens facientis quàm patientis personæ, *l. ff. de injuriis.* Cujus ratio eadem est, quæ *in l. 5. oblig. & act.* ex contractu allata est. Quippe co[n]dictionem suam meliorem facere potest, etia[m] sine tutoris autoritate, deteriorem verò non: *Instit. de auth. tut.*

§. 3.

Vbi verba conjuncta non sunt, suffic[it] alterutrum esse factum.

QVID sit conjuncta, quid disjuncta seu [al]ternativa oratio, explicatur *in l. alienation[is] 28. §. fin. & l. seq. l. sæpè. 53. & 142. de ver. sig. vers. si [] autem.* hoc est, regula, qui & natura ipsa & ju[di]ciu

um Dialecticum dictat. Alternativa posita ecesse non est esse simul vera, sed alterutrum erum esse sufficit, secundùm Ramum. *c. 8. lib. 2.* *cap. 15. eodem lib.* Vnde judicium ita sumitur l, si ex contrariis sine medio fiat, disjunctio sit ecessaria, ut uno posito alterum tollatur & viceversa. Si verò ex intermediis, puta disparatis, ontradicentibus contingenter procedat, quoiam tamen si unum factum fuerit de altero nõ st necesse sollicitum esse. Ita igitur si quis duas luresvè res alternativè promiserit, non singus, sed unam vel quasdam dare tenetur, secus si onjuncta fuerit oratio, *l. 5. ff. de cond. instit. l. cum upillus. §. ult. ff. de cond. & demonst.* Nam si in uno itiata fuerit copula, axioma falsum deprehenitur. Vnde regula illa: *copulati iudicium pendet ex mnium partium veritate*, falsum tantùm ex una arte falsa. Hoc accommodari potest ad prouratorem, cui si plura negotia copulativa exedienda mandata sunt, non censetur mandaum implevisse, si non singula negotia explicaerit. Econtrà si illi alternativè mandatum sit, cilicet ut servum vel domum emat, si alterurũ fecerit, fines mandati secutus videbitur, per hanc legem: plura autem *in dict. l. alienationis. §. fin. & ad l. sæpè & l. triplici relata sunt.*

§. 4.

Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt cùm defendantur, non ut faciliùs calumnientur.

HIc traditur Regula quando mulieribus intercedentibus ſuccurratur beneficio SCti Velleiani, ſcilicet cùm defraudantur & circumveniuntur, vel ut Florentina lectio habet quando defenduntur, hoc eſt, infirmitatis præſidio uti poſſunt. *leg. 2. ff. ad SCtum Vell. i.* non calumnientur, hoc eſt, alios circumveniant & decipere conentur ſpe beneficii, *d. SCti. d. 2.* ſi quidem non ubi infirmitates, ibi calliditatis juris habet præſidiũ. *l. ſi decipiendi animo. ff. ad Senatusconſultum Velleian. l. ſi ſine voluntate. C. eodem.* Reliqua *in l. 2. hoc tit.* annotata ſunt.

LEX CXI. CAIVS LIB. II. Ad edictum provinciale.

Pupillum, qui proximus pubertati ſit capacem eſſe & furandi & injuriæ faciendæ.

PRincipium eſt, *in l. 5.* & obiter *in l. ferè. in ſupr. h. tit.*

§.

§. 1.

In heredem non ſolent actiones transire, quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum.

HÆc Regula declarata eſt, *in leg. ſicuti. 38. ſupr. hoc titul.*

LEX CXII. PAVLVS LIB. VIII. ad Edictum.

Nihil intereſt, ipſo jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

SIcut is qui actionem habet ad rem recuperandã, ipſam rẽ habere videtur, modò nulla exceptione perpetua repelli poſſit, *l. qui actionem. ſupr. h. t.* Ita quoq; per actionem infirmam rem nequaquam habere creditur. *l. noſtra.* Sed illud abundè explicatum invenitur. *in l. 13. ſuprà hoc tit.*

LEX CXIII. CAIVS LIB. III. ad Edictum provinciale.

In toto & pars continetur.

INSCRIPTIO ostendit hanc l. pertinere ad tractatum de procuratoribus arg. inscriptionis *l. 9. 12 21. 34 & 46 ff. de procurat. l. 1. ff. cuiusq; univers. nom.* Quamvis generali mandato procuratorio non contineatur transactio dicentium litium causa interposita, vel aliud pro alio accipere, aut permutare, *l. procurator. 58. l. mandati. 60 ff. de procurat.* neque etiam ut possit vendere re domini sine speciali mandato, *l. nam procurator 63. ff.* nisi habeat liberam administrationem. *d. l procurator. 53.* tamen si ejusmodi res, quæ generali mandato, vel & speciali continetur, cui aliud ad illud quod pars totius est, censetur mandato inclusum, *l. si qui procuratorē. ff. eod.* idq; pe hanc regul. quod in toto pars contineatur, se illa satis explicata est *in l. in toto. 80. sup. h. t.*

LEX CXIV. PAULUS LIB. IX. ad Edictum.

In obscuris inspici solet, quod veris milius est, aut quod plerumq; fie solet.

PERTINET hoc caput etiam ad voluntat interpretationem in conventionibus ta expressis, quàm tacitis observandam. Desum tum est ex tractatu de procuratoribus & nego tiis gestis hoc titu. in eadem inscriptione cu *l. 41. 43. & 45. de procur. l. 7. 13. 15. 21. ff. de neg. ge*

Na

Iam si mādatum procuratorium obſcurū fuerit, ita interpretatio fieri debet, ut id quod verisimilius eſt, vel plerumq; fieri ſolet ſequamur, quo ordo ſervandus eſt, præſcriptus *in leg. 34. ff. hoc tit.* Qua de cauſa omnia illa, quæ *in d. l. semper in ſtipulationibus. in l. ſemper in obſcuris. & l. ambiguis. 96. ſup. h. t.* dicta ſunt.

LEX CXV. PAVLVS LIB. X. ad Edictum.

Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe.

§. 1.

Non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſummoveri.

SUMMARIA.

1. *Calumniator quis dicitur.*
2. *Verbum, accipere, videtur actum traditionis exigere.*
3. *Contrariorum nulla eſt ratio.*
4. *Quæ exceptiones patrimonium noſtrum augent.*

IN libro 10. ad edictum Paulus explicavit edictum quod de procurat. conceptū, uti arguit

 in-

inscriptio *l. 1. 3. 4. & l. fin. de calumniat.* Calumniator † est, qui criminaliter falsa crimina intentat. *l. 1. ff. ad SC. Turpill.* aut qui per mandatum aut calumniam civiles causas agit, vel excepit ad negotium alteri malitiose faciendum. Paul. *lib. 1. sent. cap. 5. leg. 1. 2. C. de iureiur. propter cal. dando. l. si cal. 233. de verb. sig.* Et hoc quandoque vel ab ipsis principalibus vel procuratoribus eorum, vel aliis adhoc conductis committitur. Quod delictum variis modis coercetur, nempe juramento calumniæ, post quod si calumnia fuerit manifestata, calumniator infamis & perjurus censetur, *l. 2. & auto. principalis. C. de iureiurand. propter cal. §. 1. novel. ut l. indignantis iurent coll. 9.* modo criminaliter contra ordinem arbitrio judicis punitur, *l. 1. l. 2. ff. de accus.* modo publico judicio, ex *leg. 1. ff. ad l. Cornel. de fal* modo etiam ex l Ronnia ad similitudinem supplicii, maximè in causis criminalibus, *d. l. ad SC Turp. l. fin. de accus. l. fin. de calum.* Quod procedit sive pretium intercedit, sive non. Cæterùm si quid datum fuerit alicui, ut alteri malitiosè negotium faceret, vel si quid datum fuerit, ut à lite mota calumniosè desisteret, propter pœnam criminalem, is qui pecuniam accepit, ex edicto quoque de calumniatoribus civili actione in factum intra annum ad quadruplum ejus pecuniæ, quam accepit: post annum verò in simplum tenebitur, *l. 1. ff. de calum.* Quod adcò verum est, ut non tantùm ipse cujus intuitu pecuni-

ia data fuit, agere possit, verùm etiam illi detur
tio, qui pecuniam dedit, modo non turpiter,
d bona fide vel miserationis gratia dederit, ne
ilicet litẽ moverit alteri accipiens, quo etiam
su habet condictionem ob turpem causam. *l.*
quis 57 ff. de cal. l. 2. 45. de condict. ob turpem causam.
ec unius actio alterius exactionem tollit, *l. si*
uis 57. uterque enim de suo interesse & de sua
juria agit, cùm itaq; in edicto scriptum esset,
ecuniam accepisse dicetur, *l. dubitatum fuit.* an
on efficax sufficeret promissio aut liberatio à
ebito, puta quę facta est acceptilatione, & cùm
erbum † *accipere* videatur actum traditionis 2
igere; ratio videtur suadere edicto locum nõ
se. Quod Paulus hic negat, & ita edicto lo-
um facit. Primò dicit, eum quoque accepisse
ideri, qui obligatione liberatus est. Quod
xioma declaratum est *in l. non videtur. 13. suprà hoc*
it. Exemplum ex *l. 2. ff. de calum.* Ad alterum
espondet à contrario: non potest, inquit, vi-
eri accepisse, qui stipulatus potest exceptione
emoveri. Ergò si exceptione removeri nequit,
ccepisse videbitur. Contrariorum enim nulla
† est ratio, & exceptiones, quæ nulla exceptio- 3
ie perpetuò † removeri queant, patrimonium 4
ostrum augent & in bonis nostris sunt, *leg. 2.*
um seqq. ff. de verb. sig. Vt econtra nõ augent, quæ
obligationes infirmę sunt hic in fine, *l. non vide-*
tur 13. l. nihil interit. 112. sup. h t. Verùm & hoc axi-
ma *in d. l. non videt. 13.* abunde satis declaratum est.

LEX CXVI. VLPIANVS LIB. XI. ad Edictum.

Nihil consensui tam contrarium est, qui ac B. fidei judicia sustinet, quàm vis atq; metus, quem comprobare contra bonos mores est.

SUMMARIA.

1. *Nihil magis bonae fidei contrarium est, quam vis atq; metus.*
2. *Boni mores non patiuntur alicui calamitatem inferre.*

IN libro 11. Vlp. cum in genere, tum in specie de restitutione disseruit, ut testatur inscriptio *l. 1. de restit. in integrum. l. 1. 59. quod metus causa, l. 1. 3. 7. 9 11 13. 16 de minoribus.* Quare eo etiam hæc lex accommodanda est. Principium omnino pertinet ad titul. *quod metus causa.* Edictum ita conceptum erat, *quod vi metusvè causa gestum erit ratum habebo*, vis est necessitas voluntatis contraria; metus verò instantis periculi trepidatio, *l. 1. quod metus causa.* In cõtractibus autem bona fides requiritur, & liber cõsensus *l. 1. 2. 3. 4. de actio. & obl. l. hoc iure. §. 1. in contractib. in*
1 *fin. h. tit.* Itaq; cùm nihil magis contrarium † sit bonæ fidei ac libero cõsensui, quàm vis vel metus, ratum nõ erit, quod ita extortũ est. Quin imo

ıò boni mores non patiuntur alicui † calamitem inferre, ut ea quid extorqueatur, imò do- 2
ı metus & vis (alterum in altero semper inest. *l. 3. ff. quod metus causa*) comparantur, cùm vix : ne vix citra dolum ac fraudem vis metusque inferri queat. Vnde non ineptè asseritur, siıt contractus bonæ fidei, quibus dolus malus ıusam præbuit, ipso jure sunt nulli nec rescritione egent. *d. l. 1. & d. l. 1. l. Eleganter. de dolo malo. l. §. 1. ff. depositi.* Ita quoq; infirmari contractus ıso jure, quibus metus vel vis causam præbuit. escissionem verò, quæ fit jure aditionis, ita eceessariam esse, si aut stricti juris contractus ut metus in obligationem contrahebatur, intiderit per *d. l. 1.* Cæterùm quæ de consensu, vi el metu extorta observanda sunt, extant *sup. in g. 3. & 4.*

§. 1.

Non capitur, qui jus publicum sequitur.

SUMMARIA.

1. Omnibus mortalibus semel moriendum erit.
2. Restitutio quando per hanc regulam locum habet.

NOn ineptè accommodatur ad tit. *de minor.* Nam iisdem ferè verbis à Zenone *in l. fi. C. de in int. rest. min.* repetitur præter naturalẽ æqtatẽ secutus minorẽ tamẽ tutelã suscepit, ꝑpter fragile

fragile & infirmum eorum judicium, multisq; captionibus suppositum, multorumq; insidiis expositum, ac ideò circumvectis ac deceptis, vel imprudenter consilio lapsis restitutione in integrum subvenit, *l.1 ff. de minor.* Sed non aliter quam causa cognita, *d. l.1. § uti quoque res l. utrum 12 § si tenaum est. cùm seqq. ff. eod.* Nam si quid fato accidat, non est justa causa restituendi, unde si servum sibi necessarium emerit, rem licèt naturalē mortalē qui posteà discessit, non juvatur restitutione in integrum, *l. utrum 12 vers. unde Marcellus.* jure enim publico, gravi jure accidit, cum omnium hominum † sit mori. Idem
1 emendo servum pernecessarium licèt mortalem, propterea captus videri nequit, qui id fecit, eo jure usus est, id jus secutus est, quod omnes homines tenet quod omnes faciunt etiam diligētissimi, quod omnes sequimur, quod jure publico privatorum pactis non violando *l. ius publ. ff. de pact. l. iura sanguinis. l. nec ex pratorio 24. suprà hoc tit.* introductum est. Atque hæc hujus l. sententia. Sic juris publici est epistola D. Hadrin. in qua constitutum est, ut si plures ejusdem obligationis fidejussores existunt, si omnes vel quidam litis contestationis tempore sint solvendo, exponant exceptionem divisionis, si eorum unus vel duo, vel non omnes judicio pulsantur, nempe ut obligatio dividetur inter eos, qui solvendo, sunt, *§. si plures instit. de fideiuss. l. si dubitet. 10. l. si inter. 26. l. si testament. 41 §. 1. ff*

.1. *ff. de fideiuß. l. fideiuß. 10. l. reg. 23. C. eod.* Quid rgò, si minus egerit adversus unum ex pluribus fidejussoribus, qui apposuit hanc exceptionem. Sed post litem contestatam, oppositam xceptionem, divisionem obligationis factam ntequã vel condemnatio vel executio fiebat: quidam ex iis, qui litis contestatæ tempore solvendo erant, falsi sunt non solvendo. An utetur minor restitutione in integrum adversus illum, qui usus est jure suo opponens exceptionem divisionis. Rursus tenendum est, restitutioni locum † non esse per hanc regulam. Non 2
nim capitur, hoc est, non circumvenitur, non raudatur, qui jus publicum sequitur, quia tenetur sequi, nec potest in uno injustum videri, hoc est, quod omnes æqua lance tenet omnibusq; justum est. *l. inter eos. 51. § cum inter. ff. de ideiuß.* Fidejussor ille usus est jure communi, qua nemini injuriam fecit, *l. 5. donaturus. 9. § 1. ff. de cond. causa data causa non secuta. l. 5. § 1. de lib. hom. exhib. l. iniuriarum. § 1. de iniuriis.* Minor ergò captus non est. Quinimò eventus damni restitutionem non indulget; sed inconsulta facilitas. *d. l. verum. 12. § sciendum. vers. nec enim eventus.* Similiter si vendidisset minor rem aliquam, quam alienare non prohibebatur & promisisset evictionem, utiq; adversus hanc promissionem non restituetur, quia id fecit, quod jus fieri jubebat, secundùm Gl. *in d. l. fin. in fine. C. de restit. in integr.* Nam etsi alias nec creditor

pignus

pignus vendens, de evictione teneatur, cùm i onus ad debitorem ipso jure spectet. *l. rescript 12. §. 1. de distract. pigno. l. et si u. 10. l. C. eod. l. si pig ff. de evict. leg. Exemplo. 20. § tut. ff. de act. empt.* tamen si evictionem promisit, quia id promisi quod jus commune postulat, quod in hac sec tus est, omninò tenetur. *l. si pign. 22. §. fin. l. seq. de pign. act.* Rectè igitur idem quoque statuitu in minore rem suam licitè vendente & evicti nem promittente.

§. 2.

Non videntur, qui errant, consen re.

S U M M A R I A.

1. *Qui communi auxilio ex metu iure munitus est, extraordinario remedio uti non debet.*
2. *Qui errat, consentire non videtur.*
3. *Erranti nullus est consensus.*

AD idem caput hoc quoque axioma accom modatum fuisse arbitror, in causæ cogn tione hoc etiam versatur, num fortè alia act minori possit competere citra in integrum r stitutionem. Nam si communi auxilio † & m

1 tu jure munitus est, non debet uti extra ordin rio remedio, *l. in causam. 16. ff. de mino.* Quand qu

uidem si quid promisit errans se nunc antè de-
ere existimabat, aut cõstituit alienum debitũ,
uod suum esse credebat, aut pecuniam solvit,
uam se debere existimabat, num locus erit re-
itutioni. Quippe læsus & deceptus videtur?
Iinimè. Licet enim læsus sit, alio tamen reme-
io hæc læsus emẽdari potest. Quippe error ef-
cit, ut vel indebitum sit solutum vel nulliter
ontractum. Ratio in hac l. ponitur, quia qui
rrat † consentire non videtur, & errantis nul- 2
us † est consensus, *l. si per errorem. ff. de iurisdict.* 3
nn. iud. l. 2. ff. de iudiciis, ut actus aliquis valeat,
ui consensu constat, qualis est promissio, &
onstitutum, & donatio, necesse est, verum in-
ercessisse consensum, *l. 3. de act. & obl.* Itaque hæ
romissiones ipso jure corruunt *l. continuus. §. 1.*
e verb. obl. causa verò obligandi deficiente. *l. 3. §.*
r soluta pecunia condicetur, tanquam in debita
ausa solutionis deficiente. *d. l. 67. l. si pœna 19. §. 1.*
e cõdict. indeb. §. fi. inst. de oblig. quæ ex contr. §. is quo-
ue qui inst. qui. mo. re cõtrahitur. obl. Atq; huc per-
inet reg. l. nostræ. An autẽ cõmunis error faci-
t, obiter hic interrogari solet? Gl. Bart. hîc Ias.
n l. Barbar. ff. de off. prætoris. tenent jus facere. Sed
erior est hæc sententia, ut dicamus, jus non fa-
ere, q̃vis error cõsuetud. & statuto, aliisve cõ-
titution. occasionẽ prębere possit, nẽpè ut qui-
lẽ initio errat, q̃d fiat, sed posteà aut tacito, aut
expresso cõsensu populi ap̃pbetur. *l. qꝫ non. ff. de*
ll. Ante n. errãtis populi nõ est cõsensus, p̃ *l. nost.*
Sic

Sic accipio quoq; *d. l. Barbaries.* Vbi error ill communis, quo Barbaries Philippus servus fugitivus prætor dixit, ut id propter utilitatem confirmetur, & si quid tale in posterum accida ratum habeatur. Sanè ex ipsis verbis ICti elu cet, quod gesta & acta à Barbaro non habit sint rata, propter ipsum errorem communem sed propter populi autoritatem, qui & hanc pc testatem dederat, & potuisset eum liberum fa cere, si scivisset. Nec huic resistit *lex. id quod n strum. supr. h. tit.* Fallit enim ubi propter util tatem publicam quid adimitur, ut ibi annot tum, sed si prætoris habendi causa populus m numitteret, publicum versaretur negocium cui privatum commodum meritò cedere deb ret. Simile est etiam, quod affertur ex §. *test vers. sed cum aliis. instit. de testamentis ordin.* Cùi hoc jus occasione erroris introductum si propter testamentorum favorem, & ita exist mo communem opinionem veram esse.

LEX CXVII. PAVLVS LIB. XI. ad Edictum.

Prętor bonorum possessorem hered loco in omni causa habet

SUMMARIA.

1. *Restitutio in integrum an ad heredem quoq; tra eat.*

2. Here

Heredis appellatio ad omnes successores pertinet.

Nemo iustius poss det. q̃ qui pratore autore possidet.

N libro II. ad edictum Paulus quoque *de re-stitut. in integrum* tractavit *l. 10. 4. 23. 26. ff. de mu.* estitutio in integrum † transit etiam ad here-em, *l. non solum. 6. de restit. in integ.* Quærebatur 1 n etiam ad bonorum possessores, qui in re pro-pria successerunt, illud pertineat. Videbatur nim pertinere, cùm bon. possessores non sint eredes, quamvis sint successores, cùm con-ariæ & oppositæ habeantur semper. Item uod ipso jure ex l. heredes fiant. Bonorum erò possessores nõ ex l. neq; etiam directò, sed eneficio prætoris. Verùm Vlp. *in d. l. non solum.* respondet. Hæredis appellationem † ad o- 2 nes omninò successores & fideicommissarios ertinere, non quidem propriè, sed generali-r, *l. heredis applicatio. ff. de verb. sig.* Ergò bono-m possessor etiam restitutionem obtinere otest, cujus defuncti bonorum possessor fa-us est, *l. 6. l. 2. de bon. poss.* Rationem adjecit ul. his verbis: *prater bono. poss. & cat.* Licèt n. æter heredem, hoc est, dominum facere si ne-ueat, quod solius est. *§. eos. a. prator. instit. de n. poss.* quod ad effectum tamen loco heredis it, quem prætor ad hereditatem vocavit, per *l. 1. & 3. de bon. poss.* cùm nemo † justius possi- 3 eat quàm qui prætore autore possidet, *l. nemo ssidet nisi habet. l. non est singulis in fin. eod.* Nec ostat, quod propriè bonorum possessor heres

non sit, quod verum est, quoad formam succedendi, & communem, non tamen quoad effectum. Verùm huc pertinent, quæ ad *l. Hereditas 62. supr. h. t.* annotata sunt & debebant annotari, & *l. nihil est aliud. 24. & l. hereditatis. 138. ff. de verb. sig.* Hactenus par ordo omnium exemplariũ in numero ll. fuit, sed hic incipiunt exemplaria variari propter errorem cõpactoris pandectorum Florẽtini restitutorum à Lęlio Taurello, quem restitutum ordinem ut Crispinu sequitur, ita nos sequemur.

LEX CXVIII. VLPIANVS LIB. XI. ad Edictum.

Qui in servitute est, usucapere non potest. Nam cum possideatur, possidere non videtur.

SUMMARIA.

1. *Huius edicti capita sunt duo & quenam.*
2. *Absentes, ut mortui iure civili habentur, capti hostibus, cùm servi hostium fiunt.*
3. *Capti ab hostibus reversi, iure postliminii semper urbe fuisse fingantur.*

SERIES inscriptionis cum ll. seqq. collata demonstrat rectiùs subjici præcedentib. Nam

in l

n lib. 12. Vlp. tractavit, de restit. major. quæ maximè circa usucapiones cõpletas versant. Duo hujus † edicti capita fuerunt. Primũ, ut absentibus adversus presentes succurreretur. Alterũ, ut præsenti adversus præsentem, § *rursus, instit. de act.* ubi Dd. *l. 1 ff. ex quib. cau. mai. in integ. resti.* Absentes (quorum pro diversitate rei subjectæ varia cõstituuntur genera, ut videre est *in l. collegar. 73. §. qui contr. & l. absentem. 199. ff. de verb. sig.*) in hoc edicto intelliguntur, qui ex justa causa absunt, qui sine dolo malo Reipubl. causa absunt, *l. ver. Reip.* vel à latronibus capti, vel à militibus atoribus detenti, *l in ead. 10. ff. ex quib. cau. maior.* el qui in vinculis sunt, tum publicis, tum priatis. *l. succurritur. 9. ff. eod.* & qui transmare abunt, sine dolo ex probabili nec lucri causa, *l. 4. & 5. ff. eod.* Absentes † illi, qui in causa sunt, ut mortui jure civili habeantur, sunt capti ab hotibus, quia servi fiunt hostium, *l. item & 14. leg. q. ff. § item ob hostibus. institutio. de rerum. divis. serv. quod attinet. supr. hoc tit. l. servitutem. instit. hoc tit.* Et qui in servitute sunt, hoc est, qui alii bona fide serviunt vel ab eo tanq̃ servi detinentur, *l. ei uoq; 11. ff quib. cau. mai.* His omnibus occurritur, ipsi absentes aliquid amiserunt tempore, ex *cap. d. leg. ab hostibus. l. nullo. de rei vend. l. ab hostibus de captivis, l. in reversis.* Sed & præsentibus adersus absentes nunc reversos succurritur, si bsentes usucapionem implevere, aut pro temporis actione vel jus fuerit amissum, id- 1 2

que ex secundo capite procedit. *leg. 1. d. §. rursu.* Querebatur autem de iis, quæ in servitute sunt sive in urbe Romana, tanquam servi detinea tur. *d. l. & queq.* sive apud hostes capti sunt. *d. l ab hostibus.* (Nam propter jus postliminium ni veri servi, sed in servitute serviuntur. *l. item e 14. in fin. ff. ex quibus causis maiores.*) an adversu præsentes usucapionem implentes opus sit re stitutione in integrū, quia sanè nulla usucapi sine possessione procedit. *l. 3 de usu. ap.* possessi facti est. *l. 1. de acquir. poss.* factæ fingi nequetu cùm ratio fideicommissionis desit, prout *in le verum est. 31. sup. hoc titul.* demonstratum e

3 Itaque licèt capti † ab hostibus reversi jure pos liminii, fingantur semper in urbe fuisse, *d. l. hostibus.* tamen illud tantùm in jus, quæ jur sunt, non quæ facti, procedit, *l. in bello. §. fact ff. de capt. & postlim. reversi.* Ex quo sequitur co quæ in servitute sunt, & ab hostibus capti, ne inchoare usucapionem, neque continuare, *l. bello. §. facta. l. neque. leg. 11. si quis. 16. l 15. qui.* u Cujac. Nec ideò etiam possessio adversus ipso ut inde procedat usucapio, inchoari potest, cù cives non sint, & illud est, quod in hac l. innu tur. Ratiò est, quia ab alio possidetur. Qui ve ipse ab alio possidetur, ipse nihil possidere p test. Et hanc rationem assignat Modestinus, *d. l. homo liber. §. fin.* Limitatur tamen hæc pr cedere, nisi captus ab hostibus, vel qui in ser tute est, cepisset, ante per filiumf. possidere, a

P

er servum peculio tenus, vel si hi ex peculiari e possessionem nacti essent, *l. instit. §. si cum apud hostes ff. de usucap. l. ait prætor. 23. §. hi planè. ff. x quibus causis maior.* Ratio exceptionis & quod er captivitatem causa peculii semel concessa on desinat, sed ea in suspenso est jure postli-minii. Sicut etiam potestas dominica & patria. *. si ab hostibus. instit. quibus modis ius patria potestas solvitur.* Cujac. *obs. 23. lib. 11.* Quippe jus con-net, quod fictionem admittit, imò non tam obis, quàm peculio possident, & cùm peculii ausam nobis etiam ignotis & invitis in civita- possint acquirere, cur ergò non vobis absen-bus. *l. 1. §. item acquirimus. vers. & quidem earum rum. ff. de acquir. poss.* Itaq; hanc quoq; diversi-tis rationem ideò annotat Papin. *in d. l. instit. §. 1.* Hinc ergò apparet eo casu, ubi ipsi captivi, el in servitute detēti antequam in illud infor-unium inciderint, ceperint aliquid possidere, si osteà reversi fuerint, licèt tantùm tempus p̄-erierint, ut non usucaptum, sed & præscriptū ideri possit, restitutioni tamen in integrū lo-um non esse, quippe nihil dum in servitute uerint, usu ceperint, quia nihil ceperunt: Si erò eorum servi vel filiusfa. peculiariter pos-ederint, vel posteà possessionem nacti fuerint, ompleto legitimo usucapionis tempore erit estitutio in integrum. *d. l. ait prætor. §. hi planè. ubi Duar. gl. 1. & ali. d. l. instit. §. si cum apud hostes.*

LEX CXIX. VLPIAN. LIB. XIII. ad Edictum.

Non alienat, qui duntaxat possessionem omittit.

SUMMARIA.

1. *Actio restitutoria quando hoc loco valet.*
2. *Verbum, omittere, passim repudiare interpretat[ur] Alciatus.*
3. *Qui delatum omittit, alienare creditur.*
4. *Vbi nihil translatum est, ibi quoq; nihil alienatum.*

IN lib. 13. ad edictum explicavit edictum quo introducta est actio restitutoria de eo quod mutandi judicii causa alienatum est, u[t] docet inscriptio *l. 2. 4. 5. de alienand. iud. mut. cau*
1 *sa facta.* Hæc † actio locum sortitur, quãdo qu[i] alienãdi rem, cui nomine rei vindicationis v[el] alia in rem, vel quasi in rem actione conveni[ri] poterat data opera, & ita mala fide in fraude[m] actoris, ut & duriorem adversarium obtrud[e]ret, in alium transtulerit, *l. 1. 2. 3. ff. de alienat. iu[d]. mut. causa.* Sive conetur dominium rei sive po[s]sessionem ita transferre, sed utrunq; requirit[ur] desiisse dolo malo possidere & judicii causa m[u]tandi id fecisse. Alterutro deficiente actio def[i]cit, *l. 1 § 4. Et l. 2. ff. eod.* Quare si solummodo [o]mis

nisit possessionem & à se transtulit, non dolo nalo, vel dolo quidem malo respectu tamen alerius causæ, non judicium mutandi gratia ctio cessabit, *dict. l. 4. §. 1. §. pedius qui. §. in quibusdā xemplaribus. l. non solum & supr. de alienat. iud. mut.* Hinc lex nostra uno modo ita interpretatur, *on alienat*, hoc est, non transfert possessionē, ut ctione judicii mutandi causa locum faciat, qui ixit, *omittit*. hoc est, qui sine dolo à se abjicit, el quidem dolo non tamen ut judiciū mutet. lio modo ita rectiùs interpretari potest, qui ixit, omittit actionem, quā non habuit: habee tamē potuisset, si voluisset, is nō tenetur actine in factum, sive judicii mutandi causa omierit. Nā omittimus id, quod quidem non hauimus, quàm ꝙ habemus, amittimus, ut denimus habere, vel nobis abest, *l. mulier. §. 1. §. siq.* :. ut *l. fi. seq. ff. de ver. sig.* Habere tamē potuimus, uia nobis deferebatur arg. inscr. *tit. in ff. de acq. & omitt. hered.* ubi Gl. Bart. Ias. Duar. *Alienationis.* bi Alciatus. *ff. de verb. sig.* & omittere passim † 2 epudiare interpretatur. *l. is potest. l. recusari. 94. ff. de acquir. & omitt. hered. titul. C. de acqui. repud. hered.* Sed nemo cogitur occasionè acquiri, utī icèt alteriùs intersit, *leg. fuit quæstionis. 24. ff. de cquir. hered. l. 2. si quis omiss. causa testamenti. l. quod 6. ff. in fraud. cred. l. nec emere. C. de iure. delib.* Neque qui delatum † omittit alienare creditur. *d. l.* 3 *alienationis. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donat. inter virum & uxo.* ex quibus rectè colligitur eum qui

 dixit,

dixit, omisit possessionem, hoc est, occasione consequendi, uti voluit, sive dolo omisit, sive non dolo, sive judicii mutandi causa, sive non. Neutro casu actioni in factum locum esse, quia nihil translatum est: Sed ubi nihil translatum
4 †ibi nec alienatum, quia nihil decessit, quod proprium alienationis. *l. alienat. de V. S. l. non fraudentur. 134. infr. hoc tit. l. quod à 6.* Sed edictum de possessione translata conceptum est, imò ejus mentionem facit, qui dolo desiit possidere, nec dicam neminem injuriam facere, qui aliquid amittit sibi delatum, *dict. l. alienationis. §. 1. d. l. non fraudantur. 134. l. 1. § confertur. ff. de coll. bo.* cùm jure suo utatur.

LEX CXX. PAVLVS LIB. XII. ad Edictum.

Nemo plus commodi heredi suo relinquit, quàm ipse habuit.

SUMMARIA.

1. *Restitutio quibus & contra quos datur.*
2. *Plus iuris nemo in alium transferre potest, quàm ipse habet.*

IN libro 12. ad edictum Paulus explicavit edictum, quod præscribebat, ex quibus causis majores 25. in integrum restituuntur, ut patet ex inscriptione collata, *cum l. 6. 13. 16. 18. 22. 24. 27. 30. ff. ex*

o ff. ex quibus causis maiores. Restitutio non † mo- 1
o ipsis principalibus & contra eos, qui Reip. ausa vel alio modo licitè absuere, verùm etiam orum heredibus vel contra heredes, *l. cum mi-ɪ. 30. ff. ex quibus causis maiores. l. non solum. 6 ff. de est. in integr.* Ratio est, quia nemo plus juris † in 2
lterum transferre nequit, quàm ipse habet. De cujus regulæ explicatione actum est, *l. here-itas. l. nemo plus. supr. h. tit.* & conservanda sunt, uæ annotantur, ad *l. nihil aliud de ver. sig.*

LEX CXI. PAVLVS LIB. XIII. ad Edictum.

Qui non facit, quod facere debet; videtur facere adversus ea, quia non facit. Et qui facit, quod facere non debet: non videtur facere id, quod facere jussus est.

Summaria.

. *Compromißio quid: & quomodo in arbitros compromittitur secundùm materiam stipulationis.*
. *Petitio non est ante litem contestatam: & ubi non petitio, ibi nec mora.* num. 3.

IN libro 13. ad edictum Paulus tractavit de compromisso vel arbitris compromisso recetis, arg. inscriptionis. *l. 4. 8. 10. 12. 16. 19. & 24. ff. de recept.*

de recept. arb. compromittitur natura stipulationis † in arbitros, ut corũ sententiæ stetur sive
1 æquũ, sive iniquũ dicant, pœna adjecta in eum, qui secus fecerit *l.2.l.qualem.l.seq. l.diem proferre.*
§ stari.ff.eod.l.societ.§ 1. ff.pro socio. Ecce uno ex litigatoribus sententiæ arbitri nõ obtemperante stipulatio cõmittitur, sive faciendo, sive nõ faciendo haud paruit sententiæ. Quia non fecit quod facere nõ debuit, scilicet sententię nõ obtemperavit, & rursus id fecit, quod facere non debuit, h.e. cõtra sẽtẽtiã egit, *l.inter castell 44 de recep.arb.* Sic contra sententiã arbitri fit, si petatur ab eo, à quo arbiter peti voluit. *l.advers.29 ff.eod.* Adeò ut si certa dies adjecta fuerit, ablatione rei solvendo post diẽ elapsum reus nõ liberetur, si actor malit pœnã potius quã rem petere, per *d.l.quid tamen.§.fi.* juncta *l.magnam.C.de contrah.stip.l.in omnib.*& quæ ibi. *l.nulla.82.sup.h.t. cum ibi notatis.l.Celsus ait 23.ff.de recep.arbi.* licèt si dies adjectus nõ fuerit, pœna purgari possit oblatione usq; ad litem † contestatã, *d.l.fi.l.si Insulam.ff.de verb.obl.* Quoniam ante litem † contestatam non est petitio. *l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi.l.vinum.ff.si cert.pet.* ubi autem non est petitio, ibi nec mora, *d.l.nulla 88 sup.h.t.* Ergò rectè ante litem contestatã mora purgari potest.
2
3
Ratio hujus pœnæ est, quod factum id sit quod fieri non debuit. Et rursus id factum non est quod fieri debebat. *l.nostra.d.l.quid tamen.§.fin.d.l.* Semper enim & stipulatio & jussus, ut aliquid fiat

at, includit, nequid fiat scilicet illi cōtrarium, uod fieri debebat: Et rursus stipulatio ne quid at, includit à contrario, ut quid fiat. *l. qui vetan r. supr. h. t.* Vbi pluribus hoc declaratum est, & odem spectant, quæ notat Bart. & Cujac. *l. 2. de erb. obligat.* Sic stipulatio ire, agere, licere inclu- it à contrario ne ire agere, nec habere liceat. Quippe si impediatur stipulator eundo agendo l factum est; quod fieri non debebat, scilicet on ire, agere, non habere licuit, ideoq; com- nissa erit stipulatio ad pœnam vel ad interesse, *habere licere. l. stipulatio ista. l. si sic stipulat. sint. 182. de verb. obl. in omnib. ff. de prat. stip.* Sic is in frau- em creditorum alienasse videtur, qui servitu- bus non utitur, ut non utendo eas amitteret, : ita non esset solvendo. *in leg. fraudem. ff. quæ in au. cred* Quia id non fecit, quod facere debe- at, scil. usus non est servitute, qua uti debebat, rursus fecit, quia omisit fraudulenter usum ervitutis, quod facere non debebat: quem ser- itutis usum non omittere debebat, *l. alienatio is. 28. ff. de V. S.* Aliud exemplum est *in l. veteres. . ff. de itinere actuq; privato.* Aliud *in l. prætor. 23 §. leinde. ff. ex quib. causis maior.* Aliud *in l. ubi a. 75. §. . qui id. ff. de verb. obl.* potest ad multa alia accom- modari. Similia enim excludit. *arg. l. non pos- sunt. ff. de il.* licèt propriè ad arbi- tria spectet.

LEX CXXII. CAIUS LIB. V. ad Edictum provinciale.

Libertas omnibus rebus favorabilio[r] eſt.

ARGUMENTO inſcriptionis evincitur, quo[d] hæc quoq; lex ad compromiſſa pertineat de libertate compromitti nequit quippe pro pter favorem majores judices exigit. *l. non diſtin guemus. §. liberali. ff. de re. ep. arb. l. 3. §. 1. ff. de alie. iud. mut. cauſa facta.* Cujus favoris regulam hic pro ponit Cajus, quæ expoſita eſt *in l. libertas. 106. ſu prà hoc tit.*

LEX CXXIII. ULPIAN. LIB. XIV ad Edictum.

Nemo alieno nomine lege agere po teſt.

INITIUM hujus l. explicatum eſt. *in l. actus le gitimi. 77. ſupr. hoc tit.*

§. 1.

Temporaria permutatio jus provin ciæ non innovat.

SUMMARIA.

1. *Permutatio temporaria provinciæ non innovat.*

2. *Agi*

- *Agri provinciales ante D. Iustiniani constitutionem non erant proprii possessorum.*
- *Differentia inter agros provinciales & Italicos quæ.*

SEquitur alterum caput, temporaria † muta- 1
tio jus provinciæ non innovat. Iterum verborum varia à variis interpretatio colligitur. Gl. & multi alii interpretantur de consuetudine quasi per unum actum contrarium non tollatur. Sed benè eo modo, quo introducta est, sc. per contrariam consuetudinem, *arg. l. fin. C. de ver.* Et à qua puta in provincia quadam consuetudinis est, ut locationis ad quinquennium facta, si colonus paratus sit quinquennio elapso idem præstare pensionis nomine, quod alius quispiam, non expellatur, nisi ipse dominus re sua uti velit, item consuetudinis est, ut qui domum conductam habet, quæ durante adhuc locationis tempore alienatur, non expellatur, sed novus dominus teneatur permittere habitationem, donec tempus locationis fuerit finitum. Iam bis, tervè contrarium fuit à quibusdam observatum, vel etiam per viam transactionis recessum, an fiat præjudicium consuetudini provinciæ, minimè, qui temporarii hi sunt actus. Ideoq; præjudicio ut obtineantur, necesse est. *l. cùm de consuetudine 34. ff. de ll.* antè enim tacitus populi consensus contrarius priori non intercessisse videbitur. Gl. etiam interpretatur de proconsule & magistratibus provincia-

vinciarum ex *l. observare. §. hoc etiam. ff. de off. pro cons.* Quædam provinciæ eam habent consuedinē, ut per certam partem ingrediantur. Quo si semel vel iterum tempore ita suadente vel alia causa, vel etiam ignorantia lapsus pro consu per aliam partem ingressus fuerit, Reip. per h. cum temporaria hæc sit mutatio, eam consuetudinem provinciæ non tollere, Cujac. interpretatur de magistratibus minoribus missis in provincias majores, puta præses vel prætor mittitur in provinciam proconsularem vel consularem: prætor autem dignitate non consularem, vel in prætoriam aut præsidalem, vel etiam proconsularem mittitur aliquis privatus extra ordinario modo, prout dictū est *in l. nem. potest. super. hoc tit.* Quæritur, an per hanc temporariam status permutationem jus illius provinciæ immutetur, ut desinant proconsularis prætoria non esse provinciæ. Resp. ex *h. l.* quod nō Quia factum non est eo animo, ut provinci status mutetur, sed ut hæc administratio duraret, donec cōmodior fiat provisio. Quanquam singulæ hæ opiniones per sese veræ sint, minimè tamen videtur ad h. §. interpretationē pertinere genuinam tum propter inscriptionis cōtrarietatem jus hanc arguit ad officium statumque magistratuum hanc l. minimè spectaturī tum etiam propter verbū permutatio, quod a contractū innominatū pertinet, do ut des, qu permutatio dicitur. *l. 5. §. 1 ff. de præscr. verbis. l. 1. e seq.*

qq. de rer. perm. Ex qua emptio & venditio pro- manavit *l 1. de cont. emp. & vend. in li. 14. ad edictum.* lp. cũ de inoff. test. *l. 1. 6. 8. de inoff.* tũ etiã de pe- tione hered. Et rei venditione. *l. 5. & 7. de perit.* r. Sed in hac actione nihil venit, quã quod de- uncti fuit. *l. nihil est al. de ver. sig.* Et multũ refere- at olim, an quis habebat bona Italica, an verò rovincialia. Illa directo jure dabantur, quãdo ossessio apud alium erat. Hæc tantũ vectigalia icebantur & utili in rẽ vendicabantur. §. *1. inst. e usucap.* § *per tradit. in fin. Instit. de rerum. divis. l 1. r tot. tit. ff. si ager vectig. petatur.* Nam si vel pro- inciã vel gentẽ populus Romanus subegerat, bi vendicabat agros illius gẽtis, ita ut pro cer- o vectigali (Nã ante constit. D. Iust. provinci- les agri † non erant proprii possessorũ, neq; ca- us ille q. de re propria solvebatur ut hodie fit, ta ut olim nõ fuerit differ. inter censum & ve- tigal.) possessores haberent. *l. 2. ff. si ager vectig.* *4. de censib.* Hos agros possessores nõ poterant usu capere neq; alii ad rempub. *l. cum spons. 12. §. de vectig. de publ. in rem actio. l. de usucap.* quód pro- cedebat, nisi in quibusdam jus Italicum tribu- um esset, ut aliquando pluribus disserui ad *leg.* *agrorum. de verb. obl.* magna erat † differentia agro- rũ provincialiũ & Italicorũ. Quid ergò si quis cũ aliquo prædium Italicũ permutasset in pro- vinciale & vectigale prædium, per hanc muta- tionem eximetur à jure provinciæ: An econtrà prædium Italicum mutabit naturam suam?

Minimè

Minimè: temporaria n. permutatio temporis qualitatem in se habet, nam jus vel per Metaphoram temporaria, hoc est, perexigua hæc permutatio est, quæ à privatis fit. Ideoq; jus provinciæ per eã non mutetur, scil. ut vel directa actione vindicetur prædium provinciale, & redigatur in Italicum, vel usucapiatur. Item tẽporaria hæc est pmutatio, quo per annuariã vectigalis solutionẽ usucapio interpellatur, ut it maximè illa permutatio sit temporaria, hoc est ne tribuat contrariam possessionem atq; han interpretationem magis accedere ad forman & verba hujus legis existimo, quamquam hodi parùm utilitatis habeat differentia illa sublatã Iust. per *l. un. C. de usucap. transmit. §. in fin. Inst. de usucap.*

LEX CXXIV. PAVLVS LIB. XVI ad Edictum.

Vbi non voce, sed præsentia opus est mutus, si intellectum habet, pote videri respondere. Idem in surdo Hic quidem & respondere potest.

§. *1.*

Furiosus absentis loco est, & ita Pomponius lib. 1. Epistolarum scribit.

SUMMA

SUMMARIA.

. *Mutorum alii coniunctim muti & surdi sunt, alii disiunctim.*

. *Mutus & surdus coniunctim vel disiunctim mutus rectè emunt, vendunt, mutuo dant, deponunt.*

. *Is exhibet, qui vindicandi potestatem facit.*

4. *Mente captus est genus omnium animi iudicio non rectè utentium.*

. *Furioso multo plus abest, quàm muto & infanti.*

IN hac lege differentia illa inter mutum & furiosum circa præsentiam & absentiam, nam à entententia non tantùm ad locum, ut antè *in l. qui n servitute. 118. sup. hoc tit.* ex *l. absentem. 99. ff. de verb. ig.* demonstrabatur, sed quandoq; etiam ad personę qualitatem, ut in *hac l. & in l. coram Titio. ff. de erb. sig.* refertur, mutorum † quidã conjunctim 1 nuti & surdi sunt, quidam disjunctim, idq; vel iatura vel casu & muti & surdi facti, vel quoum lingua etiam aures impediuntur. Vigl. *in §. tem surdus.* ubi etiam Mynsing. & alii *quibus non st promiss. fact. test. institutis.* Si de his quæratur, n actus illos, in quibus prę̨sentia opus est, rectè perficiant, resp. ex *hac l.* Eos actus tam judiciaes, quàm contra judiciales rectè per agere, in quib. verbis non opus est, sed saltem scientia & præsentia. Nam non satis est præsentes esse, sed equiritur simul, ut intelligant, q̄d agant. Quod si hoc non intelligunt, nihil egisse credendum erit, scil. mutus non magis quàm furiosus. Hinc

2 mutus & surdus conjunctim vel † disjunctim, rectè emunt & vendunt, rectè mutuum dant, rectè deponunt. In his saltem consensus requiritur. *tit instit. quib. mod. re contrah. oblig. tit. obl. ex consensu.* etiam tacitus sufficiens. *l. in quibuscunque. ff. de act. & oblig. l. 4. ff. de pact. l. qui id quod. §. mutus. ff. de don.* Et qui jubetur coram Titio adire hereditatem vel applicationem facere, licèt Titius ille mutus sit, rectè tamen coram eo aditio fit optio. *d. l. coram.* præsens enim est & quidē ut consentire possit. *d. l. coram d. l. id quod. §. mutus.* At in quibus sermone opus, muti pro absentib. habentur. Ejusmodi enim consensum prębere nequeūt, qualis desideratur, *d. l. coram l. nostra.* quod in surdo, quod omninò nihil exaudit, obtinet, etiāsi ut hic dicitur, loqui possit, seu respondere, quia non intelligit, ad q̄ debeat respondere. Ideoq; neq; mutus neq; surdus stipulationem contrahunt, quoniam non aliter, quàm utroq; audiente & loquente expeditur *l. 1. ff. de verb. obl.* Nec judices esse queunt; ut sententiam dicant, *l. cum præter. 12 §. nostra. de iud.* nec arbitri. *l. sed si l. 9. § 1. l. qualem. in prin. 4. ff. decem. de recept. arbit.* neque juramentum præstant, quia verba requiruntur & quidem iisdem verbis juretur, quib. delatum, *l. 3. in fin. ff. de in iur.* Cujac. *in princ. ff. de verb. obl.* nec dotem dicere, secundùm ea quæ idem Cujac. *in fi. tit. circa. princ.* scribit. Nam etsi surdus loqui potest, cùm tamen exaudire nequit, huic duo objiciuntur. Prima objectio est gl. contra hanc

inter-

interpretationem, quæ l. nostra possit de contractibus interpretari, sed tantùm de tutorũ autoritate. Opinio Iohã. Glossatoris est, ideò quia contractus illi, quib. tantùm consensus requiritur, per nuntios & per Epistolã hoc modo contrahitur. Sed his deficientib. opus est præsentia, ut de consensu contrahere possint. Et ita cõtingens est gl. argumentum naturalium. Cùm itaq; legis etiam cõtingenter respectu cõtractus, qui verba non desiderat, &ubi reliqua etiam desunt per verbum. Vbi proponat in eventum regulam necessariam, minimè hæc interpretatio improbari debet, maximè cùm ipsa inscriptio contractus intueatur. Deinde contractu text. l. nostræ objicitur *l. ult. ff. de V. S.* in qua l. Pompon. reprehendat Labeonem dicentem: Exhibet qui ejus, de quo agitur, prętat, pręsertim hoc duplici argumẽto Pompon. refutat. Primò quia is, qui sistit aliquem ejus pręsentiã pręstat, nec tamẽ exhibet. Nam is † exhibet, qui vindicandi potestatẽ facit, hanc etiam potestatẽ non tribuit qui sistit. Secundò, qui mutum, surdum aut infantem exhibet, certè, sed pręsentiam non videtur pręstare, quia, inquit satis apertè, non possunt dici pręsentes, Cuj. existimat, aut sine calumnia conciliari hos textus non posse, aut emendatione opus esse. Emendatione Phasylliris, de quorũ autoritate etiamsi aliquid dictũ citat cõtra omnium exemplarium fidem, nempe ut pro *mutum*, legatur *mente captum*, quæ nimis magna emen-

4 datio, ne dicam abſurda, cùm mente captus † ſit, genus omnium animi judicio non rectè utentium. Vnde cùm ſtatim addatur, *aut furioſum*, pro disjunctione neceſſe eſt dicere, Pomp. & genus & ſpeciē per disjunctionē ſeparaſſe, ut alterum abundet, utitur adhuc alio argumento, nempè mutum non æquiparari furioſo, vel infanti, ut ex l. noſtræ apparet. Ergò conjungi non poſſunt. Quid dicemus, retinenda erit communiter approbata lectio, quę dupliciter defendi poteſt. Primò ex jam dictis. Nam non ſemper mutus pro præſente eſt. Quippe ubi voce opus eſt, abſens eſſe creditur, item ſi non intelligat, quid agat, &c. Si itaq; mutus ſervus in judicio exhibeatur, ut vindicetur, licèt quod ad hæc rectè adhibitus ſit, tamen quo ad interrogationes in judicio & jure faciendas pro præſente non habetur. Cogebatur enim de ſuo facto ſervus reſpondere, adeò ut ab eo quandoq; quæſtio habita ſit, anne fugitivus fuerit ejus, qui exhiberi poſtulat, anne propter lucrum capiendum callidè à domino ad agrum ejus, qui ſuſcipit, immiſſus ſit. *l. quanquam in fine. C. de ſer. fugit.* Ecce in hoc & ſimilibus caſibus exhibitus non videtur prēſens, per l. noſtram, atque ita conciliatur *d. l. fin. cum l. noſtra.* Alio modo reſponderi poteſt, nempè Pomponium demonſtrare, etſi exhiberi præſentiam faceret. Hęc exemplis declarat, muti, ſurdi, infantis, & furioſi, & ita aptiſſimum eſt exemplum, etiam in muto, qui inſtrumentis iis

caret,

caret, quib. animi sententiam dicat. Pomponius itaque pro re subjecta loquitur. Sicut etiam hic Paulus pro sua intentione, & uterq; in diversis versatur terminis. Potest itaq; sine omni correctione hoc modo conciliatio non calumniosa, sed optima haberi. Quippe regula legis nostræ non est universalis, sed contingens, & ita tandem necessaria, quando illa omnia concurrunt, quæ antè sunt numerata. In casibus etiam contrariis Pomponii responsum procedit. Falsum est illud à Cujacio allatum argumentum, Pomponius *in dict. l. fin.* æquiparet furioso & infanti, quippe exempli loco saltem adducit, vel posito quod æquiparentur, dicere tamen æquiparationem hanc non fieri in animalibus, sed in eo tantùm, in quo pares sunt sc. in vocis prælatione & simili: At quod in uno aliquo alteri æquiparatur, non est necesse, ut in reliquis etiam sint paria. Quoniã paria & imparia adjunctorũ modò diversorum, modò discretorum, imò ęqualium sunt enunciationes. Furiosus igitur & mutus possunt paria esse & non paria, alio atq; alio respectu. De furioso exprimitur, cùm nunquam in his actib. qui præsentiam requirunt, etiam sine voce pro præsenti haberi; unde manifestum, multò plus † furioso abesse, quàm muto & 5
infanti. De qua re satis *in l.*
5. sup. li. tit.

LEX CXXV. CAIUS LIB. V. AD *Edictum provinciale.*

Favorabiliores rei potiùs, quàm actores, habentur.

SUMMARIA.

1. *Proniores esse debemus ad liberandum, quàm ad obligandum.*
2. *Reus in dubiis absolvitur, actore non sufficienter probante.*

IN libro 5. ad edictum provinciale Cajus disseruit de arbitris eorumq; sententia, ut evincitur ex inscriptione *leg. 6. 20. 25. de arbit.* & ipsa res, quæ tractatur *in l. 1. qui satisd. coguntur*. arbitraria, ad instar judiciorum redacta sunt, *leg. 1. de recept arb.* Ideoque eadem, quæ ad processum & lites finiendas in iis observantur. In judiciis autem favetur sententiæ, quæ pro libertate est, & magis ei qui absolvitur ab obligatione, quàm qui condemnat. *l. inter pares. 38. ff. de re iud.*
1 Cùm proniores esse † debeamus ad liberandum, quàm ad obligandum *l. Arrianus. ff. de act. & obl. l. veteribus. ff. de pactis. l. Labeoni. de contrah. emt.* Ergò & in arbitris idem obtinebit, si paritas sententiarum fuerit. Quinimò si in plures summas ab iis facta sit condemnatio, puta primus condemnavit in 20. secundus in 10. tertius in 5. magis est

gis eſt, ut minorẽ ſummam ſpectemus, quaſi in cauſa omnes conſenſerint, *l. inter pares. 38. in fin. l. diem proferre. 37. §. ſi plures. ff. de arbit.* Ratio in hac lege proponitur, *favorabiliores, &c.* Quinimò in dubiis † reus abſolvetur actore non ſufficienter probante, *leg. qui accuſare. ubi Dd. Codic. de edendo.* objicitur *l. de die 8. qui ſatisda. cog.* ubi actori in eo favetur in actionẽ rei, ut ejus ſit electio, quo die reus judicio adeſſe debeat, ſi dies in cautione expreſſus non fuerit. Verùm hoc aliter non fit, quàm cum judicis decretis, quoniam ſtipulatio prætoria eſt judicio ſiſti, *l. 2. §. qui ſatisdar. cog. leg. 1. de præt. ſtipulat.* quam non ipſi contrahentes, ſed qui jus dicit, interpretatur. *leg. in conventionalibus. 52. ff. de verb. obligat. l. in prætoriis. 9. ff. de prætor. ſtipulat.* Ideoque non eſt favor aliquis major ex parte actoris, quàm rei in illo caſu *d. l. de die*, quoniam judex tantùm ad interpellationem actoris diem ſtatuit. Quanquam etiam non inutiliter dicitur, circa exordium litis favere jura actori, quàm invitum reum in jus vocare, licèt cogere ut judicio ſiſtat, ut de ſiſtendo caveat, ut litem conteſtetur, &c. Idque ideò, ne ſi rei arbitrio relinqueretur, quando conveniri, quando judicio ſiſti velit, fortaſſe ad Calendas græcas differat, in medio autem plerique utrunque, in deciſionem verò cauſæ quo potiſſ. l. noſtra ſpectat, reo maximè favetur, ſecundùm Bart. *in l. de die* &hic gl. *in c. cum ad ſedem verbo cum pertinentibus*

*ext.de restit.*Bart.*in l.inter stipulantem.§.1.ff. de verb oblig.* Dynus *in c. cum partium iura. ff. de R. I. in 6* per illum textum *c. inter dilectos. in fin. ext. de fid instrum.C.ex literis.ext.de probat.*Huc etiam pertinent, quæ dicta sunt *in l. non debet.41. Et l.nemo ex bus.43.supra h.tit.*

LEX CXXVI. VLPIANVS LIB. XV. ad Edictum.

Nemo prædo est, qui precium numeravit.

SUMMARIA.

1. *Actio de petitione hereditatis adversus quem datur.*
2. *Pro herede possidere quis dicatur: & quis pro possessore possidere nominatur.* num.3.
4. *Possidentis conditio in pari causa melior est.*

ULPIAN. in lib. 15. ad edictum *de petit.hered.* tractavit, ut videre est *in l.2.9 13.16.20. de pe-*
1 *tit, hered.* Hæc actio † datur adversus eum, qui pro herede possidet, vel pro possessore *l. regulariter.l seq.l.pro hered.de pet.hered.*pro herede † pos-
2 sidet, qui falso putat se heredem esse vel bonum possessorem, vel qui totam occupat hereditatem, ejus tamen, quam habere debet, *l.pro herede.*
3 *l. 1. 3. 4. ff. si pars hereditat. pet.* pro possessore † is posside-

possidet, qui aut omninò nullam aut satis infirmam possidendi causam habet, quæ ipso jure non subsistit. Illo casu verò prædo est possessor, *l. sed & l. 28. §. quod act. Senatus. ff. de pet. heredit.* Hoc casu possidens non prædo, sed propriè pro possessore, utpote si à furioso sciens emero, non propriè pro emptore possideo, vel si uxor marito donaverit, *l. nec ullam. 13. ff. de pet. hered.* Quotiescunq; enim non consistunt causæ possessionis, sciens causę imbecillitatem non pro emptore, non pro donato possidet, sed solummodò pro possessore inhærere, & quasi injunctum esse. Quicunque igitur precium numeravit, etiamsi sciens emerit rem alienam vel ab eo, quem sciebat jus vendendi non habere, prædo tamen nõ erit, quãquam possessor malæ fidei non rectè dicetur pro emptore possidere, neque etiam possidet tanquam prædo, cùm onerosum titulum habeã, sed possideo pro possessore, vel si uxor marito donaverit, *l. nec ullam. 13. ff. de petit. hered.* Quotiescunque enim non consistunt causæ possessionis, sciens causæ imbecillitatem non pro donato, non pro emptore possidet, sed solummodo pro possessore. Atque illud est, quod ICtus *in d. l. nec ullam.* innuit, dum ait, omnibus titulis pro possessore inhærere, & quasi injunctum esse. Quicunque igitur pretium numeravit, etiamsi sciens emerit rem alienam, vel ab eo, quem sciebat, jus vendendi non habere, prædo tamen non erit,

quanquam possessor malæ fidei non rectè dicetur pro emptore possidere, sed pro possessore. Quapropter emtionem mala fide initam. *l. nostra. d. l. nec ullam* §. *si quis sciens.* Hinc etiamsi adversus titulum non est locus petitioni heredi-
4 tatis. *l. hered. 7. de pet. her.* Quippe in pari causa † possidentis cōditio melior est. *l. in pari. in fin. h. t.* Tamen si sciens quis rem hereditariam vel hereditatem ipsam, quæ aliena est, emerit, utili petitioni locus erit. *d. l. nec ullam.* §. *si quis sciens. verb. sed & emptor universo titulo tenetur.* hinc regula: *Nemo præd.* hic & *d. l. nec ullam.* §. *si quis sciens.*

§. I.

Locupletior non est factus, qui libertum acquisierit.

SUMMARIA.

1. *Fructus omnes extantes & perceptos in petitionem hereditatis veniunt.*
2. *Possessor malæ fidei de consumtis & qui percipi potuerunt, tenetur.*

1 IN petitionem hereditatis † omnes quoqu[e] fructus extantes & percepti veniunt, sive bonæ fidei, sive malæ fidei fuerit possessor ex SC[to] to D. Hadriani tempore facto, quod recitatur *in l. item veniunt.* §. *item non solum.* Et certè ma-
2 læ fidei possessor † etiam de consumtis & qu[i] percip

percipi potuerunt, tenetur *d. l. item veniūt.* §. *prædia* §. *cæterum.* §. *si quis sciens.* Bonæ fidei verò possessor saltem de consumtis, quatenus locupletior factus, *d. l. item veniunt.* §. *pridie.* §. *redacta. l. sed etsi. 25.* §. *consuluit. ff. de petit. hered.* Sic si donaverit, quia obligatio ad Antidora, quæ inde nascitur, infirma est, & ferè nulla, locupletior factus esse non censetur, nec ideò tenetur, *d. l. sed etsi.* §. *consuluit.* §. *utrum. 23. ff. eod.* Quæritur, idem ne sit. Si servum hereditarium manumiserit? Videbatur locupletior esse factus, quia jus patronatus adeptus per *l. idemque in fin. ff. de act. empt.* Sed Iurisconsultus hic respondet contrarium, nempè locupletiorem non esse factum. Cui consentit, quod *in l. natur.* §. *fin. de præscript. verb.* notatur per consequentiam; ergò nec actioni locus erit. Non obstat, quod jus patronatus sit adeptus, licèt magnum quidem sit emolumentum, tamen inde proveniens & incertum est, & æstimationis ratione effugit, ne liberi hominis prædium statuatur, quod nec fieri potest, nec debet, ut dictum est *in l. libertas si habet.* Sed agatur ad interesse actione de præscriptis verbis, non quanti sit libertas, sed quanti intersit manumissum, & servum non esse, non æstimatio interesse reducatur ad æstimationem, quæ fuit ante donatam libertatem, *d. l. naturalis. in fin. l. 2. ff. quibus ad libert. proclamare licet.*

§. 2.

§. 2.

Cùm de lucro duorum quæratur: melior est causa possidentis.

SI verè heres fuerit, qui petitionem hereditatis instituit, meritis vincet, si non minimè sed nunc possidens, non qui petit, potior erit *l. nostra*, sed de hac regula latius *in l. in eo. 33. d. in l. quotiens. 98. supr. h. tit.*

LEX CXXVII. PAVLVS LIB. XX. ad Edictum.

Cùm prætor in heredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit sufficit, si vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti.

HVjus legis explicatio petenda est ex *l. totiens 44. supr. h. tit.*

LEX CXXVIII. PAVLVS LIB. XIX. ad Edictum.

In pari causa possessor potior haberi debet.

§. 1. Hi qui in universum jus succedunt, heredis loco habentur.

SUMMA-

SUMMARIUM.

1. *Huius legis duo membra sunt, & quaenam.*

PERTINET hoc quoque responsum ad petitionem hereditatis, cujus duo sunt membra. † Primùm, quis potior in actione. Alterùm, quis pro herede haberi debeat? Sed initium hujus l. explicatum est *in l. in eo. 33. supr. h. tit.* Estque ejusdem tenoris cum *l. Nemo prædo. 126. infr. h. tit.* Intelligit bonorum possessiones & fideicommissarios heredes. Quos enim prætor heredis loco habet, his quidem non datur directa actio, ex *l. 12. tab.* qua petant hereditatem, *l. 1. de petit. hered.* Neque etiam utilis, quia hæc interpretatio mediæ juris prudentiæ est, neque etiam dari potest, quasi ex alia lege, cùm prætor jus non faciat, & per consequens & heredem. §. *quos autem solus. instit. de bon. poss.* ideoque specialis & peculiaris actio ab ipso prætore inventa est, quæ his datur, quos prętor heredis loco habet. *l. 1. ff de petit. hered.* nempè possessoria & fidecommissaria petitio hereditatis, illa datur bonorum possessoribus. *l. 1. & seq.* hæc datur fidecommissariis hæredibus, *l. 1. 2. 3. ff. de fidecommiss. hered. pet.* Necessaria itaque fuit hæc expositio eorum, quos prætor heredis loco habet, *d. l. præt.* 1

LEX

LEX CXXIX. PAVLVS LIB. XXI. ad Edictum.

Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit.

SUMMARIA.

1. *Servitutis definitio quæ.*
2. *Alienare dicitur, qui servitutem in suo alteri constituit, vel qui non utendo eam, quæ sibi debebatur amittit.*

IN *lib. 21.* act. ad edict. Paulus tractavit de constit. vindic. servitutis ejusq; amissione, ut docet inscriptio *l. 3. & 6. de servit. l. 1. ff. de servit. rust. præd. l. 5. 7. 9. ff. de servit. l. 2. ff. quemadm. servitus amit.* Cui etiam servitus debetur, creditor est ex *l. 10. cum seqq. ff. de verb. sig.* Nam servitutis constitutio alterius prædium minuit, dum hujus auget cõmoditatem, quod alienationis proprium, *l. alte-*
1 *natum. ff. de verb. sig.* Quippe servitus † nihil aliud est, quàm jus quoddam prædio inhærens utilitatem unius respiciens. *l. quotiens. ff. de serv.* & alterius dominio, *l. iure. 26. de serv. rust. præd.* utilitatem ac conditionẽ minuens. Bart. *in rub.* per *l. 2. & 3. ff. de serv. rust. præd.* gl. *in l. 1. §. 1. verb. computand.*
2 *ff. eod.* unde etiam † alienare dicitur, qui servitutem in suo alteri constituit, vel qui non utendo amittit eam, quæ sibi debebatur *l. alienationis. de verb. sig.* Quid ergò, si alicubi debita est servitus, eaq; constituatur, an illi debitor aliquid imputar.

ri potest, si fraudem fecisset, vel rē indebitam ccepisset, eo casu ubi per constitutionem debiæ servitutis reus solvēdo esse definit. Minimè, uia creditor, cui hic constituta est debita seritus, suum recipit, *l. nostra. l. nullus. 55. supr. h. t.* ubi atis de hac regula.

§. I.

Cùm principalis causa non consistit, ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.

SUMMARIA.

- *Servitus quid est.*
- *Servitus ab ipsa constitutione quid differt: & constitutio quid est.*
- *Servitus absque fundo permitti potest, sed non constitui.*
- 4. *Nemini res sua propria servit.*

SERVITUS, ut ex definitione cōstat, est accessio fundi † adeò ut sine fundo constitui nequeat, cùm nullū fundum consistere possit, sine ubjecto, licèt subjectū tanquam per se existens quoddā sine adjuncto esse queat. *l. ut pomum.* §. *quotiens. 15. ff. de servit.* Nec impedit, quod servius utiliter ab eo stipulari possit, qui nunc funlo caret, *l. heredes. 25.* §. *ante stipulatio. vers. quoiam viam permit. ff. familiæ herciscundæ, l. fundorum.* 1

§. *si per*

§. *si per alienum. ff. de evictio.* Multum enim distat
2 † servitus ab ipsa constitutione, cùm constitutio nihil aliud sit, quàm ipsa præstatio: Promissio diem vel conditionem recipit, ut tunc datur vel constituatur, quãdo conditio vel evenerit, qualis fundi species extat, *in d. l. hered. 25. §. cum ea stipulatio. & l. doli fundum. §. si per alienum.* Ac ipsa præstatio vel cõstitutio servitutis diem vel conditionem non recipit, ipso licèt jure solummodo per modum exceptionis, tanquam utilis pactio custodiatur, *l. 4. de servit.* sine fundo igitur
3 † permitti potest servitus, sed non constitui. Sic vice versa cõstituta fuerit servitus, sublato prædio serviente vel dominante servitus extincta erit, *l. repet. §. rei. l. si ager. 23. ff. quemadmodum usufruct. amittatur.* Itaque si fons, ex quo debebatur ductus aquæ in perpetuum (nam si ad tempus venæ fluere desierint, & posteà fons ad venas suas revertatur, aquæductus extinctus videri nequit) exaruit, vel venas suas ita reliquerit, ut nunc in alio loco fluere incipiat, servitus extincta erit, argumento à contrario, *d. l. unus. 24. §. fin. cum l. seq.* item, cùm nemini sua
4 res † serviat *l. in communi. 27. de servit. urb. prædio. l. 5. ff. si usufruct. petatur.* Extinguitur etiam servitus, si duo prædia confinia, quorum alterum alteri serviebat, unius fiunt domini, *l. si in communi. 27. ff. de serv. rust. præd. l. 1. ff. quemadmodum servitus amitt.* Atque illud est, quod hac regula minuitur, cùm principali causa, cui consentit, *l*

tit, *l. cum principali. 178. infr. h. tit.* ubi adjicitur vocabulum *plærumq;*, quasi dicat, regulare quidem esse, sed pati exceptionem, quod verum est, si in circumstantiis regula vitietur, ut *in l. 1. supr. h. tit.* traditum est. Nam si tua fuerint prædia continua trium dominorũ, quorum superius meminerat, si inferius emo per medium prædiũ, personali actione tollitur hypotheca in securitatẽ personalis actionis, quæ fortassis ex multis erat constituta, *l. 16 ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solvatur. d. l. solut. 49. ff. de solut.* qui in hypotheca obligatio est individua, personalis individua esse potest, qui nemini per artes dari possunt. Si itaque partem debiti solvero, nondum pro parte hypotheca erit soluta, *l. 1. 2. de sol. pigno. l. quamdiu. C. de distract. pig.* Quippe non antè solutio creditur facta, ut principale desierit, quàm si totum id, quod debebatur, fuerit solutum, licèt personalis obligatio pro parte sit extincta, *d. l. solut. l. 2. l. Paulus. § 1. ff. quibus mo. pign. vel hypoth. sol.* vitiatur hic regula duplici circumstantia. Quod hypotheca est individua, ne pro parte liberari possit. 2. Quod solutio nondum est perfecta, ut totum principale possit peremptum videri. Quamdiu ergò adhuc aliquid superest ex re principali, accessio quoque contingit & durat res ipsa integra. Similiter si res serviens non tota perierit, quàm diu aliquid superest, integra durat servitus, prout in parte durare integra potest. *l. unus. 34. ff. de servit. rust.*

vit.rust.præd.l.quid tamen.10. ff. quibus mod.usufruct. amitt.

LEX CXXX. VLPIAN. LIB. VIII, ad Edictum.

Nunquam actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

HÆc regula concepta est de pluribus actionibus concurrentib. de qua re Paulus singularẽ edidit librum, ut ex inscriptione *l. si quis servum.34.de act.& obl.l.si quis.de furt.* patet. Cæterùm de hac re tractant institutæ. §.*lib.inst.de leg Aquil. in* §. *in summa.* ubi sine divini distinctione totum negotium explicat.*inst. de iniur.* Bart.elegãter *in l.prat.edixit.* §.*si dicatur. ff. de iniuriis.* Geil *obs.63.lib.1.* Ioh.Duran.*in pract.sua, in forma inquisitionis.verb.hæc est quadam inquisit.n.10.* Corras. *lib 2.Misc.cap.5.* &c. quædam annotata sunt ad *l. nemo ex his 49.supr. h. tit.* cum quibus conjungi debent, quæ dicta sunt *in l.si in duab.104.supr.h.tit.*

LEX CXXXI. PAVLVS LIB. XXII ad Edictum.

Qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur: quia pro possessione dolus est.

SUMMA

SUMMARIA.

1. *Par conditio est eius, qui quid habet, & qui dolo possidere desiit.*
2. *Verbum, habere, duobus potissimum modis dicitur.*
3. *Fraus sua nemini debet esse patrocinio.*
4. *Nemo ex suo delicto conditionem meliorem facit.*
5. *Dolus desinentis possidere, alteri nocere non debet.*

HÆc regula non tantùm ad actiones reales, puta petitionē hereditatis. *l. sed & 25. §. proinde inquit ff. de pet. her.* rei vindicationem *l sin autem. §. sed & is. ff. de rei vind.* verùm etiam ad personales. Nam & in actione noxali locū sibi vendicat. *l. si bon. fid. l. electio. §. si is quem ff. de noxal. act.* item interdicto quorū bonorum. *l. ff. quor. bon.* in interdicto quorum legatorū. *l. 1. §. ait prat. ff. quor. leg.* in interdicto de tabulis exhibēdis. *l. 3. §. si quis duo. de tab. exh.* Itē in interdicto de libero homine exhibēdo. *l. 1. ff. de lib. exh.* Itē ne quid in loco publico fiat, *l. 2. § hoc interd. ff. ne q̄d in loc. publ.* ex qua & *l. 2.* desumta est etiā *l. parē. 150. infr. h. t.* ubi ICt. parē inquit esse † cōditionē ejus, q̄ quid habet, 1 & qui dolo desiit possidere. Quo in loco vocabulo generaliori utit, sc. habet. Ideo q̄a immissa & projecta magis habemus, quàm possidemus. Sed in loco publico nō licet, aliquid immissum

vel projectum habere, quo viæ publicæ vel loco publico noceatur, *l. 1. 2. ff. ne quid in loco publico.*
2 Habere † potiss. duobus modis dicitur. Primo *l. habere. 118. supr. de V. S.* Ratio regulæ, h. e. quia
3 nemini sua † fraus erit patrocinio, nemoq; † ex
4 delicto suo conditionẽ meliorẽ faciet, *l. nõ fraudulenter. 134. §. fin. infr. h. tit.* Aut consiliũ suum in alterius injuriam mutabit, *l. nemo potest. 75. supr.*
5 *h. tit.* Ideoq; dolus desinentis † possidere, alteri nocere non potest, *d. l. elect. §. fin. d. l. parem.* Nec resistit *l. alterius. supr. h. tit.* alterius circumventio alteri non præbet actionem, sed desinit teneri alienator, cùm possideat, quippe actiones in rem non competunt, nisi adversus possidentem. *§. omnium. inst. de action. l. 1. l. officio. 9. l. in rem. 23. l. sin autem. 27. §. 1. ff. de rei vindic.* Itaque ex illa circumventione non acquiretur alia actio ill actori, cùm ea circumventio sit alterius. Primò fallacia in allegatione *d. l. alterius.* ut in ejus explicatione videre est, nec rectè ex ea assumitur Deinde qui alienavit dolo, propterea adhu possidere, quia dolus successit in locum *rei vind* In hac l. dicitur, dolus pro possessione est, cu accedit *l. quod si dolo 22. l. qui petitione. 36. verb. ve dol. de rei vind.* Itaque dici non potest, actionen in rem priorem fuisse per hanc alienationen dolosam extinctam, per *l. non debet. 27. supr. h. tit.* Plura quæ huc pertinent, vide *in d. l. non debet. & l. seq. supr. h. tit,*

LEX CXXXII. CAIVS LIB. VII. ad edictum provinciale.

Imperitia culpæ adnumeratur.

SUMMARIA.

1. *Facti ignorantiam solet excusare etiam levissima culpa.*
2. *Immortalitas medico imputari non potest.*
3. *Omnibus moriendum est.*
4. *Nemini damno erit mendacium vel negligentia, profitentis sed factum cuiq; suum nocebit.*

Cajus *in libr. 2.* ad edictum provinciale exposuit edictũ ex l. Aquilia desumtũ, ut habet inscriptio, *l. 2. 4. 8. 32. ff. ad l. Aquil.* Prætores enim non tantùm suas actiones edicto proponebant, sed etiam legum actiones ex l. promanantes, & quando res stipulabatur leges aut emendabant nimis duras, aut supplebãt l. si quid deerat, vel adjuvabant scil. exequendo, quando promittebant legum executionem, *l. ius autẽ civile. §. 1. ff. de iust. & iur.* Quid n. leges sine executore? Sanè l. Aquil. prætor & adjuvavit pollicendo actionẽ, & supplevit adjiciendo prętoriã in facto actionẽ, quãdo neq; corpore damnum datum, neq; corpus læsum est, sed alio modo alicui damnum contigit, *§. fin. in fin. inst. de l. Aquil.* Edictum concedit actionem in unum, qui servum alienum vel servam alienã, quadrupedem

 vel

vel pecudem occiderit, quãti id in eo anno plurimi fuerit. *d.l.2* Quid ergo? si medicus aliquis sumit servũ, qui malè curatus, moritur, an medicus de occiso tenebatur? Videbatur, quod nõ: quia artẽ ignoravit fortasse, quod facti est, non
1 juris. Sed facti † ignorantia solet excusare etiam allevissima culpa, *l.12. & seq. ff. de iur. & fact. ignor.* vel tantum adhibuit, quantum potuit, sed qui facit quantum facere potest, nihil culpę admisisse videtur: *l. si putat.3. ad l. Aquil. & in §. iniuria. vers. nec is quidẽ. inst. eod.* dicitur, quia casu accidit,
2 dit, h.l. nõ tenetur, immortalitas medico † im-
3 putari nequit, cùm omni natura simus † mortales, *l illicita §. sicut medico. ff. de off. præsid.* Verùm contrariũ obtinuit. *§. præterea. inst. de l. Aquil.* maximè ideò ne facilè quis asseverare audeat, artis alicujus scientiam, antequam ipse expertus sit, se antè ignorare. *l. Iul. §. quid tamẽ. ff. de act. empt. c. nõ est putãda. §. fin. inst. q. 7. l. dol. mal. §. fin. ff. de novat.* unde hæc reg. extitit: Imperitia culpæ annumeratur, *l. nostr. d. §. præt.* ubi deinde, quæ obtinere debet, quoties quis artẽ ausus fuerit profiteri, sive eã didicerit, sive non, si non ea arte utatur, ut probatissimus quisq; artifex. Nemini n. da-
4 mno erit † mendaciũ vel negligẽtia profitentis, sed factũ, cui suũ nocebit *l. fact. 155. infr. h. t.* Hinc sicut medico eventus immortalitatis imputari nõ debet, sc. si eam diligentiã adhibuerit, eamq; curã & modum curandi secutus fuerit, quem & quam sequuntur diligentissimi quiq; & peritissimi

ſimi medici, in quo ſtatur medicorũ peritorum judicio, ut notant cõmuniter *in d. l. illicit. §. ſicut medic.* item quod per imperitiam cõmiſſum eſt imputari ei debet, prætextu humanæ fragilitatis delictum decipiẽtis in periculo homines innoxium eſſe non debet, ut graviter Vlp. reſpondit *in d. l. illic. §. ſicut medic.* idem etiam in judice obtinet, in advocato, aliisq; ſimilibus. §. *& ibi notata inſt. de obl. quæ ex delict. naſcuntur*, d. l. lucra apud interpp. *in d. §. prætereà* ut *in d. l. illicitas. §. ſicut medic.* ubi noviſſimè Coſtallius.

LEX CXXXIII. CAIVS LIB. VIII. ad edictum provinciale.

Melior conditio noſtra per ſervos fieri poteſt: deterior fieri non poteſt.

SUMMARIUM.

1. *Quod in favorem alicuius eſt introductum, in eius odium retorqueri non debet.*

DOMINICA poteſtas in dominorũ favorem eſt introducta, quod verò in favorem alicujus † introductum eſt, non debet in ejus odium retorqueri, *l. nulla iuris 25. ff. de ll.* Itaq; licet ſervi dominis & invitis & ignorantibus acquirãt. *l. ſervus vetante. ff. de verb. obl. l. etiã invit. 32. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. §. item acquiritur. de acqu. poſſ. §. item nobis. inſtit. per quas perſon. nobis acquir.* domini tamen ſine juſſu non alteri obligabunt extra 1

causam peculii, *l. si quis servum §. etiam. de pecul. l. 8. in prin. de verb. obl. l. servus. ff. depos.* adeò ne etiam sine jussu hereditatem adire queant, *d. §. item nobis. l. 3. de acquir. hered. ut in l. 34. s. h. tit.* explanatum est, hinc regula est: *Melior conditio nostra.* Quæ regula vera est in contractibus aliisq; negotiis similibus civilib. contra causam peculii, secus in delictis. *l. 1. §. quod igitur. ff. de vi & vi armata*, ut *in l. 1. supr. h. tit.* declaratum est.

LEX CXXXIV. VLPIAN. LIB. XXI. ad Edictum.

Non fraudantur creditores, cùm quid non acquiritur à debitore, sed cùm quid de bonis diminuitur.

RECTE conjungitur hæc lex cum *l. nihil dolo. 129. sup. h. tit.* & cum *l. non alienat. 119. h. tit.* sicut enim ille non alienat, qui amittit possessionem, ut locus sit actioni *de alienat. iud. mut. caus. fact.* vel actioni Paulianæ rescissoriæ: ita quoque si sciunt & consentiunt creditores aliquid alienare. Idem igitur est, quod in hac lege traditur, nempe eum in fraudem creditorum fecisse videri, qui bona minuit, & aliquid de suo remittit, non qui omittit, *l. 6. ff. si quid in fraud. cred. d. l. non alienat. 119. supr. h. tit.* abundè explicatum est.

§. I.

§. *Primus.*

Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

SI debitor dolo deliquerit, ut à se res abiret, propter quã desineret solvendo esse in fraudem creditorum, vel ut judicium mutaret, propterea neq; à Pauliana, neq; de actione, *de alien. iud. mutandi causa facta.* immunis erit ꝓpter hanc reg. quam nemo ex sua fraude, vel dolo, vel delicto impunitatem sperabit, aut melioris fiet conditionis. *l. nostra,* de qua re satis in *l. alterius. 49. in l. consilii 47. l. qui dolo 131.* dictum est.

LEX CXXXV. VLPIANVS LIB. 23. ad Edictum.

Ea quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur.

SUMMARIA.

1. *Quæ impossibilia sunt facto vel natura, ea nullius sunt momenti.*
2. *Quæ in natura non sunt, ea pro non scriptis habentur.*
3. *In contractibus omnium contrahentium voluntas tam promissionis, quàm stipulationis, spectare debet.*

4. *In contractibus & ultimis voluntatibus conditio impossibilis per non scripta habetur.*

3. *Difficultas praestationis ab obligatione non liberat.*

IN omnibus promissionibus vel decretis hoc
1 obtinet, ut quae impossibilia sunt facto † vel natura, itẽ quae in natura non sunt, pro nõ pro-
2 missis, † pro non scriptis habeantur. *l. nostra §. 1. impossibilis. inst. de inutil. stip. l. impossibilis, de verb. obl. & §. impossibilis. instit. l. 7. de hered. inst. t. §. fin. instit. de legibus.* Sed diversa est operatio in promissione vel contractibus, quàm in testamentis, quo ad conditionem impossibilem. Quippe si conditio impossibilis adjiciatur promissione nihil cõtractũ est, nihilq; actũ, *l. impossibilis. 185. inf. h. t.* Cùm consensus deficiat, *d. l. impossibilis, de verb. obl. §. impossibilis. instit. de inutil. stip.* In ultimis autem voluntatib. ita pro non scripta habeantur, ne quis eã teneatur implere aut expectare, sed purè institut⁹ habeatur vel legatũ statim deleatur. Quia haec scriptura ideo pro non scripta habetur, ne legatum vel institutionem inutilem reddat, *d. §. impossibilis. de hered. inst. t.* Ratio diversitatis est, in
3 contractib. omnium contrahentium † voluntas tam promissionis quã stipulationis, tam emtoris, quàm venditoris spectari debet, *cog. l. labeo. 19. de verb. sig.* ut *inst. de obl. quae ex consen. nasc. §. 1. inst. de obl. l. 3. §. 1. ff. de act. & obl.* Quib. imputandũ est, quod clarius legem contractui non dixerint *l. 1. §. veterib. de pactis. l. 2. §. ab eo. 21. de actio. & obl.* In testamentis sola versatur testantis voluntas, quae plenior

lenior interpretari debet, poti' ut valeat quàm pereat, *l. in testam. inf. h. t. l. negare. quemadmodū testam. aperiatur.* Non enim probabile est, aliquem testamento suo aliquid adjicere ad impugnandum propriū suum judiciū. *l. 3. de mil. test.* Modo testator verè nō putaverit eam cōditionē possibilem esse, *l. servo manumisso. de cond. indeb.* Semper igitur & in contractib. & ultimis voluntatibus impossibilis conditio † pro non scripta habetur, 4 diversa tamē operatione. Videamus de re in rerū natura non existente. Si res cōtractui adjiciatur, ut in accessione sc. sit vel in ult. voluntatib. legetur, q rerū natura non est, puta homo mortuus, hypocentaurus, § *1. inst. de inut. stip.* Vtroq; casu inutile quod adjectum vel ita scriptum est, nec deberi potest, ut plenè Dd. *in d. §. 1.* explicāt. Quo pertinet *l. cum servus. 39.* (in aliis est lex *apud Iul. 40.*) §. *constat etiā, in vers. si verò. Salustius. ff. de l.* Nam q in rerum † natura non est, id nec in bonis esse potest, cùm nec cōmerciū recipiat. Quæ ratio æquè militat in ultimis voluntatib. atq; in contractib. unde etiam tam in ultimis voluntatib. quam contractib. Regulæ Catonianę locus, *l. inter stip. §. & sacram ubi Cuiat. de verb. obl. l. 3. §. 1. de regula Caton.* De qua nihil, quod initio & *l. in ambiguis 85. §. 1. h. t.* Idem etiam trahitur ad conventiones illicitas & res natura quidē existentes, sed commercio hominum ereptas. Cujusmodi est liber homo, res sacra, sancta, religiosa, publica, & cæt. §. *fin. institut. de emt. & vendi. §. 1. §. idem iuris. institut. de inutilib. stipulat. leg. liber homo. 103. ff. de verb.*

de verb.oblig.d.l.inter stipulantem.§.sacram. Etiamsi quoque spes esse potest, eas res aliquando ad eum casum pervẽturas, ut in commercio venire queant. Quæ tamen cùm earum obligatio nullum initium accipiat eo tempore, quo peragitur, ea impendenti non erit. *d.§.1.& seq. de l. inter stipulantem.§.sacram.* Hoc autem adeò procedit, ne etiam rerum ita legatarum pretium dubitatur, quando res legata est aliena, cujus commercium ab omnib. ferè haberi potest, sed vel ipse, cui res legata est, specialiter habere nequit, vel heres emere res prohibetur. *l.sed si res.40. l. filius fam.114.§.si quid alteri.ff.deleg.* Idem in contractibus modo stipulator rei commercium habere queat, licèt reus non habeat. *l.multum interest.34.§.de verb.& obl.* Nam difficultas præstationis ab obligatione non liberat, *l.2 ff.eod.* Ejusmodi
5 autem res fieri, quoniam non omnium † erat commercium, vestes, purpura, &c. secundùm Cujac. *in parat. Cod. quæ res venire non potest.* Item prædia Italica, quæ in peregrinorum commercia esse non poterant, exceptis iis, quibus specialiter hoc jus datum erât. Vlpin. *in fragm. tit. de acquir. rer. dom. leg. mortuo. 49.§. labeo, refert. ff. deleg. 2.*

LEX CXXXVI. PAVLVS LIB. XVIII. *ad Edictum.*

Bona fides tantundem possidenti præstat,

ſtat; quantum veritas, quotiens lex impedimento non eſt.

SUMMARIA.

1. *Bonæ fidei poſſeſſor quis dicitur.*
2. *Mala fides quæ eſt.*
3. *Poſſeſſor bonæ fidei omnes fructus naturales & induſtriales perceptione ſuos facit.*
4. *Fructus induſtriales quæ requirunt.*
5. *Differentia quæ eſt inter eum bonæ fidei poſſeſſorem coram firmo titulo, & eum cum infirmo titulo.*
6. *Perceptio fructuum quid differt ab ipſa uſucapione, ex qua percipiuntur.*
7. *Actus tot ſunt, quot ſunt perceptiones.*
8. *Tamdiu perceptione non acquiruntur quandiu fructus evictus non fuerit, etiamſi mala fides ſupervenerit.*
9. *Vero domino datur directa rei vendicatio, poſſeſſione amiſſa.*
10. *Publiciana ſeu utilis in rem datur bonæ fidei poſſeſſori ad recuperandum poſſeſſionem amiſſam.*
11. *Res furtiva, & vi poſſeſſæ uſucapi non poſſunt.*

DVPLICITER hujus legis inſcriptio legitur Paul. *lib. 18. ad edictum*, In florent. Exempl. reperitur in aliis quibusdã *lib. 18. ad edictum*. Sanè *in lib. 19. ad edictum* Pauli de rei vindic. Et publiciana in rem tractavit, *l. 2. 4. 10. 12 ff. de publ. in rem act.*

act. fortasse *in lib.8.* etiam *de petit. hered.* disseruit. Vterq; actione hęc regula convenit. Nēpe quoties bonæ fidei possessor cōvenitur, non tenetur ad fructus restituendos bonæ fide perceptos §. *si quis à non domino. inst. de rer. divis. l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. domino.* Ratio in hac l. proponitur, quia
1 bona fides tantundē, &c. Bonæ fidei † autē possessor definitur in *l. bonæ fidei. 109. de verb. sig.* Is qui ignorat rem vel titulo emtionis, vel quocunq; alio consecutā alienam fuisse aut putavit, à quo eū accepit jus alienandi habuisse, cùm non ha-
2 buerit, unde patet malam † fidem, q̄ opposita est bonæ fidei, esse conscientiā læsam seu scientiam rei alienæ nō ita habendæ. Atq; ita bona & mala fides ex conscientia non errore ducti vel juris ignorantia proficiscitur, cum quo consentit, q Pompon. *in l.24. de usucap.* resp. ubi lex inhibet usucapionē, ibi bona fides possidenti nihil prodest. Ecce legis seu juris ignorantia non inducit malā fidē, attamen bona fides circa rem usucapere probabilē possidenti non prodest, sc. ut legem vincat. Hinc Paul. etiam *in l. nostra* dicit: *Bona fides tantundē, &c.* Sed quoties inquit, ex *impedimento non est.* Vnde quidem ex *l. quemadmodū. in fin. C. de agric. & cens. lt. 11.* malè inferūt juris ignorantiā & actū contra jus, factā inducere malam fidē. Nam & ibi scientia mentis præsupponitur: ut evidenter verba inferunt. Hinc etiā constat, *in l. fructus. 45. de usuris.* Vxorē, cui maritus donaverat prædium contra prohibitionem juris. *l. 1.*

2 &

.& seqq.de donat.inter virum & uxorem. Cùm existimaret ejusmodi donationẽ subsistere potuisse, nõ fuisse malę fidei possessorem, sed bonę fidei. Quibus ita præmissis breviter tenendũ est, per hanc l.bonæ fidei possessorem † omnes fructus tam naturales quàm industriales perceptione suos facere, leg.bonæ fidei.de acq.rer.dom.l.qui sit.§.1.de usur.d.§.si quis à nõ domino. Vbi Wesenb. Schneidw.& alii.Nam bonę fidei possessionem ! juris in percipiendis fructib.habet, quàm ipse, l. ui scit.§.1.vers.porrò propter rationem l.nostra. Licet Duar.in tit de usuris cap.qui fruct. in restitut. veniant. Hoto.eod. tit. cap. de fruct. Cujac. ad Afric. tract.7. olio mihi.327. aliter sentiant, quorũ rationes aliquando recitavi & reprobavi in l. hæc verba. 73 de verb.sig. Non obstat l.fructus de usuris. Nã l.seu cõsuetudo eatenus confirmat donationes inter virum & uxorẽ, quatenus altera altero ex donatione aliqua nõ fit locupletior, l.3.vers. neve melior. si sponsus sponsæ.§ si maritus.ff.de don,inter virũ & uxorem. Vbi altera pars locupletior fit, ibi inter conjuges consuetudo & lex donationes improbat, nisi in mortẽ collata sit, d.l.3. Vbi Pet.Castal.ff.de don.inter vir.& uxo. Industriales, autẽ fructus † requirunt impensas, opera & labores hominis, ut qs ex iis locupletior fieri videatur, quos plabore & cura cõsequitur. Meræ naturales nullũ horũ desiderant pter collectionẽ, unde mera & lucrativa. Hinc donatio industrialiũ inter conjuges ipso jure consistit. l.15.l.de fructibus.17.ff.de donat.

inter

inter.vir.& uxor. Naturaliter non item. *l.8. Cod.de don.inter vir.& uxor.* Cùm itaq; tandiu bona fides præſtat præſidenti, quantũ prædiorum dominis tributum eſt, *d.l.qui ſcit.* § *quamdiu.l. impedimento non eſt. l. noſtræ d.l.bona fides.* apparet *in d. l.* fructus uxorem non ratione malè fidei impediri, quo minus naturales fructus preceptione ſuos faciat, ſed ſaltem induſtriales, quoniam legis prohibitione impeditur. Nec refragantur verba, *Sicut nec cuiuslibet bona fides, &c.* Quib. verbis præcedentem deciſionem ICtus illuſtrat. Nam verba illa *nec cuiuslibet bonæ fidei.* univerſaliter accipiẽda omnino ſunt, pro *omnis*, ſed diſtinctivè q̃ propria natura eſt vocabuli *quilibet*, maximè ſi negotio adjiciatur, ut non tantùm Nizolius annotat, ſed etiam multis in locis in jure noſtro occurrit, ideoq; ſenſus verborum eorum eſt. Et ſi quorundam bonæ fidei poſſeſſorũ fructus perceptione omnes omnino fiunt, quidam tamen ſunt, qui non niſi induſtriales perceptione ſua faciunt. Et ad lucrandos naturales fructus, ne veniant in reſtitutionem, opus habeant conſumptione. Sed qui ſunt illi? Ex iis, quæ ex *nemo prædo.* allata ſunt, conſtat magnam eſſe dif-
5 ferentiam inter † eum bonæ fidei poſſeſſorem qui coram firmo titulo poſſidet, & qui cum titulo infirmo & quidem nullo, quiq; dum pro poſſeſſore tantùm poſſideat, parum à prædone diſtat: diſtat tamen aliquid, dùm prædium numeravit. Ille igitur, qui firmum habet titulum

reve

revera habet eum, qui dominis prediorum tributa sunt, hic nõ omnia. Ex quo efficitur, ut ille omnes omninò fructus pceptione lucretur, hic non, nisi industriales, ut communis & verissima habet opinio, quã refert *in d. §. bona fidei.* Wesenb. Schneidw. Ioan. Ferrar. *in forma libelli realis actionis, in verbo simul cum fruct ib. n. 4. & c. in pract. sua* hac & distinctione omnes ferè cõtrarietates tolluntur. Objicitur autem *l. 4. §. 2. ff. fin. reg.* in quibus ocis cõjunctio videtur exigi, cùm extantes sint estituendæ. Resp. declarandũ, *d. l. 4. §. 2. §. & hered. instit de officio iudic.* quod usq; ad litem contestatam, nisi antea mala fides supervenerit, oc jus perceptionis duret, vel si mala fides supervenerit ante per litis contestationẽ jam extantes, hoc est, solo cohærẽtes tàm industriales, uàm naturales, *l. si pendentes. 27. ff. de usufr.* Sola erceptione non acquiruntur, sed consumptione. Quinimò unà cum re restituendi sunt, cùm unc pars fundi sint, ubi lis movebatur. Denique tamdiu bonæ fidei possessor hoc jure utetur, quamdiu in bona fide perseverat, *l. qui bona 3. § 1. l. quæsitum. 41. ff. de acquir. rer dom.* Etenim in hoc maximè differt perceptio † fructuum ab 6 ipsa usucapione, ex qua percipiuntur, *dict. l. bona fides §. 1.* Res supervenientem malam fidem nihilominus usucapitur jure civili, quia jus civile, quo ad usucapionem, principium possessionis inspicit, *§. 1 § d utina. institut. de usucap. leg. 2. in princ. §. si eam. §. si defunctus. ff. pro emtore. l. de accessionibus.*

sionibus.ff.de divers.& temp.præscript.l. Pomponius. *§.1.ff.de acquir.poss.l.pœn.ff.pro soluto.* Sed fructus propter supervenientē malam fidem perceptione sola non amplius requiruntur, quippe ab eo momento fructum quasi furtum fieri incipit *l.ait prætor.§.per hanc.ff.qui in fraud.cred.l.5.C.de rei vind.l.3 de cond.ex l.* Ratio diversitatis est, possessio semel apprehensa continuò durat unusq; actus sicuti etiā ipsa usucapio. Sed perceptio fru

7 ctuum non est continua, cùm tot sint † actus quot perceptiones. Sicut ergò in singulis usucapionibus bona fides initio possessionis requiritur, ita quoq; in singulis perceptionibus. *d. l. qui bona.§.1. d.l. quæstum.* Hinc convenientissimam rationem ICtus *in d.l.bona fides.§.1.in vers. hoc ne act. ius.* subjicit. Hoc enim inquit ad jus sc.possessionis refertur. Quippe ut fructus bona fide possidenti & percipienti cedant, jus est possessionis. Illud inquit sc.bona vel mala fides act.fructum, h.e.ipsum perceptionis actum pertinent ut si facto cohęrent bona fides, ipso jure procedat acquisitio, sin minimè, non procedat. Deinde ICtus refutat in decisam obedientiam *in vers. nec contrarium.* Ecce ipsum tamen prædium propter supervenientē malam fidem nō impedit usucapi. Ergò nec pceptio impediri debet. Huic objectioni respondet, illud nō esse contrarium quoniā ab usucapione fundi ad perceptionē argumentū nō procedit. Idq; exēplo probat. Nampè sępè ex ea re fructus perceptione lucrari b

nę fic

ræ fidei possessorē, quam tamen rem ipsam usucapere nequit. Hęc, ut opinor, est difficillimi responsi Pauli contra *d.l.bonæ fidei.* § *1.* vera sententia, cui contradicere videtur Pompon. *in d. l. qui* §. *fin.* qui ex Iuliani sententia statuit tamdiu † 8 requiri perceptione, quādiu fructus evictus nō fuerit, etiamsi mala fides supervenerit. Idq; simili illustrat. *in vers.* Nam & servus videtur. Hęc difficillima antinomia, nam similitudini illi diametro resistit Ulp. *in d.l. qui bonæ ff. de acq. rer. dom.* Et African. *in d. l. quæsitum ff. eod.* Duarenus & alii dicunt, Pomponium saltem Iuliani sententiam recitare, *D d. qui f. it* §. *fin.* non approbare quod conjicere non dissolvere est. Alii distinguunt inter titulum lucrativū & onerosum, sed reprobantur per *d.l. quæsitum.* Verùm si conferamus allatam interpretationem, *d.l. bonæ fidei* § *1.* cum *d.l. qui f.* apparebit nullam esse pugnā. Nam mens Pomponii & Iuliani hæc videtur esse perceptione, interim bonæ fidei possessorē omnes fructus fundi suos facere, quamdiu in bona fide perseverat. Si verò incipit conscientiā rei alienę habere, percipere quidē quamdiu fundus evict' nō fuerit, suos tamen facere, ne nō cogatur, unà cū fundo restituere si evincatur. Verū cum nihilominus ipsum fundū possit usucapere, putat nō esse impedimēto supervenientem malā fidē, quo minus usucapione fundi ante evictionē institutā impleta retineat fruct. pceptos, ac si mala fides non supervenisset. Nec fructuū nomine

 solum-

solummodo agi poterit, qui sunt antecessionis loco, re principali jam usucapta. Et hoc est, quod Pomponius ait, quamdiu fundus evictus non fuerit, q. d. evincatur ante impletam usucapionem, fructus apud percipientē remanebunt, quasi nunquam supervenisset mala fides, ex quibus constat, Pomponium & Iulianum aliquid addere ad Responsa Vlpian. & Africani, & quidem declarare. Absit igitur dicere hæc esse contraria, hæc obiter de fructibus. Porrò hæc regula l. nostræ potest accommodari ad rei vindicationem. Vero domino datur directa † rei vendicatio possessione amissa. Publicana seu utilis in
9
10 rem † datur bonæ fidei possessori ad recuperandam possessionem amissam. Vtriusque actionis eadem vis & effectus est. *arg. l. antepen. ff. de negot. gest.* Ergò tantum bona fides præstat præsidenti, quantum verum dominium domino; sed hoc, nisi lex impedimento sit. Publicana datur pro iis rebus, quæ usucapi possunt vel longo tēpore prescribi, *l. 12. d. sive aut. 9. §. hac act. l. cum sponsus sponsa. § in vectigalibus. 5. seq. ff. de publ. in rem actione.*

11 Vsucapi autem † non possunt res furtivæ, vi possessæ, servi fugitivi, quia lex improbat usucapionem *d. l. sive autem 9.* Publicana igitur in his non habet locum, *d. l. sive autem. §. hac actio.* Sed quare: quia lex impedimento est, licèt actor bona fide non careat, plura alia passim obvia sunt puta *in d. l. §. si pupill. ff. de usucap. l. qui fundum. §. si tutor pro emtore.* Hinc est, ut bonæ fidei possessor

in ll

n ll. nostris sæpè pro domino accipiatur. Quemadmodum contingit in *l. servi. 12. §. ult. ff. de furtis. & l. si fur. 37. in prin. ff. de usucap.*

LEX CXXXVII. VLPIANVS LIB. 25. ad Edictum.

Qui autore judice comparavit, bonæ fidei possessor est.

SUMMARIA.

Autore iudice possidens, bona fide possidet.

Nemo iustius possidet, quàm qui autore pratore possidet.

Res iudicata pro veritate habetur.

IN præcedenti lege definitum est, qui sit bonæ fidei possessor, nempe qui ignorat rem alterius fuisse, quàm à quo accepit, vel ignoravit autem vel jus dandi non habuisse. Quæritur, anne quandoq; etiam bonæ fidei possessor esse possit, qui scit rem esse alienam? Hanc quæstionem hic Vlp. dissolvit, ita ut commodè subjiciatur lege præcedenti, quam supplet. Qui autore, inquit, judice † possidet, bona fide possidet, & ut 1
vulgo dicitur: nemo † justius possidet quàm qui 2
autore pretore possidet. Ratio est, quia qui judicis jussu aliquid facit, neq; dolo, neq; fraude, neq; injustè fecisse videtur, *l. non videtur. 167. §. qui jussu. inf. h. tit.* Vnde etiam res judicata † pro veri- 3

 tate

tate habetur, *l. res judicata. 219. sup. h. t.* nec admittit rescissionem, *l. 12. C. sententiam rescindi non oportere* Igitur si creditores ex secundo decreto jussi fuerint possidere, rectè usucapiunt adversus verum dominum, nec obest illis sciẽtia rei alienę, quam purgat necessitas obediendi & autoritas magistratus, *l. 1. de fundo dotali. l. sed si res. ff. commun. divid. l. si finitum. § Iulianus, scribit. ff. de damno. inf.* At judicatio quoq; rei alienæ probat justam possessionem & usucapiendi cõdictionem, *l. & generaliter. in fin. ff. de noxal. act.* pertinet autem hęc lex propriè ad tit. *de relig. & sumtib fun.* Desumtum enim est ex *l. etsi quis. 14. § 1. ff. de relig. & sumt. fund.* Si colonus vel inquilinus mortuus fuerit, nec inveniatur, unde funeretur ex infectis & illatis funerandus erit: Etsi quid superfluum remanserit, hoc ꝓ debita pensione tenebitur, nec ab emtoribus revocabitur, quod alienatum est hypothecaria actione, de qua *in §. item serviana inst de action.* Ratio ex hac lege petitur. Quia cùm illa res pro funere faciẽdo autore judice seu prętore distrahantur, emtor non potest videri malæ fidei possessor, nec imbecillius jus habebit quàm locator, fortiori tunc tit. nacto. Sic etiam si res legatæ sint à testatore, de cujus funere agitur, nec sit, unde funeretur, ad eas quoque manum mittere vel intendere oportebit. Satis enim est de suo testatorem funerare, quàm alias legata consequi. Nec adita hereditate emtoribus legata auferentur, sed si bona ferre possunt, dedu-

ctis

ctis oneribus & legitima æstimatione contenti erunt. Sin minus, potiùs carebũt, *d.l.si quis 14.§.1.*

LEX CXXXVIII. PAVLVS LIB.XXVII. ad Edictum.

Omnis hereditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

SUMMARIA.

1. *Nemo potest pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere.*
2. *Institutio heredis an etiam ex die, in diem & ad diem improbetur.*
3. *Hac regula procedit in iis, quæ iuris sunt, nõ quæ facti.*

NON ineptè hæc lex ad institoriam actionem, de qua *in § institoria.instit. Quod cum eo in alterius partem* accommodatur, institor mortuo proponente nihilominus contraxit & credidit more suo, dum adhuc hereditas jacebat post aditam hereditatem, heres vult accipere, quasi nihil cum institore suo actum sit, non hereditas jacuerit vel mandaverit, neque ratum habuerit, quod institor fecit. Queritur an exceptioni locus esse debeat? Resp. ex hac l. quod non. Nam ex, *l.sed si pupillus.11 ff.de inst.act* constat morte proponentis non dissolvi mandatum institoris (licèt procuratoris mandatum re adhuc integra dissolvatur, §. *rectè quoque & §. item si*

adhuc.institut.de mandato) sed in heredem continuatur, nec nocet mediũ tempus propter l. nostram. Heres enim qui adiit hereditatem vel alia ratione acquisivit, videtur heres extitisse jam ex tempore mortis defuncti, h. e. tẽpore mortis & aditionis cõjunguntur *l. heres. de acq. hered. l. omnia 193 inf. h. tit.* Cujus rei ratio est, si ejusmodi conjunctio nõ fieret, tamen quoddam extaret, quo defunctus sine herede fuisset. Sed sicut nemo
1 potest pro parte testatus † & intestatus decedere. *l. ius nostrum infra h. tit.* ita quoq; nemo potest hered. relicto & non relicto decedere. Vnde et-
2 iam institutio heredis † ex die, in diem, & ad diem improbatur, licèt cõditiones adjici possunt, ut *in l. actus legitimi. sup. h. t.* dictum est, & traditur *in §. pura. instit. de hered. instit.* Cujus rei hæc rursus est diciturq; ratio, quiq; in diem, ex die, vel ad diem sit, retrotrahitur, per *l. cedere diem. ff. de verb obl. l. qui legatum 18. sup. h. tit. l fin. C. ad S. C. Macedon d. l. omnia 193. in fin. h. t.* aliud hæc l. exemplum extat, *in l. si ex re. §. ultim. ff. de stip. servor.* Servus hereditarius ante aditam hereditatem futuro hered stipulatus est: Quæritur, an illi quæsita sic actio Resp. Si adierit efficacem consecutam actionem propter hujus l. rationẽ. Item *in l. si exheredati. ff SC. Syllar.* Resp. filio exheredato occiso & post mortẽ testamẽto destituto, h. e. repudiata hereditate à scripto herede, ita ut nũc locus fuisset filio exheredato, si extitisset exhereditatione irrita facta, de familia quæstio haberi debet. Quare nam

e nam filius ille fingitur retrò heres extitisse, nde *l. omnia. 139. sup. h. tit.* additur vocabulum, *erè*, quasi regula illa, in quibusdam casibus fal- at, qui notantur à gl. *in d. l. omnia.* Procedit e- nim † in iis, quæ juris sunt, non quæ facti, item 3 quæ universitati, & juri, quæ non fiunt. *l. usufr. ff. de servorum stipul.*

§. I.

Nunquam crescit ex post facto præteriti delicti æstimatio.

Summaria.

1. *Hoc caput ad noxales actiones refertur.*
2. *Actio popularis paratur ex edicto prætoris ob sepulchrum violatum.*
3. *Æstimatio delicti quando crescit.*
4. *Pœna delictorum ex post facto non crescunt.*
5. *Tempus iudiciale non inspicitur, sed id, quo delictum aliquod commissum est.*
6. *Tale delictum manet, quale commissum est, nec in eo versatur mora.*
7. *Mora cuique sua nocere debet.*

Potest hoc caput ad noxales † referri, po- 1 test etiam ad tit. *de religiosis & sumptibus funerum* accõmodari, & ita ad interdictum de mortuo inferendo, nec non ad actionem popularem de sepulchro violato. Ob sepulchrum

 viola-

2 violatum ex edicto prætoris actio † popularis parata est, ut reus condemnetur, quanti ob eam rem æquum videbitur. *l.3. de sepulchro violato.* Æquitas illa inspicit non tantum qualitatē facti & personæ, cui hæc injuria illata est, verùm etiam qualitatē ejus personæ, quę fecit, *l. aut fact. §. pers. ff. de pœn. § atrox. inst. de iniur.* Geil. *obs. 100. li. 2. pract. obs.* Quid ergò, si aut actor majori dignitate prçditus, ubi judicari debet ea, quæ tunc fuit, cùm sepulchro suo vis inferebatur, aut reus senatu motus est, post factum perpetratū, an propterea 3 crescit † delicti æstimatio? Videbatur, quod sic. Nam *in l. vinum. ff. si certum pet.* traditur litis contestatæ tempus in stricti juris judiciis inspiciendum esse. Sed quid magis strictum quàm judicium pœnale propter *c. odia. de R. I. in 6. & l. pen. ff. de pœn. & in l. 2 ff. ad l. Aquil.* Resp. Quanti plurimi fuit eo anno cōdemnationem faciendam, & in conditione furtiva inspicitur, quanti unquam plurimi res fuerit. *l. in re 8. §. si ex caus. ff. si ex condit. furt.* item propter supervenietem causam vel statum libertatis remissior imponetur pœna, *l. statum. l. liber. ff. de quæst. l. moru. 9. § fin. ff. de pœnis.* Ergò etiam augebitur propter statum diminutum propter contrariorū relationē. Sed contrarium h. l. proponitur, nempe delictorū pœ-
4 nas † ex post facto non crescere, ideoq; non tē-
5 pus judiciale, sed quo delictum aliquod † commissum est, inspicitur, ut perpetua habet regula.
6 *l. 1. ff. de pœn. l. iniur. 21. ff. de iniur.* tale enim manet †

quale

quale commissum est, nec in eo mora versatur. Hoc modo cōtractus quasi cōtractus actiones rei persecutoriæ nec nō conjectiones ab actionib. pœnalib. animo separanda sunt. In his procedit reg. *d. l. vinū.* etsi mora accedat, ut accedere potest, semper à mora interveniente incipit obligatio augeri, & ab eo moræ sc. tempore cōsideratur quanti unquā plurimi res petita fuerit, ut accidit in cōditione furtiva, *d. l. in re. 8 §. si ex comm.* cum cuiq; mora † sua noceat, *l. mora. ff. de usur.* in delictis & pœnalib. actionib. hæc obtinere nequeūt, cū eorum æstimatio nō in precio consistit, quod augeri minuivè potest, neq; etiā morā amittat ex parte rei. Quare argumentū ex cōtractib. actionib. rebusq; persecutoriis seu cōditionib. ad actiones pœnales nō ꝓcedit. In l. Aquil. etiam ex post facto nō crescit pœna, sed retrò inspicitur, quāti plurimi fuerit res ex speciali l. promissariè. Nec hæc est delicti ꝑsentis æstimatio, quæ posteà à tēpore facti ad tēpus judiciali minimè augetur *d. l. 2. ff. ad leg. Aq.* Quod de statu libero allatū est, id ex cōmuni Dd. sententia quidē asseritur, qui ita malè. *l. 29. ff. de statu liber.* Cùm *l. moris. §. fin. & d. l. statu liberi. ff. de quastion.* conciliare volunt. Verùm ex *d. l. 1. ff. de pœnis. cum similibus* aliud statuendum est. Etenim si servus peccaverit, & posteà statu liber vel etiam planè liber effectus omninò, tāquam servus punitur, non ut homo liber, quia Servus peccavit, si verò in ipso statu libertatis peccave-

rit

rit tunc est locus regulæ *d.l.mortu.§ fin.* quia homo liber propter eventum conditionis, quę retrotrahitur ad tempus dationis, *l. qua leg.18 §ff. h.tit.* peccasse videtur. Ideoq; non ut servus, sed homo liber plecti debet. Cui respõso objicitur *d.l.statu lib.* q̃ lex innuit, si in statu libertatis sperandæ peccaverit, eum tanquam servum in caussis criminalib. & publicis judiciis plectendum. Ratio additur, quia quo ad conditionem serviendi nihil à veris servis differtur pendente adhuc conditione. Variæ solutiones præter superiorẽ afferuntur: novissimè Cuia. ex *d. l. moru.§. fin.* adfert *in d. l. stat. li. 29.* jus antiquum recitetur, quod interpellatum & emendatum est, constit. D. Pii *in d. l. moris.§. fin.* Sed cum Pompon. vixerit tempore Pauli & Papin. Ex schola Papin. procedens, vix est, ut illud jus novum ignoraverit. Quare videtur specialius q̃d *in l. 29.* tradi, nempe rescripto D. Pii semper locũ esse, modò statuum liber non circa rẽ domini, vel ipsum dominum, vel eũ, qui loco domini est, deliquerit, *arg. l. exempla § fin. de quæst.* Confert n. *in d. l. stat. li.* ICtus acquisitionem & pœnam delicti. Acquirendo debet circa res dominus idem jus obtinere in statu libero, quã in servo, sed non contra res dominicas. Subjicit deinde idem quoq;, in delictis tam privatis, quàm publicis juris esse, ex qua collatione constat posteriora in pari specie assumenda esse, in qua præcedentia. Nec hujus specialitatis est minima ratio: nempè ingrati-

gratitudo erga eum, à quo ſpem libertatis habet. Objicitur etiam *l. pen. ff. ſi ex noxal. cauſ.* verum eo in loco nõ de pœna, ſed ordine cognoſcendi agitur? Aliter enim proceditur in crimine liberi hominis, aliter in ſervi delicto, *l. 2. ff. de cuſtod. reor. l. Domitian. ff. ad SC. Treb.* Etiamſi quoad pœnam tempus inſpicitur delicti, non etiam tempus judicii ſuſcipiendi vel ſuſcepti. Itaque dicit ICtus, qui ſervum noxalem judicio ſiſti remiſit eum liberum vel ſtatum liberum ſiſtat teneri ex ſtipulatione judicii ſiſti, quia non in eadem cauſa ſiſtit, ut procedatur tanquam cum homine ſervo.

LEX CXXXIX. CAIUS LIB. AD *edictum prætoris urbani.*

Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, ſemel incluſæ, judicio ſalvæ permanent.

PRINCIPIUM *h. l.* explicatum eſt *in l. ſicut, 38. & l. non ſolet. 85. ſupr. h. tit.*

§. 1.

Non videtur perfectè cujusque id eſſe, quod ex caſu auferri poteſt.

Huc

HVc pertinent, quæ *in l. non videtur. 125 supr. h. tit.* dicta n. exemplum extat *in l. cum qui. §. cum qui. ff. de solut.* Debebam tibi hominem, dedi tibi statu liberum, qui existente conditione ipso jure ad libertatem provocatur. Item vel dedi tibi hominem alienũ, qui à te evincitur; An dicitur obligatio extincta? Minimè, nisi in creditorẽ dominium faciamus solutum esse, nihi creditur, *§. inst. quib. mod. tol. obl.* Aliud exemplum est *in l. si ratio. ff. eod.* Aliud *in l. fin. C. de leg.*

LEX CXL. VLPIANVS LIB. LXI ad Edictum.

Absentia ejus, qui reipublicæ causa abest, neque ei, neque alii damnosa esse debet.

HVc faciunt, quæ annotata sunt *in l. qui in servitute. 118. supr. h. tit.*

LEX CXLI. PAVLVS LIB. LIV ad Edictum.

Quod cõtra rationẽ juris receptum est, non est producendũ ad consequẽtia.

SUMMARIA.

1. *In ambiguis de simili. ad simil. a an procedi debet.*

2. Per-

2. *Personalia personam non egrediuntur.*

EIusDEM sententiæ est *l.9. quod verò.14. ff. de ll.* ex quo loco est. *l. ius singulare. ff. eod. §. sed & quod. in fine. verb. nam quod alicui. inst. de iur. nat. gent. & civ.* & cuilibet constat, ratione juris id videri receptum, quod vel instar privilegii alicui personæ indultum est. *d. §. sed & quod.* Geil. *lib. in c. 20. l. 1. in fin. ff. de constit. princip.* vel quod propter naturam, æquitatem, vel utilitatem *l. quæ propter. 2. infr. h. t.* aliquando aliter contra juris regulas cõcessum est. Et si verò in ambiguis † de similib. ad similia procedi debeat, cũ non omnes articuli singulis legib. & [illegible] reperiantur. *l. nõ possunt. 2. l. seq. ff. de ll. l.* [illegible] *semper in obscur. supr. h.* Hoc tamẽ ita procedit, si de jure cõmuni quæratur. Vbi verò jus speciale est, & id, quod cõtra rationẽ indultũ est, existit, nõ potest vel p consequentiã, vel à simili argumentũ inde deduci. *h. nostr. l. quod verò. 14.* Rationibus interpretationis nimia generalitas, q generaliter cõstituta sunt, hæc possent in consequentiã trahi, quoniam in his juris regulam sequimur. *l. in omnib. 68. supr. h. tit. l. non possunt. cum 2. seqq. l. 1. & 2. ff. de ll.* sed privilegium & similium jurium non est generalis sanctio, sed personalis. *d. l. in omnibus. l. in his. 15. ff. de ll.* ne possimus in iis juris regulam sequi. *d. l. in his.* Hinc mulier cum fisco privilegium habet, ut præferatur omnibus creditoribus hypothecariis, sed hæc ad extraneas mulieres heredes non extenditur. *l. fin. C. qui pot. in pig.* ubi

ubi gl. ficut etiam explicationem *in l. omnib. supr*
2 *b. tit.* cùm personalia † personam non egrediantur. *l. privilegia. supr. h. tit. c. 1. privilegia. de reg. iur. in 6. d. l. in omnib.* ubi plura.

§. 1.

Vni duo pro solido heredes esse non possunt.

1 QVONIAM *in l. ius nostrum. supr. h. tit.* dictum est, sicut unus homo duplex esse nequit ita nec unius hominis duplex patrimonium existere potest, *l. iurisprudentia. ff. de excus. tut* nisi ratio aliqua frugi subsit, ut in muliere. Ideò quoque nemo duos heredes in solidum habebit. Etsi enim unum idemque jus plurimum heredem maneat, concursu tamen partes matrimonii faciunt. Præterea heres nisi aliud est, quam dominus, sed unius rei duo in solidum domini non magis esse possunt, *l. 5. §. fin. ff. commod. l. per §. posse. ff. de Castrens. pecul* quam ut stes, ubi ego. *1. ff. de acquir. poss.* Ergò duo heredes instituti in solidum singuli vel concursu specialiter partes efficiunt. *l. quoties. §. heredes. ff. de instit. hered.* fit enim voluntatis benignè interpretatio, ut conservetur.

LE

Lex CXLII. Paulus lib. LVI. ad Edictum.

Qui tacet, nõ utiq; fatetur: sed tamen verum est, eum non negare.

Summaria.

1. *Distinctio inter superbum & contumacem quæ.*
2. *Contumax quis dicatur.*
3. *Superbus quis vocetur.*

Confer hic, quæ dicta sunt *in l.3.& 4.sup.h.tit.* Verùm obiter cum *in lib.56* ad edictum de confessis in judicio ut veluti constat ex *l. 1. ff. de confess.* & cessione bonorum, ut docet inscriptio. *l.5.ff.de cessione bon.* tractavit, annotandū est taciturnitatē inducere cõsensum in iis, in quibus expressus consensus non requiritur, *l. item quæritur. §.pen ff. locati.* Dissensum autem annotari in iis, in quibus expressa voluntas contraria est. Hinc tenendum est hanc reg. propriè in judicialibus confessionibus obtinere. Confitetur qui sua sponte vel interrogatus, vel sine interrogatione præcedente expresè fatetur in judicio, ut ita pro judicato habeatur, *l. & ff. de cõfessis.* Si verò tacuerit, neque confiteri videtur, ut scil. actioni de confesso locus sit, neq; etiam negare inficiando incidat in pœnam dupli ex causa legis Aquiliæ *l. inde Neratius. in fin. l. proinde.*

ff. ad leg. Aquil. Nec si de metu agatur, in quadruplum. §. *ex maleficiis. verf. eo amplius. §. quadrupli. §. item actio de eo. instit. de actio.* Atque ita cùm interrogatus in judicio tacet, neque pro confesso, neq; pro eo, qui negat, habetur, utrumque expressam voluntatem requirit. Sed huic regulæ in edicto de interrogationib. in jure faciendis locus non erat. Interrogabantur n. rei à prætore, cui si quis non respondebat, contumax erat, quia prætoris majestatem contemnebat. §. *qui tacuit.* § *fin. ff. de interrog. in iure faciendis. l. non secun-*
a *dum ff. de procur.* Hinc vulgò inter superbum † & contumacẽ distingui solet. Contumax est, qui
2 † prętori seu magistratui non respondet: super-
3 bus † qui alii interroganti non respondet.

LEX CXLIII. VLPIAN. LIB. LXII. ad Edictum.

Quod ipsis, qui contraxerunt, obstat: & successoribus eorum obstabit.

SVPRA dictum est, neminem plus juris ex successione consequi, quàm defuncti: ergò quod ipsis cõtrahentibus, quibus hic cedimus, obstare potuit & nobis obstabit lex nostra, quia ex eorum persona venimus, quare huc pertinent, quæ annotata sunt *in l. nemo plus. supr. hoc titul.*

LE[X]

LEX CXLIV. PAVLVS LIB. LXII. ad Edictum.

Non omne, quod licet, honestum est.

SUMMARIA.

1. *Tria huius legis capita sunt, & quæ.*
2. *Concubinam extra matrimonium habere alicui licet.*
3. *Ius naturale nuptias concedit.*

TRIA invenio † capita sub diversis titulis 1 ex *lib. 62.* Pauli ad edictum deprompta, in quibus de conditionibus cùm legatis tum stipulationib. appositis agitur, nempe *l. 4. ff. de annuis leg. l. 65. ff. de demonstr. & condict. l. si filiusfamil. 78. ff. de verb. oblig.* quoniam quaslibet conditiones & modos adjicere licet tàm legatis, quàm contractibus, modò licitæ sint conditiones, sed rursus non erit sufficiens aliquid licere fieri, nisi etiam honestum sit: Si itaque legavero tibi sub ea conditione, si concubinam habueris, conditio pro non adjecta habetur per *l. 3. l. rectè si hoc. 62. §. fin. l. seq. ff. de condit. & demonstrat.* Concubinam enim † extra matrimonium habere licet, *tit. ff. de concubinis. l. unic. C. eod.* sed honestum non est. *l. probrum. 41. ff. de ritu nuptiar. lege prima. § 1. l. 3. ff. de concubin.* Similiter meretrici dare licet, libidinis implendæ causa, sed ita dare honestum non est. *lege quarta. §. 1. ff. de condition. ob turpem causam.* Similiter si 2

legavi tibi decem, ut si jam uxorem ducas, conditio ita demum valebit, si honestè liceat du-
3 cere. Etsi enim jus naturale † nuptias concesserit, quia consanguinea non est, tamen si honestas civilis obstiterit, nullæ erunt nuptiæ. Illa fuit patris tui adoptivi uxor, æquo emancipatus es, hanc ideò honestè ducere non licet, quod novercæ loco sit. Et vice versa si ea adoptivi filii tui loco fuisset, quia nuri loco est, *l. adoptivus.14.ff.de nupt.* Quo pertinet *§. & hoc adeò. §. si uxor. instit. de nupt.* ubi Wesenbec. & alii. Hinc illa legis nostræ regula repetita ex Modestini tractatu *de ritu nupt. in l. semper in conjunctione.197. supr. h. tit.* Quæ iisdem verbis exprimitur *in l.semper.42 ff.de rit.nupt.* ubi subjicitur exemplum de Senatoris filia vel nepte cujusdam libertino nubente, vel qui artem ludicram exercuit. Etsi enim natura licitæ essent eæ nuptiæ, tamen nulla erit propter inhonestatem, quæ vel imparitate status, vel conditionis vel condignitate personæ oritur.

§. I.

In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

SICUT *in l.quæ legati.18.supr. h. tit.* Pomponius differentiam monstravit inter legata conditionalia & conditionales stipulationes, ita in hoc

hoc quoque libro 62. ad edictum Paulus fecit, & in *l. si filiusfam. 68. ff. de verb. oblig.* videre licet. Cujus differentiæ pars in hoc responso proponitur scilicet in stipulationibus. Cujus regulæ effectus *in d. l. si filiusfam.* latè explicatus *in d. l. quæ legata. 18. sup. h. tit.*

LEX CXLV. VLPIAN. LIB. LXVI. ad Edictum

Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt.

SUMMARIUM.

1. *Volenti & consentienti non fit iniuria.*

REPETITA est hæc regula ex *l. quod aut. 6. §. præterea illud. ff. quæ in fraud. cred.* Nam de hoc edicto in lib. ad edictum Vlp. verba fecit, ut inscriptio *l. 1. 3. 6. ff. quæ in fraud. cred.* habet etiã locum in Calvisiana actione, quæ patrono datur, *l. non videtur. ff. si quid in fraud. patr.* Sic si quis ultrò patiatur injuriam sibi inferri & cõsentiat, injuriam agere non potest, quippe volenti † & consentienti non fit injuria, *l. 1. §. usque adeò. vers. filii verò. ff. de iniur.* Sic etiam si creditor adest manumissioni & venditioni rei pignoratę vindicatio pignoris cessat, sive expressè, sive tacitè cõsentiat alienationi, *l. 2. de remiss. pig.* Si verò sciat, nec 1

adest aut non consentit, diversum obtinet, *l. si-ent. 1. §. non videtur, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solv.* Quo pertinet reg. *in l. 158. infr. h. tit.* Nec potest dici, propterea damnum sentire creditorem, cùm ex sua culpa sentiat.

LEX CXLVI. PAVLVS LIB. LXII. ad Edictum

Quod qui, dum servus est, egit: proficere libero facto non potest.

SUMMARIUM.

1. *Delicta in servitute commissa caput sequuntur & nocent.*

QVod quisque in servitute egit, sicut non noceri, ita nec prodesse dicitur. Exemplũ *in l. iuri iug. § pen. ff. de pact.* Servus antequam liber factus cum creditoribus hereditariis pactus est de non petendo. Quæritur, an prosit pactio, ut inde nascatur exceptio pacti de non petendo. Videbatur quod sic: quia in hoc prætor naturalem æquitatẽ secutus est *l. 1. ff. de pact. l. 1. de constit. pec.* Atq; servus jure naturali non est mortuus, sed persona *l. quod attinet. sup. h. t.* Verùm contrariũ placuit, sicut non nocet, ita nec prodesse debet, quod in servitute gestũ est *d. l. iuriug. 7. §. pen. l. nostr.* nec resistit dubitandi ratio allata. Etsi n. prætor secutus æquitatem naturalem, tamen cùm

cùm nō peregrinis & iis qui civitate carent, sed civibus jus dicat, minimè illa æquitas ad servos redundabit. Quoniam & capite & civitate carent, & legis actione. Veruntamen cùm dolus non minus inter peregrinos homines locū habet & improbetur quā inter cives, negata quidem pacti exceptione largietur in hujusmodi servo manumisso exceptio doli, *d. l. iurug.* § *pen.* Rectè autem ICtus dicit, egit, quia agere ad cōtractus, non ad delicta spectat, ut neç ad testamenta. *l. Labeo. 19. l. seq. ff. de verb. sig.* Nam delicta † in servitute cōmissa caput sequuntur & nocent, *l. 1. ff. de pœn. cum simil. alleg. in l. omnis. 138. § 1. sup. h. t.* 1

LEX CXLVII. CAIVS LIB. XXIV. ad edictum provinciale.

Semper specialia generalibus insunt.

CONFER hic, quæ annotata sunt *in l. in eo. 110. & l. non debet. 25. sup. h. tit.*

LEX CXLVIII. PAVLVS LIB. XVI. brevis edicti.

Cujus effectus omnib. prodest, ejus & partes ad omnes pertinent.

VIDETUR hanc l. referēdam esse ad tit. *de reb. autor. iudicis poss.* propter inscriptionē, *l. 27.*

ff. de reb. autor. iudic. poss. (in aliis est, *l. 11. ff. de privi. cred.*) qui in bona mittuntur, singuli in solidum mittuntur, ita tamen, ut cōcursu partes efficiāt, pro quātitate debiti: Hinc est, ut omnib. missionis effectus prosit. Quemadmodū etiā diximus *in l. quotiens. 98. s. h. t.* ex *l. is cui. §. plur. ff. ut in poss. leg. non eatur. l. cū unus. ff. de reb. aucto. iud. poss.* Itaque si unus solus missus, cujus missionis effect' omnibus mittendis prodest fructus percipit, omnib. cōferre & pro sua nota cuiq; restituere tenetur, *l. prat. §. ex his verb. l. cred. §. ult. ff. eod.* & vice versa, si impensæ factæ sint, eæ ad omnes pertinebūt, puta fulserit ædes ruinosas, defenderit servum sa. & alimentū expendentē: Hic sanè cōmune negotiū gessit, & omnib. rem salvā fecit, ideoq; pro parte quisq; sua refundet impēsas. *d. l. prat. §. general.* optimè quoq; ad *l. qui in navem. 16. ff. de reb. auct. iud. poss* eandem cū hac l. inscriptionem habentem potest accōmodari. Qui in navē extruēdam vel instruēdam credidit privilegium, ut etiam priorib. tempore præferatur, ut sc. priores creditores, si quid detur, carere cogantur. *l. interdum 5. ff. qui potiores in pignore.* Quippe hujus pecuniæ salvam fecit rei potius substātiam, nisi credidisset, tota res periisset, ut nihil habuissent creditores. *l. huius. 6 qui pot. in pig. hab.* Gratiam igitur illi habeant, & pro parte agnoscant singuli, quod sibi singulis & omnibus hic pecuniæ prorogatæ effectus profuerit.

LEX CXLIX. VLPIANVS LIB. 67. ad Edictum.

Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet.

POTEST hæc lex eadem interpretatione cum seq. accipi, ut nimirū creditores, qui volunt apere commodum perceptorum fructuum reumque gestarum ab eo, qui in bona missus eat, teneantur etiam onera, hoc est, impensas in em factas sentire, juxta perpetuam æquitatis reulam *tit. instit. de legit. patron. tut.* ut modò ditum est, potest etiam ad heredem applicare, qui cut ex persona defuncti omneq; jus omneque molumentū sentit, ita quoq; omnes actiones c obligationes passi sentire debet, factumque efuncti ratum habere. *l. si filio. ff. de pign. l. 3. & 5. .de reb. alien. non alien. l. causa à minore. ff. de rei vind. si ab eo. ff. de lib. causa.* Sed de hac re satis *in l. heredem. cum simil. sup. h. tit.*

LEX CL. VLPIANVS LIB. LXVIII. ad Edictum.

Parem esse conditionem oportet ejus, quicquid possideat, vel habeat, atq; ejus, cujus dolo malo factum sit, quo minùs possideret, vel haberet.

HÆc lex explicata est, *in leg. qui dolo 131. inf. hoc tit.*

LEX CLI. PAVLVS LIB. LXIV. AD Edictum.

Nemo damnum facit, nisi qui id fecit quod facere jus non habet.

MALE Cujacius hanc legem ex tit. *ad l. Aquil.* desumtam esse tradit, cùm ex inscriptione *l. 6. 10. 14. 22. 24. 26. ff. ad l. Aquil.* constet Paulum de l. Aquilia egisse *l. 22.* ad edictum, sed hujus inscriptio ita habet Paul. *lib. 64.* ad edict. Quam etiam inscriptionem habet *l. 1. ff. ne quid in loco publico.* Vnde constat, quod propriè ad interdicta pertineat: Prætor ait, ne quid in loco publico facias, in eumvè locũ emittas, qua ex re illi quid damni facias, *d. l. 12. ff. ne quid in lo. pub.* Quæritur ergò, quid quis fecerit, ut inde damnum sit datum? Resp. Paulus, si quid aliquis in his locis fecerit, quod jus non habet, id est, jus nõ permittit, is damni quid fecisse dicetur, *d. l. 2. si verò* illud fecerit, quod jus permittit, minimè tenebitur, quia damni nihil fecit, *l. nostra.* Itaq; si quis velum in itinere publ. habuerit, vel in mœniario immissum quod vicini luminibus noceatur vel etiam ipsi viæ, aut viatoribus, quia velum quod in loco public. irruit, liberum erit; *l. 1. ff. de servit. vrb. præd.* (in quibusdam est, *l fin.*) huic interdicto locus erit, quia jus non est ita habere

d. l. 2

leg. 2. §. *cum quidam velum.* Rursus si quid faciat, nde via redditur melior, non erit interdicto ocus. *d. l. 2. §. aut prætor.* Idem enim facit, quod jus abet, hoc est, utilitatē publicam augens. Ejusem generis quod in l. Aquilia in quæstionem enit (ad quam l. potest extendi hæc regula, & ccommodari:) nempe toties injuria damnum atum esse, quoties quis nō jure occidit, fregit, ulneravit, aut alio quodam modo rem alterius eterioravit *§. 1. & tot. tit. instit. de leg. Aquilia. l. 2. 3. §. 1. ff. eod.* Si verò servum alienum, tanquam laonem mihi insidiantem occidero, securus ero, *1. ff. eod. l. illud. e.* feci, quod jus habet, nempe dversus periculum me defendi, quod omnia ju- permittunt, *l. uni. ff. de iust. & iur. l. 4. l. scientiam. 5. §. Qui cum aliter. ff. ad leg. Aquiliam. l. 1. C. unde vi.* Iam etsi quicunq; alium gladio me petentem, ut furem periculo mortis occiderit, nihil injua damni fecisse videtur. *d. l. 5.* optimè in lege Aquilia additum est, injuriam esse, quod non inerfit. *§. 1. instit. de iniuriis.*

EX CLII. VLPIANVS LIB. LXIX. ad Edictum.

Hoc jure utimur, ut quidquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis privatæ crimen incidat.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Hac lex & regulas continet, & quae.*
2. *Vis omnis aut privata aut publica est.*
3. *Vis publica quae est.*
4. *Vsus huius differentia quis.*
5. *Pœna ordinaria vis publica quae.*
6. *Vis privata pœna est publicatio tertiae partis bonorū*

DVBIUM non est, quin hæc lex pertinea ad tit. *de vi & vi armata.* Seu ad interdictun
1 unde vi. Continet autem 4. regulas † Principi maximè loco proponitur: Quod omnis vi
2 aut † sit privata, aut publica. Nam & divisione specierum enumerationes regulæ sunt, ut ex *ca ult. lib. 2. Dial. Ramea*, colligere fas est. Quid auten sit, vi aliquid agere, est expositum *in l. quo tutela 73. §. in factum sup. h. tit.* Hinc verò ex qualitate fa cti dividitur in duas species, cui convenit, *l. 1. § ne quid. ff. de vi & vi armata l. si præsens ff. de pœnis.* Vi
3 publica est † quæ armis fit, *§. item l. Iulia. de vi. insi de publ. iud.* Armorum usus publici juris, ideoq inconsulto principe haud facilè assumenda, ni si summa necessitas defendendi id cogat. *l. 1. C. a leg. Iulian. ff. de in publ tit. Cod. arm. usus in consf. princ Novell. de armis.* Hinc si extra casum necessitati armis aliquid fuerit machinatū, dicatur publi cam vim fecisse, quia usus jure publico sibi non permisso. Est & illa vis publ. species, quæ q. ar mis infertur, puta si magistratus, qui cum præ tor

re contrarius aliquem comprehendat, pullet, nciat, *l 7. ad l. Iuliam. de vi publ.* Privata vis quæ ne armis fit, *d. §. item l. Iulia. de vi.* Et hujus differentiæ † magnus est usus *in d. l. Iulia. de vi publ. & ivata.* Nam vis publicæ † ordinaria pœna est 4
eportatio, *leg. qui dolo. §. final. ff. ad leg. Iulianum. de vi publica.* Cui si grassatio accedat *leg. catolium § grassatores. ff. de pœnis*, vel cædes, ad ult. uandoque supplicium pervenire potest. *leg. uoniam 6. ff. ad l. Iuliam.* Privatæ vis † ordinaria 5
œna est publicatio tertiæ partis bonorum, *l. 1. ad l. Iuliam de vi privata, d. §. item l. Iulia de vi:* ubi iterp. Circa edictũ unde vi, hanc differentiam uoq; olim observabant. Nam de vi privata ita emum dabatur, si possessor vi dejectus, neq; vi eq; clam, neq; precario à reo possideret Paul. *b. 5. sent. tit. 6 §. vi aut clam. de vi publica* indistinctè abatur, *§ recuperando. inst. de interd.* Sed crescene hominum malitia hæc distinctio abolevit & btinuit, ut specialiter in distincto restituatur, *l. ff. de vi & vi armata.* Reliqua apud interpretes *d. §. recuperanda.* 6

§. 1.

Dejicit, & qui mandat.

§. 2.

In maleficio ratihabitio mandato comparatur.

AN mandata & ratihabitio obligent & ratihaben-

habentem in delictis examinatur, *in l. in consilii inf. h. tit.* quo recurrendum.

§. 3.

In contractibus, quibus doli præstatio vel bona fides ineſt, heres in ſolidum tenetur.

HVius regulæ explicatio petenda eſt ex *l. ſi cuti, inf. h. tit.*

LEX CLIII. PAVLVS LIB. LXV ad Edictum.

Ferè, quibuscunq; modis obligamur iisdem in contrariũ actis liberamur cùm quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſſio acquiri, niſi animo & corpore poteſt, ita nulla amittitur, niſi in qua utrumque in contrarium actum.

HVius regulæ explicatio pendet ab iis, quæ ad *leg. nihil tam naturale ſupra hoc titul.* acti tata ſunt, ejusdem tenoris eſt & ad tit. *de ſolut.* ſpectat.

LE.

EX CLIV. PAVLVS LIB. LXXIX. ad Edictum.

Cùm par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa: sicut fit, cùm de dolo excipitur petitoris; neque enim datur talis replicatio petitori, aut si rei quoque in ea re dolo actum sit.

§. I.

Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit.

SUMMARIA.

Causa possessoris melior est in pari causa.
Dolus communis magis actori quàm reo nocet.
Delictum cum delicto compensari debet.

N hac lege proponitur in pari delicto seu causa † meliorem esse causam possessoris, nempe : exceptione petitionem repellat, quemadmo- ım plenè *in l. in eo & d. l. quoties. 98. supra hoc tit.* ‹cusum est. Ratio hic alia annectitur, quia ad- ɛrsus excipientē de dolo, quod dolo petat seu ‹ delicto non datur replicatio doli, cui consen- t *leg. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de dol excepti.* Etnim replicando propriam confiteretur turpiıdinem, sed propriam allegans turpitudinem, audi-

audiendus non est. *l.4.8.inf. de cond. ob turpem causam l.mercalem.5.Cod.eod.* Hinc est, ut communi
2 dolus † noceat magis actori quàm reo, *l.si serv. § sequitur.ff.de dol.mal.mat.except. & d.leg.8.in fin.* Qui enim in eadẽ causa doli versatus est, adversus socium de dolo non agit. Sed dolus cum dolo compensatur, *l.si duo.ff. de dolo malo.* nec cõtradicit, quod turpiter datum est, *d.l.8 in fin.* Add *in vers.ill. debet.* declarationem à simili, illi permittitur de pœna agere, qui ipsam non incidi qui incidit in eam, non agit, puta actor & reus mutuo stipulati sunt pœnã judicio sistendi causa, si neuter sistat, neuter aget ex stipulatu de pœna, quia uterq; in eandem incidit. Sic si vir uxorem de corruptis morib. accusare velit, necesse est, ut ipse ejusmodi sit, ne curiosè pudicitiam ab uxore exigat, qua ipse destitutus est,
3 puta si leno sit. Nam tunc delictum † cum delicto compensatur. *l.si uxor.§. index.ff. ad l. Iuliam, ad ulterius.l.viro atque uxori.ff.solut. matri. Quemadmodum dos petit.* Sinat ergò is, qui ipse in eandem pœnam incidit, ab altero pœnam petere, nec ille replicatione doli utetur, qui ipse dolo versatus est.

LEX CLV. PAVLVS LIB. LXV. Ad Edictum.

Factum cuique suum, non adversari nocere debet.

Sui

SUMMARIA.

1. *Capita huius legis sunt tria, & qua.*
2. *Factum cuiq; suum, alteri non nocet.*

INscriptio ostendit hanc quoq; l. ad tract. de interdicto pertinere, cujus tria sunt capita. 1 † Quod ad primum attinet, generalis ratio videri potest totius interdicti unde vi. Hanc nisi illico juberetur restituere spoliator, factum illud suum violentum suo autori prodesset. Dejecta obesset, quippe fructum & emolumentum possessionis ex suo delicto spoliator sentiet. Sed hæc contra naturam & regul. juris est, quæ in hac lege proponitur. Itaq; restitutio in continenti & subito fieri debet, nec locus erit ulli exceptioni justificatoriæ, etiamsi de domino excipiatur. *l. si quis ad se. C. ad leg. Iul. de vi publ.* aut de dolo. Gl. *in l. de dolo. ff. de dol. except.* aut delicto. *C. in literis. extra de restitution.* Spoliator insuper spolio rursus excipiatur. *c. 1. in fin. extra de ord. cognit. l. 1. §. quia me. ff. de vi & vi armat.* Costal. *in l. 5. c. de vi. 37. in fin. ff. de iud.* Deinde accommodari potest, ad *l. 3. §. unde vi interdictum. ff. de vi & vi armata.* Proprietarius dejicit usufructuarium, ne possit uti frui. Interim non utendo perit ususfructus. An interitu ususfructus proprietarius ex suo facto lucrum sentiat. *d. l. 3. §. usc.* Latissimus hujus reg. usus est, & ad alia multa accommodari potest, unum addatur, ex *leg. 1. §. si*

reg. ff. de eo per quem factum erit. Reus promisit judicio sisti, & quidem adjecta pœna. Hic dolo actoris non stetit, sanè quod dolo actoris factū est nocebit & exceptione à pœnæ petitione repellitur. Addatur & hoc quoque, interitu speci liberatur creditor. *l. 5. ff. de reb. credit.* Heres servum legatum occidit ante aditam hereditatem adita hereditate non liberatus erit quasi re perempta? Minimè, sed adhuc ex testamento tene-
2 bitur, ne factum suum † alteri noceat, sibi verè prosit. *l. & eleganter. 7. §. Item si servum. ff. de dolo malo.*

§. 1.

Non videtur vim facere; qui jure suo utitur, & ordinaria actione experitur.

HÆc regula exposita est. *in l. nullus videtur.* § *supr. hoc titu. eod.*

§. 2.

In pœnalibus causis benignius interpretandum est.

COncordat *l. si præses. l. pen. ff. de pœn. l. rapienda 168. leg. ea. 192. §. in re dubia. 1. eod.* Sed hujus quoq; l. interpretatio ex *l. semper in obscuris. & l. semper in dubiis. & l. in ambiguis. 96. sup. eod.* petenda: Si enim contractibus & ultimis voluntatibus benignior interpretatio facienda est, multò ma-

tò magis in pœnalibus causis. *d.leg.pen.C.in pœnis de R. I. in 6.* Cujus ratio evidens colligitur ex *leg. si in duabus.104.suprà hoc tit.*

LEX CLVI. VLPIAN. LIB. LXX. ad Edictum.

Invitus nemo rem cogitur defendere.

S U M M A R I A.

1. *Mandatum susceptum repudiare non licet.*
2. *Liberum est unicuiq; rem suam defendere.*
3. *Iudicia omnia sunt absolutoria, & quando.*

IN lib.70.ad Edictum disseruit Vlp.de emtoris stipulatione, ut evincitur ex inscript. *l.1.ff. od.* stipulationibus procuratoriis interpositis, puta de rato & judicato solvendo inquisitione venit, an præcisè cogentur procuratores litem suscipere? Videbatur quod quia res amplius nõ est integra, mandatum † susceptum nõ licet re- 1 pudiare. Sicut enim ab initio liberum est mandatum suscipere *Institut. de mandat. l. si mandavero. 2.§.fi.l.si quis alicui.27.§.quemadm.ff.mandati.* Sed Vlp.hic tradit præcisè neminem cogi ad defendendũ etiã si satisdationes intercesserint, quia satis cõmitti stipulationem, aut si damno afficiatur mandator principalis, ut mandati actioni lo-

ni locus. *d. §. mandatum suscipere. l. non cogendus 2). ff. de procur.* Similiter qui defendit eum, cuju nomine ipse non agit, liberum est, vel in unam rem defendere. *l. qui propriè. 46. §. fin. & procurat* per legis nostræ regulam. Neq; obstat, quod su sceptum mandatum sit perficiendum, quod e intendit, ut qui velit securus esse à mandati ex ceptione id expediat ꝙ suscepit; si verò mali mādati actione teneri, quàm mandatū implere non cogitur factum præcisè præstare. Nam & aliàs obtinet neq; ad factum promissum præci sè cogatur, sed præstando interesse liberetur, *stipulationes non dividuntur. ff. de verb. obl. §. alteri. §. quis alium. instit. de inutil. stipul.* potest autem ad ipsum principalem referri hæc regula. Nam l
2 berum est cuiq; † rem suam defendere, sicut cu libet liberum est acquirere & omittere, sicut su um retinere vel prò derelictis habere, ut *in leg non fraudentur. 34. in l. non alienati ius. §. eod.* anno tatum est. Si verò non defendat missionem i bona, meritò patietur, quemadmodum ex su facto sentit hoc onus. *l. quod quis. 203. in fin. eod. l. paratus est. solut. facere* & ante litem contestatam procuratori offerat solutionem, non cogetu reus judicium suscipere vel finire, sed judicis ar bitrio solutio admittetur, *l. si reus. 73. ff. ut per pro*
3 *curat.* Omnia enim judicia † absolutoria sunt quando nimirum ante condemnationem illu persolvitur, quod petitur. *§. fin. instit. de perpet. & tempo. actio.*

§.

§. 1.

Cui damus actiones, eidem & exceptiones competere multo magis quis dixerit.

Summaria.

1. *Regula huius §. quomodo accipienda.*
2. *Retentioni locus esse potest ope exceptionis in multis casibus.*

Concordat *Cap. qui ad agend. de R.I. in 6. l. 1. §. vide Iurant. §. aut. prætor. ff. de superficie.* Et *in l. creditori. 5. C. de pact.* Item, *in l. qui non. §. pen. ff. ex quibus causis maiores.* Elegantissima extant exempla Sed hæc regula ita † accipitur, ut procedat si exceptio ex eadem causa, ex qua actio oriatur, eundemque finem respiciat. Itaque etsi conductori adversus locatorem detur actio, qui ante finitum avocat possessionem, vel alio modo, ne liberè liceat colere, vel in rem actionem velit revocare. Rectè objicitur ei exceptio nõdum finiti temporis seu contractus seu doli. Minimè tamen exceptio dominii à cõductore domino, vel illi, qui domini loco locavit. Sed tunc potiùs erit possessio restituenda. Et pòst conductor litigabit de proprietate. *l. si quis conductionis. C. locati.* Similiter Publiciana actio datur bonæ fidei possessori adversus quemcun- 1

que, excepto vero domino; *l. fin. ff. de publ. in rem actio.* Si itaque alii quam vero domino conveniatur, rectè locus erit exceptioni per l. nostrã. Si verò à vero domino litem pulset, minimè locum habebit exceptio quasi dominii. *le. pen. & dict. l. fin. ff. de publ. in rem act.* quam si hunc locum habere deberet exceptio bonæ fidei possessoris de quasi dominii excipiendi adversus dominum ultra actionis suę causam, ut aliquid intenderet. Obſervandum porrò hic est, non contra eum, cui exceptionem damus, confestim actionem

2 concedimus. Nam in multis casibus † retentioni locus esse potest ope exceptionis, in quibus petitionem non habemus, *leg. Paul. ff. de dol. mal. excep.* § *ex diverso. vers. Certè illud. Instit. de rerum divis.* ubi Dd. communiter. Sic pignus principali obligatione dissoluta pro alio credito retinere possumus, sed non vindicare. *l. 1. & 2. C. etiam ob Chirographum.*

§. 2.

Cùm quis in alii locum successerit, non est æquum ei nocere hoc, quod adversus eum nocuit, in cujus locum successit.

§. 3.

Plerumq; emptoris eadem causa esse debet, circa petendum ac defendẽdum, quæ fuit auctoris.

SUMMA-

SUMMARIA.

1. Possessor rerum tantum iuris consequitur, quantum auctor iuris habet.
2. Personalia cum personis extinguuntur.

HI duo §. idem axioma habent nempe tantùm juris † consequi possessorem, scilicet 1
erũ quantũ autor juris habet *l.5.§.1,§.pen.ff.de tin.act.privato. l.pen.§.ait prætor.ff.de aqua quotidia-a.* Quo pertinent, *l.nemo plus.54.supr.eod. cum ibi otatis.* quod tamen ita procedit, ut intelligatur le jure rebus cohęrente, non quæ personis adherent. Nam si vitia fuerint personalia ea non iocent successoribus, si in ipsis desinant, cùm personalia † cum personis extinguantur, *C.pri-* 2
ilegia de R.I.in 6.leg.in omnibus.68.sup.eod. idq; hic n *§.cum quis.* innuitur. Reliqua ex *d.l. nemo plus.* sunt repetenda.

§.4.

Quod cuiq; pro eo præstatur, invito non tribuitur.

SUMMARIA.

1. Nemo invitus cogitur rem defendere.
2. Defensio est iuris naturalis, quod est immutabile.
3. Ius naturale iure civili immutari nequit.

SICUT in principio hujus legis traditum est,
1 neminem † invitum cogi defendere; ita sit traditum, neminem invitum defendi. *l. in causa. 27. §. sed hæc ita de procur.* ut nunc quoq; in principio hujus legis traditum est. Quantum quisq; jure pro se introducto rectè renunciat. *l. pen. C. de pact. l. præt. ff. ad leg. falcid.* ut *in l. nec ex prætorio. 27. & l. verum est. 3. ff. eod.* nec nō aliquādo *in l. 3. ff. de verb. signif.* à me explicatum. Ergò etiam licet defensioni renunciare. Hinc *in l. 1. ff. de appell.* & aliis in locis traditur, appellationem defensionem quidem esse, sed illi renunciari pos-
2 se. Etsi enim defensio † est juris naturalis, quod immutabile est. *§. pen. Instit. de iure nat. gent. & civ. & l. ut vim. ff. de iust. & iur.* tamē ita natura introducta est, ut sit non jus universum, sed singulorum, non publicum, sed privatorum: Nec hoc modo per renunciationem immutatur jus naturale, facultas enim defendendi adhuc manet, sed restringitur & impeditur per renunciatio-
3 nem. Sicut ergò jure civili jus naturale † immutari nequit, ut scilicet permutetur & tollatur, ut *in l. iura sanguinis. supr. eod.* dictum est, coarctari tamen, modificari, & impediri potest. § *fin. Instit. de cap. dimin.* ut *in d. l. iure sanguin.* videre est. Ita quoq; pacto & renunciatione hoc fieri potest.

LEX

LEX CLVII. VLPIAN. LIB. LXXI. ad Edictum.

Ad ea quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur servis, si vel dominis, vel his, qui vice dominorum sunt, (veluti tutoribus & curatoribus) obtemperaverint.

S U M M A R I A.

1. *Noxa caput sequitur.*
2. *Qui damnum dat iussu alterius, obedire cogitur.*

IN lib. 71. ad Edictum Vlp. disseruit non tantùm de Cloacis, ut habet inscriptio, sed etiam de interdicto quod vi aut clam, ut mõstrat inscriptio. *l. 1 3. 5. 7. 9. 11. ff. quod vi aut clam.* & certè ex *d. l. is qui. 11. §. si tutoris iussu. vers. an agnoscitur. ff. eod.* hæc regula desumta est. Quæritur eo in loco, an servi, qui jussu tutoris aliquid dejecerunt vel extruxerunt vi aut clam, sint noxæ dedendi vel manumissi teneantur simpliciter hoc interdicto quod vi aut clam, quia noxa † caput sequitur. Ad hanc quæstionem respondet, noxæ non esse dedendos, neq; manumissos tenere utiliter. Quia noxam non videntur commisisse, qui in re atroci obtemperarunt jussui ejus, cui obedire necessitas postulabat. Etenim interdi-

ctum quodvi aut clam non rem judicat atrocem injuria, seu vim majorẽ, sicut interdictum unde vi. Sed datur eo facto, quod quis jure vel non jure prohibitum facit, puta novi operis nunciatio tibi vel domino, vel tutori facta est, tu nihilominus jubes, ut servi peragant ædificare, spreta denunciatione servus hic agnoscitur propter obtemperationẽ, cùm factum hoc ædificandi non habeat in se sceleris aut criminis atrocitatem, sed tantùm teneberis: qui spreta denunciatione jussisti ædificare. *l.1. de novi operis. nunc. d.l. is qui. §. si tutoris. l. nost.* Idem est, quod *in l. liber homo. 37. ff. ad leg. Aquil.* respondet si is damnum dederit † jussu alterius, qui cogebatur obedire, etiamsi liber homo erit, nõ tamen erit actio in ipsum damnũ dantẽ, sed in jubentem, quoniã in l. Aquilia nõ de facinoris atrocitate agitur, quã persequitur vel ex l. Cornelia de sicariis, vel de vi publ. & privata, sed tantùm de damno injuria dato. *§. 1. Inst. de l. Aq. l. 3. §. 1. ff. eod.* Cæterũ in reliquis, quæ atrocitatẽ facinoris habent, puta in injuria contumeliosè illata *leg. non solum. §. 1. l. si plures ff. de iniur.* furto hominis, &c. Minimè excusantur propter imperium patris, vel domini, vel etiam magistratus. Quippe neq; filius, neq; servus tenentur parere patri, vel domino in facinore improbo & atroce, *l. servus. 20. de Act. & Obl.* Nec cuivis magistratui. *l. si cum res. §. in compromisso. ff. de receptis arbitris.*

§. 1.

§. 1.

Semper qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet.

HÆc Regula explicata est *in leg. qui dolo. supr. eod. titul.*

§. 2.

In contractibus successores ex dolo eorum, (quibus) successerunt, non tantùm in id, quod pervenit, verùm etiam in solidum tenentur, hoc est, unusquisq; pro ea parte, qua heres est.

HÆc Regula exposita est *in l. 152. §. 1. & l. sicuti. 83. supr. eod. tit.*

LEX CLVIII. CAIVS LIB. XXVI. ad Edictum provinciale.

Creditor, qui permittit rem venire, pignus demittit.

SUMMARIA.

1. *Cui id licet, quod est maius & difficilius, illi quoq; id quod minus, sed non econtrà.*

2. Contra

2. *Cuius est ius donandi, eidem & vendendi & concedendi ius erit.*

3. *Circa verbum, dimittere pignus, quid notandum.*

HÆc regula plenè explicatur à ICto *in l. sicuti.§ voluntas.ff.quib.mod.pignus vel hypotheca solvatur. & l. 4. C.de remiss.pign.* Neq; tamen obtinet, si venire promittit, sed etiamsi donare, si in dotem dare, si permutare concedat. *leg.4. §.1. l.8.§.sed si promiserit.l.Lucius.Titius.11.ff.qui.mod.pig vel hypoth. sol.* non adjecto eo, ut salva sit pignoris causa.*d.l 4.§ 1.* Vbi tantùm hoc observandũ, venditionis donationem non contineri, proptereà quod earum creditor ideò consensisse venditione, ut ex pretio sibi satisfiat, sed venditionis permissu, dotis datio nemo continer obtinuit propter onus matrimonii, cujus caus dos dari solet, contrà donationis permissu venditio continetur, modo non amici cujusdam respectu donatio illa promissa sit. *d. leg. 8. §.sed si permiserit.* Ratio est, quia faciliùs creditur donationis promissio quam venditio. At cui id

1 † licet, quod est majus, & difficilius, illi quoque id, quod minus, sed non econtrà.*l.non debet.21.ff.*

2 *hoc tit.* Vnde regula illa, cujus est † donandi, eidem & vendendi & concedendi jus. *l. cuius. 163. infr. hoc tit.* Sed non econtrà, ut *in l. non debet. 21. supr. hoc tit.* declaratum est. Cæterùm hæc pignoris promissio ita demum procedit, si jure valet, si verò inutilis fuerit consensio, aut permissio

missio, jus pignoris non extinguitur. *l. S. C. de remiss. pignor.* Veluti si dolo vel metu facta sit, aut si remiserit, qui jus vendendi non habet, veluti pupillus sine tutoris autoritate. *l. 7. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solv.* aut filiusfam. vel servus extra causam peculii. *d. l. 8. § an pacisci.* Aut procurator, nisi speciale habuerit mandatum. *l. 7. §.* . oportet etiam securam & ratam esse alienationem, alioqui obligatio pignoris salva manet. *d. l. 4. §. ult.* Tandem circa vocabulum † *dimittere pignus*, notandum est, ICtis nostris frequens est, ut *dimittere pignus, discedere à pignore, & remittere pignus*, pro eodem accipiant, ut *in hac l. & d. l. 4. §. l. 5. 6. in fin. d. l. 8.* Et passim ex *tit. ff. quib. mo. pig. vel hypoth. solv.* videre est, & dimissio vel remissio seu decessio tam expresse *d. l. ff. de pact. d. l. 8. §. 2. l. maior. 24. C. de pig.* tacite ut modo dictum est, fieri potest. 3

LEX CLIX. PAVLVS LIB. LXX. ad Edictum.

Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis id possit nostrum esse.

SUMMARIA.

1. *Differentia inter actionem personalem & rei vendicationem.*

2. *Debi-*

2. *Debitum solutione, non actione extinguitur.*
3. *Dominia rerum traditionibus acquiruntur.*

1 IN hac lege statuitur differentia † inter actio nem personalem & rei vendicat. Actio i rem semper præsupponit causam dominii. Se actiones personales de eadem re variæ esse pos sunt, quia nõ dominii intuitu, sed obligationi jure rem persequuntur. Hinc ut qui rei vendi catione egent, & causam dominii non potue rint probare, repellatur, exceptione rei judica tæ, si rursus velit venditionem instituere ex ali causa dominii. *l. an eadem. §. actio. 1. ff. de except. re iud.* quod dominium non nisi ex vi à causa a nos pertinere potest. *l. nostra. l. 4. §. ex pluribus. ff de acquirenda possessione.* ita ut inde etiam eaden actio de eadem re adversus eandem personan repeti videatur. Sed quoties hoc fit, excepti rei judicatæ obstat, & lis finita est. *l. 5. l. si noster. ff de except. rei iud.* Econtrà autem si eandem ren antè petiero ex causa testamenti vel stipulatio ne, & succubui, si rursus petam jure emtionis non repellar, nec exceptione rei judicatæ, qui ex alia causa ago, aliamq; instituo actionem. *§. si*
2 *res aliena Instit. de legat.* Nec una actio † persona les aliam tollit ex alia causa promanans, cùm nõ actione sed solutione debitum extinguatur. *l. qui servum. ff. de verb. obligat. cum simili. §. liberum. Instit. ad leg. Aquil. cum ibi notatis.* Hinc est, ut si possessionem assecutus fuero tam ex stipulatu, quàm

quàm ex obligatione uſu ceperis, dici poſſit, ex pluribus cauſis poſſeſſionem habere, dominium tamen non modo ex una cauſa, ſcilicet uſucapione. *l. 4. §. ex pluribus. ff. de acquir. poſſ.* Sic dominia † rerum non ſtipulationibus, non venditionibus, ſed traditionibus acquiruntur. *l. traditionibus. C. de pact.* Obligationes enim illæ ſunt traditionis, ſed traditio quæ ex cauſa fit, rurſus & dominii tranſlati cauſa, quotiens tradens facultatem transferendi dominium habuit. Quia ſi caruit, tantùm uſucapiendi conditionem contulit, & tunc rurſus traditio deſiit cauſa eſſe dominii, ſola remanente uſucapione. *§. per traditionem Inſtit. de rer. diviſ. l. 2. §. fin. l. 3. Cum ſimil. ff. de act. empt.* interpp. *in d. § per traditionem.* 3

LEX CLX. VLPIAN. LIB. LXXVI. ad Edictum.

Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire.

INITIUM hujus legis expoſitum eſt *in l. 21. ſupr. h. t.* Et eleganter hic à gl. notatur, quod is, qui vendit, de evictione teneatur, etiamſi ſpecialiter eam non promiſit. *l. non dubitatur. C. de evict.* Utrum qui venditioni conſenſum præbuit, nõ tenetur de evictione, niſi ſpecialiter promiſerit, aut precium acceperit, non tanquam precium, ſed tanquam aliunde. *l. quidam. ff. de evict.*

§. 1.

§. 1.

Refertur ad universos, quod publice fit per majorem partem.

SUMMARIA.

1. *Universitas, municipia & collegia sunt ficta corpora, nec obligari possunt.* num. 2.

UNIVERSITATEM, municipia & collegi
1 † ficta esse corpora, non verò plus, quan
manifestum est. Unde Innocētius voluit, muni
2 cipia † universitates & collegia obligari nō pos
se, per *l. sed et si dolo. 15. §. 1. ff. de dolo malo. l. 1. ff. si qua drupes paup. fecisse dicatur. l. infans. ff. ad leg. Cornel. de sicariis.* Sed obtinuit, ut obligentur ex iis, quæ majore parte fiunt. *l. aut facta. §. fin.* Ubi Bartol. *ff. de pœnis. l. metu in §. animadvertendum. ff. quod metus causa.* Unde hæc regula refertur ad universi tatē, sanè singuli cives vel membra ex eo fact non tenentur, sed universum collegium, secun dùm Dd. secundùm *l. sed ex dolo. §. 1. ff. de dolo malo §. 1. & auth. item nulla communitas. C. de Episc. & Cl c. 1. de pace tuenda. in usibus feudorum.* Ideoq; etian propter atrociora delicta, si ipsi autores singu haberi possunt, nihil aliud in collegium statu tur: Sin minus non singuli cives seu membr legali pœna, quæ in corpus membrale inflig tur, afficiuntur, sed aut mulcta, aut homo coër

cetur

tetur. Vniversitas ut disputat Bart. *in d. l. aut factum. §. fin. numer. 5. 6. & seq.* Et illud est, quod hac regula innuitur. Hinc solemniter traditum est, majorem partem concludere, majoremque numerum minorem vincere, *leg. Pomponius. 36. ff. de re iudic. l. iuris. qui 7. §. fin. cum seq. ff. de pactis.* Quis autem sit major numerus, anxiè quæritur. Quidam ex sanitate veterum, quidam ex numero personarum statuendum esse existimant. Bartolus restringit ad eam casum in quo commune lucrum & damnum vertitur, *d. l. iuris gent. §. fin. numer. 5.* Si verò agatur de fide & veritate, tum putat sanctum esse dignioribus & sanioribus notis, per *l. ob carmen 1. §. fin. ff. de testamentis* & quæ scribit Bart. *in l. si unitast. 3. ff. de re iud.*

§. 2.

Absurdum est, plus juris habere eum, cui legatus sit fundus, quàm heredem, aut ipsum testatorem, si viveret.

RVrsus hic inculcatur regula, neminem successorem sive specialis sive universalis plus juris consequi, quàm autor habuit, de qua sufficienter, *in l. nemo plus. & in l. heredem sup. h. t.*

LEX CLXI. VLPIANVS LIB. LXXVII. *ad Edictum.*

In jure civili receptum est, quotiens per eum, cujus interest, conditionem non impleri, fiat, quo minus impleatur, perinde haberi, ac si impleta cōditio fuisset, quod ad libertatem & legata, & ad heredum institutiones perducitur. Quib. exemplis stipulationes quoque committuntur, cùm per promissorem factum esset quo minus stipulator conditioni pareret.

HIc quoq; repetitur regula, quæ proposita & explicata est, *in l. in omnibus. sup. h. tit.*

LEX CLXII. PAVLVS LIB. LXXI. *ad Edictum.*

Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.

IN hac lege consulenda sunt, quæ annotavimus ad *l. quod contra. 141. sup. h. tit.*

LE

LEX CLXIII. VLPIANVS LIB. LV. *ad Edictum.*

Cujus est donandi, eidem & vendendi & concedendi jus est.

HVIUS quoq; legis explicatio & usus pendet ex iis, quæ disserui ad *l. non debet. 3. & l. creditor. 158. sup. h. tit.*

LEX CLXIV. PAVLVS LIB. LI. *ad Edictum.*

Pœnalia judicia semel accepta, in heredes transmitti possunt.

EXPLICATA est, *in leg. sicuti 38. supra hoc titulo.*

LEX CLXV. VLPIANVS LIB. LIII. *ad Edictum.*

Cùm qui possit alienare, poterit & consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam ejus voluntatem habendam.

IN hoc lib. 53. ad edictum Vlp. exposuit illam quæstionem, an unus plurium cujusdam loci dominorum possit aquæ ductum concedere, *in l. si autem plures. ff. de aqua & aqua pluvia arcenda.* asserit non posse, sed omnium requirit consensum. Existimo hanc declarationem ibi fuisse adjectam, quod reliquorum consensus hoc ipsum tunc tandem operetur. Si constet omnes habuisse facultatẽ consentiendi. Nam si quis eorum hanc sententiam consentiendi nõ habuerit, adhuc non erit illa servitus constituta, licèt omnes consenserint, cùm facto hoc magis expedierint, quàm jure, quæritur ergò, quidnam possit consentire? Resp. hac in lege qui alienandi facultatem habent. Quæcunq; igitur hac facultate carent, consentire non possint. Quales sunt pupilli, minores, soli tutores. Cùm horum res non aliter, quàm causa cognita non possit alienari decretum interpositum, nisi res sint, quæ servando servari non possunt, ut patet ex *tit. h. ff. de rebus quæ sub tut. & tit. C. de præd. min.* De quibus passim est actum. Hanc regulam simili declarat, quia necis, qui donandi potestatem non habet, donationi rei suæ, ut teneat, consentire potest. Ergò necis ratum habere potest actum alienationis, qui ipse facultate alienandi destitutus est. Sed hoc quoque examinatum est *in leg. 21. supra hoc titul.*

LEX

LEX CLXVI. PAULUS LIB. XLVIII. *ad Edictum.*

Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

DE hac lege actum est *in leg. in eo 110. §. 1. supra hoc titul.*

LEX CLXVII. PAULUS LIB. XLIX. *ad Edictum.*

Non videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.

SUMMARIA.

1. *Dare est dominium transferre.*
2. *Differentia inter accipere & capere quæ.*

IN in hoc quoq; lib. 49. ad edictum Paul. disseruit de aquæ ductu & de *l. in diem. de aqua & aqua pluviæ arcend.* quæ ex eod. libro ratio tradit, non sufficere consensum emtoris, cui in diem fundus addictus est, ut aquæ ductus in eo fundo cõstituatur, sed etiam acquiri domini ipsius, hoc est, venditoris consensum, ne illi prejudicium facto alterius concilietur. Hujus responsi procul dubio hanc adduxit rationem, quia non videntur data. Addictio in diem ita fit, ille fundus emtus, nisi inter proximas calendas melior

conditio offeratur, *l.1. ff. de in diem addit.* quę venditio quandoq; pura est, sed sub conditione resolvitur, nempè si hoc actū est, ut meliore conditione allata discedatur. Quandoq; pura nō est, sed specialiter sub conditione contracta, sc. uti tunc tandē proficiatur, h. e. traditio fiat, si melior conditio non afferatur, *l. 2. ff. eod.* Illa traditio-
1 ne accedente, hęc conventione nuda peragitur. Sed cum dare sit † dominium transferre, *§. hic itaque instiut. de actio. l. ubi autem 165. § fin. ff. de verb. obl.* tradit, tum quidem videri potest, quod in diem adductum est, sed datum videri nequit, cùm revocabiliter datum sit. Vnde *in l. non videtur. ff. de acquir poss.* Respondet non videri possessionem nactum, qui ita accepit, ut retinere non possit, & in *l. aliud est capere §. de facto. ff. 1. de verb. sig.*
2 differentia statuitur † inter accipere & capere. Constat ergò cui in diem additio facta est, revera dominum non esse effectum, nec cepisse, sed tantùm accepisse, cùm ejus non fiat, donec constet conditionem non extituram, sed de hac re plura *in l. non videtur. 13. sup. h. tit.*

§. I.

Qui jussu judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet.

SUMMARIA.

1. *Iudex quicquid contra officium suum facit, ratum non erit.*

2. Quid

8. *Quod quis falsis allegationibus obtinuit, non produxit effectum erroris.*

IN *l. qui autore. 137.* demonstratum est, judicis autoritatem à dolo, culpa, aliisque improbatis affectionibus excusare, imò vim & malam fidem purgare, unde non opus est illud sic multis repetere. Pertinet etiam hujus legis nostræ responsum ad *4. vers. et si iussu. ff. de aqua & aqua plu.* Si quis sepulchrum ædificavit, ex quo aqua nocet, actione de aqua pluvia arcēda locus est, modò non autoritate judicis ædificaverit, quam hujus autoritas necessitatem ædificandi ita imponebat, neque etiam juris exaratio injuriam habet. *l. iniuriarum. 13. §. ff. de iniuriis.* Sed hæc procedunt, nisi evidens & notoria sit judicis injustitia, quæ & ferè juris nullitatem secum trahit. *l. si expressim. ff. de appellat. l. 2. quando provocatio non est necess.* Nam tum tantùm abest, ut sequamur præceptum illud judicis, quod etiam palam resistere liceat *l. prohibit. 5. C. de iure fisc.* Quicquid enim contra officium † suum facit, ratum nō erit, *l. factum 170. inf. h. tit. l. aut damnum. §. solet ff. de pœnis.* Vnde Vlp. *in l. nec magistratibus. 32. ff. de iniuriis,* gravissimè respondet. Nec magistratibus licet aliquid incuriosè facere. Si quid igitur ait, incuriosè fecerit magistrat⁹ vel quasi privatus vel fiducia magistratus, injuriarum potest cōveniri. Cui convenit *l. is damnum datum. 169. infra hoc titul.* Hoc enim extra judicium ideoque ratum non erit, neq; impunitum *d. l. factum à iudice. d. l.*

si damnum. inf. h. t. Similiter si quis errore vel alia quavis benigna causa praecedente missionem in bona alicujus, tanquam in debitoris sui, praetore vel magistratu, qui jus mittẽdi habuit; obtinuit, nihil incuriosum fecisse creditur; *arg. l. si iniur. ff. de iniuriis.* At verò si occupaverit curiosè & cõtumeliae faciendi causa; quia nõ erravit in facto sed scivit debitorem esse, nihil proderit autoritas magistratus. Quod enim quis falsis allegati-
2 onibus † obtinuit, non producit effectum erroris, *l. ex imperfecto. C. de test.* Ideoq; qui vult in bona missionẽ sine periculo injurię obtinere, is providebit, ut sit verus debitor, vel habeat probabiles causas, cur putet verum debitorẽ esse, in cujus bona mitti petit. Deinde ut fiat autoritate magistratus legitimo modo, alterutro deficiente, actioni injuriarũ locus erit per *l. qui in dom. & d. l. si iniuria. 20. ff. de iniuriis.* ubi Bartol. & alii. Constat ergò hanc regulam ita accipiendum esse, ut procedat, quando justa & probabilis causa obediendi ad manus est, ita deficiente nihil est, cur incuriosè obtemperare magistratui, per ea quae dicta sunt, *in l. apud ea 156. sup. h. tit.*

LEX CLXVIII. PAULUS LIB. 1. ad Plautium.

Rapienda occasio est, quae praebet benignius responsum.

§. 1.

§. 1.

Quod factum est, cùm in obscuro sit, ex affectione cujusque capit interpretationem.

Rursus hic regula interpretatione voluntatis legis & facti, maximè verò in delictis observanda inculcatur, de qua re satis *in l. semper obscuris. & l. semper in stipulat.* Nec non quidem dictum. *l. factum. cuiq. 155. §. fin. sup. h. tit.*

EX CLXIX. PAULUS LIB. II. AD Plautium.

Is damnum dat, qui jubet dare: ejus verò nulla culpa est, cui parere necesse sit.

Nitium hujus legis explicatum est *in l. consil. & l. ad ea. supr. h. tit.* cui injunguntur, quæ dicta sint in *l. factum. cuique supr. h. tit.*

§. 1.

Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.

HÆc regula est concepta de conditionibus, legatis & contractibus appositis, nempe id

quod sub conditione debetur, pendente conditione adhuc non deberi, quia neque venit, nec cessit dies, antequam existat *l. cedere diem. ff. verb. sig.* ut late *in l. quæ legata sunt. infr. h. tit.* expositum est.

LEX CLXX. PAVLVS LIB. IV. ad Plautium.

Factum à judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non est.

De hac lege actum est *in l. 167. §. fin. supr. h. titulo.*

LEX CLXXI. PAVLVS LIB. IV. Ad Plautium.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod præstiterit.

SUMMARIA.

1. *Obligatio civilis oritur vel ex contractu vel quasi vel ex delicto, vel quasi.*
2. *Negotium civile ubi deficit, ibi nulla competit actio.*

QVIDAM conveniebat unum ex duobus dominis rei communis, in qua alter dominorum aliquid contra denunciationem extruxerat: Quærebatur à Sabino, an is alter domi-

nus

s, qui nihil construxerat, rectè conveniretur
erdicto de opere restituendo, id est, demoli-
do? Paulus *in l. super iter. 11. §. apud ferocem. ff. de*
a & aqua plu. arc. refert Proculum existimasse
ieri, ideò quia dominus ille habet actionem
mmuni dividundo adversus socium, quia
test recuperare omne damnum & incommo-
m, quod ratione demolitionis passus. Facere
ã verebatur, quod *in l. ancil. 27. § si quis cũ serv. ff.*
rec. Vlp. respondit eum, qui cũ servo cõmuni
traxit, habere adversus quẽlibet duorũ inso-
um actionẽ, quippe is, qui condemnatur, re-
essum habet advers⁹ reliquos suos socios do-
nos. Cæterũ Sabinus, cujus sententiã quoq;
ulus seqtur *in d. l. sup. iter. 11. §. apud feroc ẽ* con-
riũ tenuit, mot⁹ hac reg, *nemo ideò*. Omnis ob-
atio † civilis vel ex cõtractu, vel quasi cõtra-
u, aut ex delicto vel quasi delicto est. *§. fin. inst.*
obl. Horum nullũ in præsenti quæstione in-
niri potest; ergò nõ tenebitur. Ratio pro vili
futat hac quæstione. Quid n. fiet, si socius e-
s nõ solvẽdo fuerit. *in d. l. sup. iter. §. apud ferocẽ.* à
ulo proposita. Nã hac quæstione vult occide-
pro vili argumentũ esse contingẽs & fragile,
c ideò huic regulæ legem nostram impedi-
ẽto esse, sic etiam, etsi sponte mea vel à debi-
re principali possum tibi debitori novem de-
toribus principalibus satisfacere, & eo no-
ine consequi actionem negotiorum gesto-
m, vel mandati tamen, si tibi hanc solutio-
nem

nem non permisi, neq; constitui propter spe actionis quærēdæ per numerationem tibi nc lum obligatus, solutionem alterius nomine f cere. Cùm inter te & me nullum civile neg tium intercessit, unde tibi actio oriri potuiss Sed tamen inter mandantem & mandatariu quod ad te non redundare non potest, cùm ctus agentium nō operetur ultra eorum inte tionem. *l. sæpè. ff. de re iud. d. l. actus agentium*: V
2 verò deficit † civile negotium, vel quod fo mam civilis negotii habet, ibi nulla competit ctio. *l. 7. ff. de pactis.* Non obstat etiam *d. l. sed a cillarum. 27. §. huius vir.* Non enim peculii act conceditur in solidum adversus singulos dom nos, eam ob causam, quod invicem habent r gressum, sed præcipua ratio ipsum peculiu servo communi concessere singuli in solidu ratihabitionem promisisse videtur. Acces quoque difficultas conveniendi, cùm tæd sumsit unam actionem in plures particulas d videre, *l. 3. ff. famil. hercisc.* nec non reipub. poti interfit, lites potiùs minui quàm augeri. *l. qu dam existimarunt. in fin. ff. de reb. credit.* unde co stat in ea facti specie formam civilis negotii n defuisse utilem obligationem de peculio praetoris edicto, nec movet quod dicitur. N tamen res damnosa futura est ei, qui cond mnatur, cùm possit ipse Cælius. Quæ ve ba non rationis, sed concilii loco subjiciuntu ut ipse contextus demonstrat. Subsistit igit

ha

e regula remoto pervili sententia satis inana.

EX CLXXII. PAULUS LIB. V. ad Plautium.

In contrahenda vēditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est.

§. 1.

Ambigua autem intentio ita accipienda est, ut res salva actori sit.

IVIUS legis explicatio ex *l. semper in obscuris. d. l. quotiens. 67.* cum concordantiis repetenda est. Cùm eadem regula hic rursus inculcetur, quidnam in interpretationibus indicandis faciendum sit, quibus etiam accedit, *e veteribus. ff. de pact. l. in conventionalibus. l. quoties.* ubi Cuiac. & Duar. *de verb. obl. l. Labeo. 21. ff. de contrab. empt.*

EX CLXXIII. PAULUS LIB. VI. ad Plautium.

In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur,

tur, non totum quod habent, e
torquendum est, sed & ipsarum r
tio habenda est, ne egeant.

INITIUM hujus legis explicatum est *in l. D. vus Pius. supr. h. tit.*

§. 1.

Cùm & verbum, *restituas*, lege inve
nitur, etsi non specialiter de fructi
bus additum est, tamen etiam fru
ctus sunt restituendi.

SUMMARIUM.

1. *Significatio verbi,* restituere, *varia, & quæ.*

HOc caput ex fugitivis est. Pertinet n. pro
priè ad tit. *de verb. sig.* dum sicut *in l. restitue*
re. 35. l. plus est. 22. l. restit. 75. l. cum empt. 81 ff. de verb
sig. satis declaratur, quid sit restituere, idéquoq
hic ICtus facit. Resp. Varia est significatio ver
1 bi restituere † cùm quasi retrò restituere vel re
trodare dicatur, i.e. in eum casum, in quo ant
erat vel esse debuisset, *l. vid. §. in Fav. ff. de usur.* Id
eoq; pro diversa re subjecta aliter atq; aliter ac
cipitur. Aliquando accipit de criminib. & rei
condemnatis, qui abolito delicto vel pœna re
missa ab imperatore restituuntur in civitatem
ve

statum, quem quamvè amiserant per sententiam, ut *in l. princ. ff. de verb. sig. & tit. C. de sent. pass. & rest.* Restituere etiam de naturalibus accipitur, quando nimirum liberto datur ingenuitas, vel is, qui in servitute erat, natalibus suis restituitur. *l. 1. ff. de natal. restit.* Restitutio alia est, quæ dicitur in integrum. *l. 1. & tit. de restit. in integ.* alia hereditatis. *l. non enim. ff. ad SC. Treb.* Alia, quæ sub lege ex l. necessitate, jure scil. actionis vel prætore jubente, ut reddatur res suo domino vel priori possessori, & in hac ultima significatione hic prolatum est. Hac restitutione facienda non tantum res ipsa principalis, sed etiam accessiones fructus conditio usucapiendi omneque emolumentum, quod ab actore potuisset habere, continetur, *l. plus est. l. restituere. l. nostra. l. videamus. §. in Faviana. cum in similibus.* Nec ante restitutio facta creditur, quàm si hæc omnia sint reddita *d. l. restituere. 75. l. cum prætor. 8.* et horum aliquo deficiente res deterior reddita censetur, *l. 3. §. 1. commodati. plura in allegatis ex tit. de verb. sig.* inveniuntur.

§. 2.

Vnicuique sua mora nocet; quod & in duobus reis promittendi observatur.

Huc

HVc pertinent, quæ annotata sunt *in l. factum.155. & l.non potest.99. l.nulla. 82. l. non debet.74. supr. h. tit.*

§. 3.

Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.

IN *l. invitus. 156.* dictum est, in multis casibu retentioni locum esse, ubi petitio denegatu Ratio in hac regula proponitur, repetita ex *dolo. 8. ff. de dolo. mal. except.* scilicet dolo facit qu petit: ideoque doli exceptione petitor repelli tur, *d. l. dolo. 8.* ubi exemplum in debitore, cui de bitum legatum erat, quod heres nihilominù petebat. Etenim si solveret debitor, statir cogeretur debitum ex testamento restituer Aliud exemplum extat *in l. semper. §. Lucius. ff. so luto matrimonio:* maritus petit à socero dotem quanti accepisset, restituere cogeretur, quia si ne culpa uxoris matrimonii dissolutio facta est Quæritur, an actioni de dote locus sit? Resp non esse, quia dolo maritus facit, quod nun petit sine causa, quam si haberet, illico restitue re cogeretur, à quo petit. Itaque doli exceptio ne repellitur. Objicitur autem huic reg. *l. 1. §. 1. ff. quorum legat.* Vbi legatarius restituere tenetu legatum, quod propria voluntate occupave rat, nondum adita hereditate, vel adita quidem sed possessione nondum ad heredem perventa

quo

quod tamen recepturus. Sed respondetur ibi mpedimento, an totum recipiat nec ne, & propter legis falcidiæ beneficium heredem jus in llo legato habere ut ipse potius possideat, quã egatarius. Quoad illud igitur emolumentum, neque specialiter vicissim restitutio fieri debet, neque etiam statim. Quinimò legatarius ille non est usus legitima via ingrediendi possessionem, cùm se ipsum in sua causa constituerit. Idoq; hoc beneficio regulæ nostræ carebit. Non tiam est exceptio ab hac regula, quod in *Novell. 18. de triente & semisse coll. 5 §. illud quoq; in iud.* asseitur, quia loquitur de possessore, qui improbis titur exceptionib. i.e. qui possessionem suã sie causa defendit, vel qui negat causam suę possessionis ab hac propter suam improbitatem & nendacium meritò possessionis fiet translatio. ed regula nostra nõ spectat ad eos, qui improa causa vel mendacio rem tenent, sed qui justo itulo retinent, propter quem si non haberent, etere possunt. Ideoque hujus regulæ exceptio sse nequit, quod *in d. § illud quoque in iudiciis.* statuitur, cùm non sit de regula.

EX CLXXIV. PAVLVS LIB. VIII. ad Plautium.

Qui potest facere, ut possit conditioni parere: jam posse videtur.

INITIUM hujus legis expositum invenitur *l. in omnib. 39. supr. h. tit.*

§. 1.

Quod quis si velit, habere non potest id repudiare non potest.

CONCORDAT cum *l. is potest. de acquir. vel omitt. hered. & l. eius nolle. supr. h. tit.* unde hujus regulæ explicatio est petenda.

LEX CLXXV. PAULUS LIB. II. ad Plautium.

In his, quæ officium, per liberas fieri personas leges desiderant, servu[s] intervenire non potest.

SUMMARIA.

1. *Servi nuptias non contrahere possunt; sed tantum cives Romani, contubernium quidem possunt: non possunt esse pratores aut consules.* num. 2.
3. *Legatum esse, Reipublicæ causa abesse, munera sunt civilia.*

ACTUS, qui fiunt à solis liberis hominibus vel civibus Romanis per servos expediri non possunt, arg. eorum quæ dicta sunt *in l. qui*

attine

attinet. supr. h. tit. idq; in hac regula constituitur, ideoq; servi nuptias † non contrahunt, quæ solæ sunt civium Romanorum. § *instit. de nupt.* Sed contubernium. Theophilus § *1. instit. de nupt.* neq; prætores esse † queunt, aut consules, *l. Barbarius. ff. de off. præt.* neq; tutores sine tutoris autoritate, *§. 1. & 2. inst qui test. tut. dar. poss. §. ab hostibus. inst. de Attil. tut.* neq; procuratores judiciales, sed tantum ad negotia. *l. serv. 3. ff. de procur.* Neq; reipubl. legati esse possunt, *l. 32. supr. hoc tit.* Ubi pro regula traditur, servum reipub. causa abesse non posse, quippe caput non habet, neque in republ. est, neq; civilium munerum capax. *d. l. quod attinet & l. servitutem. sup. h. tit.* sed legatum esse, reipubl. causa † abesse munera sunt civilia. *l. 1. 2. 4. & seq ff. de leg. l. 1. l. honor. l. fin ff. de mun. & honor.* Itaque hæc officia à servo expediri non possunt. Plura de servis vide *in d. l. quod attinet. 22.* & de ratione *d. l. Barbarius.* actum est *in l. nihil consensui. 116. § fin. h. tit.*

§. 1.

Non debeo melioris esse conditionis, quàm auctor meus, à quo jus in me transit.

RURSUS hic iteratur regula: *nemo plus iuris. 54. l. heredem. supr. h. tit.* Cujus repetitio petenda est ex allegatis.

LEX CLXXVI. PAVLVS LIB. XIII. ad Plautium.

Non est singulis concedendum, quod per magistratum publicè possit fieri: ne occasio sit majoris tumultus faciendi.

SUMMARIUM.

1. *Quod ipso iure fit, non eget hominis facto.*

SICUT, is, qui judicis autoritate & jussu aliquid fecit, nihil injuria fecisse dicitur. *l. non videntur. 167 §. fin sup. h. t.* Ita vicissim quicquid sine judicio ausus fuerit facere, quod judicis autoritatem requirebat, atq; ita sibi ipsi jus dixerit, impunitus non abibit per hanc regulam. Vt enim Respub. salva conservaretur, magistratus constituti sunt, qui ipsi ex legis præscripto judicent, at gubernent *l. rem non novam. C. de iud.* non ut privati, se quisquã sibi promittere ultionem valeat *l. nullus. 13. Cod. de Iudæis & Cælicolis.* Quare si quis probatus fuerit rem aliquam debitoris vel ejus pecuniam propria autoritate occupasse, nec sibi ab ipso sponte datam, quia jus contra legis autoritatem in sua causa sibi ipsi dixit. *l. nulli. de iudiciis, l. venia. de in ius vocando.* jus in illam rem vel creditum, quod habet, amittere debet. *l. sed & rem. 12. §. fin. l. seq. ff. quod metus*

metus causa. Similiter si quis ab aliquo possessore rem suam rapiat, vel alienam, tanquam suam, locus est conditioni ex *l. si quis tantam .C. unde vi.* Nam rei suæ jus hoc ipso amisit raptor. Si verò aliena fuerit, præter rei institutionem, ejus quoque æstimationem præstabit. *§. quia tamen. instit. de vi bon. rapt. d. l. si quis tantam.* Hinc in quæstionem venit, an dominus directus possit vasallum feloniam cōmittentem: Item in Emphyteutam ultra triennium ex re civili, vel biennium ex re Ecclesiæ canonem non solventem expellere propria autoritate: Vterque ipso jure à suo jure cecidit per *c. quæ fuit prim. causa benefic. amitt. in usibus feud. l. 2. cap. de iure emphyteut.* Sed quod ipso jure fit † non eget facto hominis, secundùm procardiras. Vnde de emphyteuta affirmativè concludit Iason *in d. l. 2. num. 10. 12. 14. de iure emphyteut.* Geil. *observ. 51. numero septimo. libr. secundo.* Mynsing. *observ. 65. cent. 3.* Cæterùm neglecta hac ratione dubitandi de vasallo certissimi juris est, eū amittere jus suum, non tamen possessionem. Ideoque proditum est, qualecunque etiam delictum commiserit, non debere dominum propria sua autoritate, sed ex sententia judicioque parium vasallum privari. *c. 1. de feudo sine culpa non amittendo. c. unic. quod testes sint necessarii. c. 3. quo tempore miles in vestit. pet. debet.* Geil. *d. observ. 51. in princ. & seqq.* quod adeò verum est, ut si dominus ausus fuerit propria autoritate possessionem oc-

 cupare,

cupare, teneatur ex *d.l. si quis in tantam.* Et si ultrò nolit restituere, cōceditur deprædatio d omini, *l. unic. §. si verò Vasallus. de milite vasallo qui contumax est.* Ratio in hac lege evidens proponitur, quæ ratio cùm etiā in emphyteuta obtineat, maximè illud, quod quidem jus amiserit, non tamen possessionem præcedat. Existima illam Mynsi. *1. obs.* & Iasonis opinionem ita interpretantem, quasi non requiratur definitiva sententia, ut amittatur ex sententia, sed ipsa negligentia. Sed tamen declaratoria opus esse sententia, qua declaratur emphyteusin esse concessam, & meritò possessionem avocandam, qua obtenta licitè poterit dominus rei suæ possessionem propria autoritate ingredi, quæ sententia & æquior, & tutior est.

§. 1.

Infinita æstimatio est libertatis & necessitudinis.

IN hoc §. duo proponuntur, unum de libertate, alterum de necessitudine seu consanguinitate. Vtriusq; dicit esse infinitam æstimationem, sed de libertate ratum est *in l. libert. supr. h. t.* de consanguinitate *in l. iura sang. 58. sup. h. tit.*

LEX CLXXVII. PAVLVS LIB. XIV. ad Plautium.

Qui in jus, dominium vel alterius succedit, jure ejus uti debet.

Princi-

Principium hujus regulæ est repetitio regulæ: *nemo plus. & l. hered. supr. h. tit.*

§. 2.

Nemo videtur dolo exsequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere.

Hvc pertinent, quæ dicta sunt *in l. non potest. 99. & l. qui sine dolo. 63. sup. h. tit.*

LEX CLXXVIII. PAVLVS LIB. XV. ad Plautium.

Cùm principalis causa non consistat: plerunque ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.

Vide, quæ annotantur ad *l. nihil dolo. 129. §. fin. supr. h. tit.*

LEX CLXXIX. PAVL. LIB. XLVI. ad Plautium.

In obscura voluntate manumittentis favendum est libertati.

Eadem hæc regula proposita & explicata est *in l. quoties dubia. 20. & l. libertas. 166. suprà hoc titul.*

LEX CLXXX. PAUL. LIB. XVII. ad Plautium.

Quod jussu alterius solvitur: pro eo est, quasi ipsi solutum esset.

SUMMARIUM.

1. *Quod quis per alium facit, ipse nec fecisse videtur.*

Ex eodem *lib. 17.* ad Plaut. Pauli desumta est, *l. 1. ff. de sol. caus. dat. non sol.* Si donaturus mulieri jussu ejus sponso numeravit, nec nuptiæ secutæ sunt, mulier id cōdicet, quod numeratū est. Ratio in hac l. proponitur, quod jussu. Cùm causa illius numerationis secuta non est, rectè mulier, quæ jussit numerare, condicet, quia eam ob causam dedisse ipsa videtur, ut dos sit, si nuptiæ sequantur. Pertinet eò quod quædam negotia per alios expedire possimus. Sanè actus legitimos per nosmetipsos expedire debemus, ut *in l. actus legitimi. supr. hoc tit.* traditum est. Qui verò ejusmodi actus non sunt, per procuratores legitimè expediuntur. *l. 1. §. usus. ff. de procur.* Resp. horum numero est solutio, unde etiam Paulus *in l. cum jussu. 64. ff. de solution.* docet, si jussu meo id, quod mihi debes, volui creditori meo, & tu à me, & ego à creditore liberor. Hinc vulgi axioma promanat, quod
1 quis per alium † facit, ipse nec fecisse videtur. *c. potest quis per alium.* servandum illud est in libera-

rationibus propter rationem in *l. Arrianus. ff. actio. & obligat.* Et in iis, quæ non requirunt industriã personę electę directò procedere. Nunquam verò in iis, quæ personæ electæ industriam requirunt, vel utiliter retinere per *l. inter artifices. ff. de solut.* Deinde in quærendis actionibus distinguendum est, an is, qui nostro nomine stipulatur, emit, aut alio modo contrahit, in nostra sit potestate, an verò liber homo ad hoc operam suam accommodans. Ille directò nobis acquirit. *§. præterea instit. per quas person. agi poss. §. item, vobis instit. per quas person. nobis acquir.* Hic nihil nobis acquirit obligationis, nisi cessis actionibus. Et ita utilis *tit. instit. per quos person. nos acq.* Actiones enim semel à libera persona nobis acquisitæ, adeò ossibus adhęrent, ut directò nunquam abeant, *l. 8. ff. ad SC. Trebell. §. restituta. instit. fidei commiss. hered. l. ait prætor. § sed quod Papinianus. ff. de minoribus.* ubi passim Dd.

LEX CLXXXI. PAVLVS LIB. I. ad Vitellium.

Si nemo subiit hereditatem, omnis vis testamenti solvitur.

SUMMARIA.

Tamdiu nemo ab intestato admittitur, quandiu testamentarius successor expectatur.

2. *Modi, quibus testamenta infirmantur, quinam.*
3. *Heredis institutio est totius testamenti caput & qua si fundamentum.*

IN *l. quamdiu. sup. hoc tit.* dictum est, tandiu ne
1 minem † ab intestato admitti, quamdiu suc cessor testamentarius expectatur, seu testamen tum valere potest. Necessarium igitur est scire
2 quando testamentum valeat. Modi, quibus † in firmatur, enarrantur *in §. 1. instit. de hered. qua intesta. defer. in l. 1. ff. de suis & legit.* puta testamen tum non est ritè factum aut ruptum vel irritum infirmumvè redditum. Additur etiam ille mo dus, qui solus *in hac l.* recitatur nempe si nem ex testamento heres extiterit, hoc est, si scriptu heres repudiaverit, vel in ea causa est, ne here possit fieri, *d. §. leg. in fin. l. intestatus 69. ff. de verb. sig* quia fortasse intestabilis. *l. ob crimen. ff. de testibu* vel deportatus, *l. ab hostibus. ff. qui testamentum fa*
3 *cere possunt.* Sanè heredis institutio † caput & quasi fundamentum totius testamenti est. *§. an te heredis. instit. de legat.* qua non subsistente ne reliqua subsistunt. *l. inter cætera. 20. ff. de li. & post* Et ea deficiente, reliqua sive tutelæ sint, sive le gata, sive fideicommissa deficiunt. *l. si nemo. 9. ff de testament. tut. l. eam. §. cumque C. de leg. l. 8. & fi lio. ff. de iniusto & rupto testamento.* Quod omnin verum est, quoties heres scriptus non adit here ditatem, licèt si propter præteritionem vel ex heredationem annihiletur, legata salva per

mane

ıneant. hodie *auth. ex causa.* ubi Iason latè, *C. de præter.* Nam casus destituti testamenti corre-ıs non invenitur. Ideoq; jure veteri statur, ıquam nondum correcto.

EX CLXXXII. PAULUS LIB. III. ad Vitellium.

Quod nullius esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere.

N *l. ea quæ 135. sup. hoc tit.* demonstratum est earum rerum, quæ commercio exemptę sunt, ıllā valere obligationem, ut nimirum ipsæ res æstentur. Idem hic repetitur. Nam id propriè ıllius esse potest, quod commercio omniū hominım exemptum est. *§. fin. inst. de emt. & vend. § 1. & nst. de inutil. stip. §. rem sacram. ff. de verb. sig.* Sunt ıam res, quæ quidem in nullius sunt bonis, sed e possunt, de quibus *in §. singulorum. institut. de r. divis.* Ad earum igitur rerum differentiam c ICtus ait, quod nullius esse potest: & ita faè deprehenditur fallacia, quam annotavimus pra *in l. ea est natura h. tit.* Latiorem interpretaonem, qui desiderat, repetat, quæ suprà ad *d. l. qua h. t.* collata tamen inveniuntur, & quę Dd. apnotant ad *d. §. nullius. & d. §. secundum. de inutil. stip. instit.* Cuj. *in d. l. inter stipulantem. §. etsi sacram.*

LEX CLXXXIII. MARCELLVS LIB 3. Digestorum.

Etsi nihil facile mutandum est ex sole mnibus: tum ubi æquitas eviden poscit, subveniendum est.

HOc Marcelli responsum ad verbum e rescripto D. Antonini Pii desumtũ, quo idem ICtus recitat *in l. Divus. 7. ff. de in integ. restit.* Vbi Imper. utitur pro regula his verbis. *Etsi* nihil, &c. ad decidendum illum casum, an is audiendus, qui in jus citatus, voce præconis no comparuit, & propter hanc contumaciam condemnatus, pronunciatione verò facta si ad tribunal veniat judice sedẽte vel nondũ ab eo dis sessuro. Motus Imp. hujus regulæ autoritate rescribit, hunc restituendum esse adversus contumaciæ sententiam, qui fortasse præconis vocem non exaudivit. Solet enim in magna reipubl. a paucissimos venire vox ita licèt idem solemn sit, provocare tamen aliquem præconis voce tamẽ propter causam mitigabitur pœna vel remittitur. Ratio hujus legis peti potest ex *leg.* i *omnibus. sup. h. tit.* In omnibus, maximè tamen i jure seu judicio æquitatem spectandum esse, si etiam iis, qui Reipubl. causa abfuere, & per procuratores malè defensi, succurritur, ut in integrum restituantur ad appellandum. *l. fin. ff. de in integr. restit.* Ne propter absentiam rei causa da mnu

num patiatur contra æquitatem. Ecce solen-e est, ne post justum appellandi spatium efflu-um, quibus appellare audiatur, quod hodie est ecennium continuum. *auth. hodie. Cod. de Appell.* eil. *obs.39. lib.3. num.5.* Et ignoranti regulariter urrit, attamen cùm hic justa causa subsit con-a juris vigorem succurritur, *d.l. fin.* Quod et-m in aliis casibus observatur. Quoties igno-ntia ex aliis circumstantiis justificatur, ut si in idicio sententia adeò obscurè esset citata, nec otuisset intelligi, an cōdemneretur appellans, 1 verò non. Aut si procurator, qui appellare ebuisset, non sit solvendo, item si continua in-dat molestia vehemens & magna, puta carce-s metus, judicis, propter quam non potuit ap-ellare. Geil. *d.l. obs.139 num.8.9.10.12. & 13.* Veris-mum enim est illud vulgatum, necessitati non st lex posita, & tristis metus consensum.

EX CLXXXIV. CELSUS LIB. VII. Digestorum.

Vani timoris justa excusatio non est.

SUMMARIUM.

. *Metus quomodo accipitur.*

RECTE hæc lex præcedenti subjicitur. Sicut enim ibi traditū est propter urgentissimam ausam succurri læso per imprudentiam adver-us rigorem. Ita hic traditur propter vanum ti-morem

morem nemini restitutionem in integrum dar
Ita si quis vano judicis metu non appellavit, m
nimè legitimo spacio elapso audietur ; vel
quidem metus fuit ; sed non momentaneu
similiter hanc restitutionis implorare nequi
prætereà quæ Geil. *d. observat. 139. num. 10. & 13.* 1
notat. Similiter in edicto , ubi prætor cave
se fructum non habiturum ; quod metus cau
sa factum est. *l. 1. ff. quod metus causa.* Metum acc
1 piamus † non vani hominis sed præsentem, qu
in constantissimum hominem sexus tamen di
ferentia observata, cadere potest. *l. 5. 8. 9. ff quo metus causa.* ut ibidem plurimis exemplis illu
stratur. Item est interdicto unde vi. Nam si qu
fundum suum dereliquerit , ideò quia aud
armatum quendam eminus venire vel solus, v
cum copia, interdicto locus non erit, nisi arm
tus ille fundũ ingressus, fugientem posteà re
euntem admittere noluit. *l. clam. §. qui ad nund nas. ff. de acquir. poss.* Quemadmodum qui non e
pectavit, sed profugit, vel è loco dejectus vide
nequit, *d. l. metum. 9. vers. denique ff. quod ex met causa.* Plura de vi ac metu tractata sunt *in l. nil consensui. 116. supra hoc tit.* Vanum & illud intel
gitur, quod sine ratione & causa caret, ita
ut frustrari quis videatur ratione
exitus, ita accipitur *in*
leg. 5. & 9.

LE

EX CLXXXV. CELSUS LIB. VIII. *Digestorum.*

Impossibilium nulla obligatio est.

HANC legem explicavimus, *in l. ea dari. 135. supra hoc tit.*

EX CLXXXVI. CELSUS LIB. XII. *Digestorum.*

Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolvi possit. Et cùm solvendi tempus obligationi additur, nisi eo prçterito, peti non potest.

SUMMARIUM.

Duo hac in regula proponuntur, & quaenam.

DVo † hac regula proponuntur. Primum est, 1
si debitum purum quidem sit, sed loco vel atura dilationem recipit, puta fructus, vel partus futurus prorsus nõ poterit peti, antequam ommodè potuisset ad eum solũ pervenire, aut ructus seu pactus pro natura extiterit de loco ecedens. *§. loca etiam. inst. de verb. obl. Et l. eum qui 4 §. quo-*

4.§.quotiens.l.continuus.§.cum ita l. ult.§.si inter.ff eod. Unde si reus effugiat in eum locum venire tum illud spatium tacitè inesse præsumitur n ante petatur, quàm cum bona occasione eò per venire potuisset *d.l.continuus.d.§.1. d.l.ult.d.§.* N tũ ex stricta actione fit arbitraria propter frau dem & malignitatem adversarii, ut *in tit.ff.de e quod certo loco.* Et in *§.præterea vers.item quod. insti de actio.* de fructibus, partu & similibus, quæ na tura dilationem recipiunt, differitur. *in d.l.inter dum.73.* Siquidem ex hac stipulatione frustrà a gitur, antequã partes extiterit, antequam fru ctus percepti sint, cùm ante per naturam pręst ri nequeant. Nam non verbis tantùm, sed etiai mente obligationis tempus præstabitur. *l.1 ff penu legato.* Ideoq; si abortus fiat, nihil debetu vel si natus sine culpa promissionis pereat, a vinum sine ejus culpa consumatur aut prim tur, rursus expectare debet actor, donec iteru nascatur, & dare possit, *inter stipulantem.83.§.qui quo.ff.de verb.obl.* Sic si patronus stipuletur op ras officiales non antè debentur, quàm indict fuerint. Nam ex cõmodo patroni edendæ sun *l.si quis hoc.§.iudicium.l.si patronus.l. quoties. ff. de pert.libert.* Licèt si quis alii, quàm patrono pr missa statim debẽtur, quia non requirunt ind ctionem. *l.quoties.* Alterum caput est de die a jecto, si dies obligationi adversa fuerit, n ante agi poterit, quàm si dies ille elapsus fu rit, si nullus est adjectus dies, præsenti deb

tu

ur, ut satis explicatum est, *in l. in omnibus 14. supra hoc tit.*

LEX CLXXXVII. CELSUS LIB. XVI. Digestorum.

Si quis prægnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse.

Summaria.

. *Is qui in utero est, pro iam nato habetur.*
. *Capita legis Iuliæ & Papiæ sunt duo, & quæ.*
. *Cœlibatus quis dicitur.*
. *Orbitas quæ dicitur.*

HÆc lex ex fugitivis videri potest. Nam Duar. explicat, quid sit sine liberis decedere, officium tituli *de verb. sig.* assumit, sub quo it. *in l. mort. 129. l. quæ res aliquis 135. etiam 141. l. modo & sine liberis. 148. l. quod dicimus. 231.* hæc quæstio xpeditur, & deciditur. Pertinet autem hoc ad d, quod dici solet; eum † qui in utero est; pro 1 am nato haberi. *l. qui in utero. ff. de statu hominum.* Sed *in d. l. qui mortui. 129.* Respond. qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati videntur, quia nunquam liberi appellari potuerunt. Vnde constat non esse sufficiens prægnantē relinquere uxorē, sed necesse est, ut etiā partus vivus edatur, vel excindatur. *l. posthumus. ff. de inoffi. testament. l. 3. Cod. eod. d. l. etiam. 141.* Quod etiam

in d. l. qui in utero. asseritur. Cui rursus refragari videtur *d. l. quod dicimus.* ubi asseritur pro superstite haberi. Rursus Ulp. *in d. l. quaeret aliquis. 135. de verb sig.* ait, monstrosum & portentosum inter liberos habendum, Cui Paul. *in l. non sunt liberi. 12 ff. de stat. hominum.* expresse contradicit. Cui concordat, *l. ostentum. 38. ff. de verb. signif.* Sed in his ll conciliandis magna ratio haberi debet inscriptionum, *d. l. qui mortui* inscribitur: Paul. *lib. 1. a l. Iul.* & Pap. *de religio. & sumt. funer. d l. quod dicimus 231.* inscribit .idem libro singulari ad SC. Tertull. Quod igitur ad conciliationem *d. l. quod in utero. d. l. quod dicimus.* cum *l. qui mortui.* attinet Sciendum est, Iuliam & Papiam designasse honores & praemia iis, qui plures concepissent liberos, & edidissent. Et SCto Tertull. matri jus liberorum datum fuisse, si ingenua enixa, si liberta quatuor succederet liberis. Quoties igitur de ejusmodi jure alterius quaeritur, quod datur propter editos liberos, non prosunt concepti nisi etiam vivi edentur, & non monstrosi. Ubi verò de ipsorum conceptorum favore, institutione & praeteritione agitur, pro natis habentur, ne possit testamento locus esse, antequam constet non nasciturum. Diverso igitur respectu, qui praegnantem reliquit & ne liberis decessisse videri potest. Quod rursus ad conciliationem *d. l. qui mortui. & d. l. quaeret aliquis.* attinet

2 observandum est, duo quoq; † fuisse legis Iul & Papię capita. Primum caput, ut modò dictum

est, conferebat honores & præmia iis, qui majorem liberorum numerum susceperant, Geil. *obs. 1. lib. 2. cap. 15. l. nec patronis. C. de oper. liber l. adigere, ff. de iure patron.* Altero capite pœna imponebatur cælibatui, & orbitati: Cælibatus est † ejus, 3 qui sine conjuge & studio liberorum vivit. Orbitas † est qui quidem habet, sed talem, quæ ste- 4 rilis & ratione ætatis non apta amplius ad suscipiendum liberos, nisi eam juvenis duxerit, vel si ultrò studeat, ne liberos concipiat. Ad primum caput pertinet *d. l. qui mortui.* quoniam expresse requirit, ut liberi sint nati. Ad hoc posterius pertinet *d. l. quæret aliquis.* Existimabat enim legislator sc. sufficere parentes operam dedisse ne orbati viverent, ut ita pœnam evitarent, nec eam subirent propter eventum fatalitatis, qui nemini etiam prudentissimo imputari potest, & hanc rationem evidenter *in d. l. quæret aliquis, circa finem.* exprimit. Sic quod ad dictam legem *ostentum.* attinet, eam legem ad hanc quęstionem pertinere. An ubi portentum & monstrosum ex homine natum sepultum est, locus religiosus fiat? Et Respondetur quod non, quia etsi partus sit hominis, tamen homo, cùm hominis forma careat, & cùm successiones etiam sint saltem hominum, non brutorum: etiam monstrosi partus in materia successionis pro hominibus non habeantur, nec ita pro liberis, *d. l. non sunt liberi. l. 3. de hered. instit.* Plura veniunt observanda singulariter annotata *in supra* allegatis legibus, *in tit. de verb. sig.*

LEX CLXXXVIII. CELSVS LIB. 27. Digestorum.

Vbi pugnantia inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est.

§. 1.

Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt.

SUMMARIA.

1. *Nemo duos heredes in solidum habere potest.*
2. *Is heres esse à tempore desinere nequit, qui semel extitit heres.*

PERTINET ad tractatum de testamentis, & quidem ad illud caput, ubi de interpretatione agitur. Etsi autem leges volunt, ut plenius voluntates ultimæ interpretentur ac varia intueantur, ut ex *l. semper in obscuris. & in l. in testam. sup h.tit.* didicimus. Tamen ubi pugnantia, hoc est, directò contraria, quæ simul vera per naturã esse nõ possunt, jubentur magis, & neutrum ratum esse. Exempli gratia. Quidã ita instituit, si Cajus heres erit, Titius heres esto: & si Titius heres erit, Cajus heres esto. Hæc conditionalis
1. institutio ideo non subsistit, quia conditio nunquam existere potest, ut utrumque verum fiat. Si enim Cajus heres erit, Titium quoq; heredem

redem esse debere impossibile est. Et contrà, cùm nemo duos † heredes in solidum habere queat, *l. quod contra.141. §. fin. sup. hoc tit.* nec is † 2 desinere possit à tempore heres esse, qui semel heres extitit. *§. restit. instit. de fideicom. hered. l. ait prætor. §. sed quod Papinianus. ff. de minor.* Ideoque hæc institutio rata non erit, *l. si Titius.16. ff. de condict. instit.* Ejusmodi quoque sunt, quæ ita in testamentis scribuntur, ut intelligi non possint, quod sæpè etiam ex manifesta contradictione contingit, ut *in l. quæ tutelæ. §. quæ in testamento sup. h. tit.* dictum est. Pugnantia seu repugnantia hic non interpretātur diversa vel opposita, vel quæ sunt relata vel etiam contradicentia, sed adversa, quæ velut è regione perpetuo semper pugnant, prout à Ramo definiuntur. Reliquorum contrariorum & dissentientium non est perpetua ejusmodi pugna. Regula hæc exposita est, *in leg. ea quæ dari. 135. supra hoc titulo.*

LEX CLXXXIX. CELSVS LIB. XIII. Digestorum.

Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætata, nisi apposita tutoris autoritate, creditur: nam quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.

HVius legis interpretatio quæratur etiam *in l. in negotiis sup. h. tit.*

LEX CXC. CELSVS LIB. XXIV. Digestorum.

Quod evincitur, in bonis non est.

SUMMARIUM.

1. *Hoc responsum dupliciter interpretatur.*

1 DVPLICITER † hoc responsum interpretari potest. Primò ne id, quod evinci potest, ita traditum appareat, ut in bonis sit, & hoc modo declarationem recipiet ex *l. 13. sup. h. tit.* Et *l. non videtur. 22. de acquir. poss.* Altero modo de amissione accipi potest, & tunc ex fugitivis est, pertinetque ad *l. 106. & l. Labeo. 14. in fin. l. bonorum 49. ff. de verb. sig.* quia ostendit, quidnam sit in bonis esse, & quid amissum, scil. omne id, quod jure dominii habemus, vel ita quidem, ut possidentes exceptionem defendere possimus, vel id non possidentes aliqua actionis forma repetere queamus. *l. in rem bonis. 52. de acquir. rer. dominii.* Vbi verò hæc deficiunt, illud in bonis esse nostris minimè dici potest, sed res amissa dicitur, *d. l. Labeo 14. §. fin.* Res verò, quæ nunc à nobis evincitur, neq; defendi potest exceptione neq; avocata recuperari. Itaq; ea minimè in bonis erit.

LEX

LEX CXCI. CELSVS LIB. XXXIII. Digestorum.

Neratius cōsultus, an quod beneficium dare se quasi viventi Cæsar rescripserat, jam defuncto dedisse existimaretur, respondit, non videri sibi principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse, quem tamē modum esse beneficii sui vellet, ipsius æstimationem esse.

SUMMARIA.

1. *Privilegia principum plenissimè sunt interpretanda.*
2. *Beneficium personæ concessum, an personam egredi possit.*
3. *Privilegia personalia unà cum persona extingui solent.*
4. *Cuius est dare huius etiam est adimere, interpretari, extendere & restringere.*

PERTINET hoc responsum ad interpretationem constitutionum principū, ex his quidam sunt personales, quæ ad exemplum nō trahuntur, quia beneficia & privilegia sunt, fortè ob merita vel etiam causam indultam. Alia

vero generalia & ad omnes pertinent, *l.1.in fin.ff de constit. principum.* § *sed & quod princip. inst.de iur*
1 *nat.gent.& civ.* Beneficia autem seu † privilegi principum plenissimè sunt interpretanda, *l.3. d constit. princ.* Hinc in quæstionem venit, aut be
2 neficium † personæ concessum, personam egre di possit & ad heredem pertinere, maximè si an te editum de eo beneficio rescriptum mortu fuerit persona, cui indulgebatur, ad quæstio nem respondet hic Neratius. Minimè videt indultum, qui mortuus est, quem princeps vi vere existimabat. Error enim non habe consensum, *leg. nihil consensui.* § *fin. supra hoc titu* Ideoque ad heredem non pertinebit, cum pr
3 vilegia & beneficia † personalia unà cum perso na extinguantur, *l.in omnibus 68. supra hoc tit.* Vi latè de privilegiis. Addit tamen in fine limi tationem, ut procedat, nisi ipse Imperator po steà declaravit se velle, ut sit reale beneficium
4 vel ut etiam ad heredes pertineat. Nam cujus dare est, hujus etiam est adimere, hujus etiam interpretari, extendere & restringere, per *l. qu vetante. 102. eius est. hoc titul.* Nec ulla est melio interpretatio, quàm quæ ab ipso autore pro ficiscitur.

LEX CXCII. MARCELLVS LIB. 29. Digestorum.

Ea, quæ in partes dividi non possunt solid

solida à singulis heredibus debentur.

SUMMARIUM.

. *Natura servitutes prædiorum divisionem non recipiunt.*

ETSI nomina hereditaria ipso jure diversa sunt inter heredes, *l. 2. & 3. de famil. hercisc.* *. etiam 6. eod.* Attamen hoc solum de dividuis, non etiam de individuis obligationibus intelligi debet, *l. nostra. l. 1 § si usus in fin. ff. ad l. Falcid. l. eredes. 8. §. an autem. §. contra. ff. famil. hercisc. l. 2.* ibi Cuic. & Duar. *l. stipulationes non dividuntur.* ibi Bartolus latissimè *ff. de verb. oblig.* dividua ea censet, quæ earum rerum sunt, quæ divisionem admittunt, id est, pro parte peti seu dari, & præstari possunt. Cujus partis solutio pro parte confert liberationem individua, quæ rerum divisionem non admittunt, vel natura vel jure. Natura divisionem † non reci- 1
piunt servitutes prædiorum, *d. l. stipulationes non dividuntur.* jure incipit homo promissus. *l. in executione. §. pro parte. ff. de verb. oblig. l. qui decem. ff. de solut.* Quoniam si in uno homine pars solvitur, non contingit liberatio, nisi ejusdem hominis reliqua pars præstetur, cùm itaq; in pendenti sit, an reliquæ partis præstatio futura sit, in eodem homine, vel alio in pendenti quoque

est liberatio, ne ante contingat, quàm si certum fuerit, reliquam partem hominis in alio homine non futuram, *d. l. executione. § pro parte l. si non sortem. §. 1. ff. de condic. indeb. d. l. qui decem.* Ejusdem generis est stipulatio summæ, cùm pœna est adjecta. Etsi enim tunc dividuum dicitur principaliter, aut pœna pro parte committi nequeat, non sufficiet partis solutio, sed totum solutum esse oportet. *l. 5. §. ultim. ff. de verb. oblig. l. 2. § fin. ff. eod.* Quod etiam in pignore obtinet. *l. 1. de restit. rei pig. l. 1. & 2. si unus ex pluribus heredibus. l. quamdiu. C. de distract. pignor.* Ideoque singuli in solidum tenebuntur, & conventus totum præstabit, aut totum interesse solvere debet, quod rursus inter ipsos familiæ herciscundæ judicio dividetur & reputetur: Quanquam pœnæ repetitio fiat pro parte hereditaria tantùm, *d. l. 2. in fin. l. 4. §. Caio. ff. de verb. obligat. d. l. in executione.* Objicitur *l. qui hominem. ff. de acceptil.* Sed Resp. Aliud esse in acceptilatione, aliud in solutione, quoniam in acceptilatione non est verendum, ut reliqua partis solutio in alio homine fiat, sicuti veretur in solutione facienda. Non obstat, quæ ab initio constiterunt, si posteà ad eum casum pervenerunt, a quo incipere non possunt, extinguuntur *§. 2. instit. de inutil. stipul.* Atque illud contingit in servitute defuncti promissa heredibus præstanda, vel ab heredibus constituenda. Hanc objectionem Paulus *in d. l. 2.* diluit, ostēdens obligationem

onem non extingui, neque venire ad eum ca-
m, à quo non possit incipere, sed quod diffi-
ltas quædam sit præstationis, propter quam
ntum obligatio perit. Quinimò propositio
a, si res pereat, procedit, vel res ita vitietur, ne
nninò potuisset dari, si in eo casu tunc tem-
oris fuisset, cùm promitteretur, ut exempla *in*
§. *2.* innuunt, ut pluribus *in l. in ambiguis.* dis-
ıtatum est, conferri quoque debet cum hac
ge, quæ annumerata sunt *in l. cum amplius. 84.*
pr. h. tit.

§. I.

In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus justius est, quàm tutius.

REPETITUR regula de voluntate interpretationis rei dubiæ, de qua re in *l. 9. 12. 14. 56. 85. 90. suprà hoc titulo*, nunc sæpius dictum.

LEX

LEX CXCIV. MODESTIN. LIB. V Differentiarum.

Qui per successionem quamvis lo gissimam defuncto heredes consti terunt, non minus heredes intel guntur, quàm qui principaliter h redes existunt.

SUMMARIA.

1. *Quis appellatione heredis contineatur.*
2. *Heres defunctum repræsentat, omneq; ius consequ tur, quod habuit, cui succedit: duo casus ab hac r gula excipiuntur, & quinam.* num.3.

IN hac lege nõ tam regula proponitur, quà
1 interpretatur, quis † heredis appellatio continetur, scil. non tantùm primus heres, s etiam heres heredis ut Vlpian. *in l. heredis. 65 ff. verb. sign.* docet: Videbatur dicendum, herec non esse primi defuncti heredem, quia nec s cius socii mei socius meus est. *l. nam socii ff. p socio.* Sed contrarium obtinuit. Heres eni
2 defunctum † repræsentat omneque jus co sequitur, quod habuit, cui succedit, *l. hereditas heredem. de hered. instit. l. nihil est aliud. ff. de verb. o* Si itaque medius heres hoc jure usus est, ut r præsentaret primum defunctum, idem prof ctò:

ò ad tertium, quia huic rursus succedit, & ita
inceps devolvetur, nec aliqua similitudo so-
cum herede. Cùm in sociis nulla sit repræ-
ıtatio, sed solummodo ex cõtractu pendeat,
i personas suas non egreditur, *l. consensu. ff. de*
. & oblig. Similiter etsi dicitur confusione
reditaria desinere per aditionem, *l. Stichum. §.*
tio. de solut. l. hereditas. ff. de acqu. hered. tamen id
debitis ac creditis, non etiam in aliis verum
:, & tantùm hoc procedit respectu aliorum,
ɔn respectu defuncti, *l. frater à fratre. ff. de cond.*
lebiti. d. l. Stichum. §. aditio. Paulus igitur *in l. sci-*
lum. ff. de verb. sig. In paucissimis, inquit, spe-
:bus heredis appellatio solum proximũ con-
ıet, sed solet frequentissimè comprehendere
m quoque, qui per multas successiones ve-
:. Itaque quando dicimus ex contractu, ex
licto, ex dolo defuncti, heredem contineri,
cludimus etiam heredem heredis, ut in spe-
: *l. si plures. ff. depositi.* Si primi testatoris pos-
ſio vitiosa fuerit, ut nec heredi act. usucapio-
s ad continuationem prodest. §. *divi. vers. quod*
lle. inst. de usucap ita nec heredis heredi petitio
reditatis primi defuncti relicta datur: Ita
oque heredi heredis, si primus heres aditio-
facta primi defuncti hereditariorum bono-
m possessionem nondum sit consecutus. *l. 3.*
le petit. hered. l. 2. de hered. instit. Nec ille heres
redis potest primi testatoris hereditatem o-
ttere. *l. si quis. 7. §. fin. ff. de acquir. hered.* Duo
autem

autem casus † ab hac regula seu potius inte
pretatione per Paulum excipiuntur *in d. l. stie dum 70.* quibus casibus de primo tantùm here accipitur non proprietate sermonis, ut Alci tus malè asserit, sed ex re subjecta. Primus c sus est in materia substitutionis. Hæc cum per aditionem extinguatur, non potest tra ad heredem heredis adeuntis, quasi heres her dis non adeat hereditatem, hujus substituto l cus fit. *§. 1. & fin. instit. de vulg. subst. §. fin. instit. pupill. substit. l. qui liberi. §. 1. ff. eod.* Cuiac. *observ. 3 libr. 12.* Alter casus est ex l. Ælia Sentia & ex dicto prætoris de operibus patroni præstand Nam personalia hæc sunt, libertum ingratu jure patronatus accusare stipularique opera quia non extenduntur ultra primum herede ex speciali dispositione legis & edicti. Ide que cùm illa personalia extinguuntur per *l. omnibus. 68. supr. h. titul. l. privilegia. 196. supr. hoc t* Tertius casus addi potest ex *l. Antiquitas. l. 14. de usufr.* Nam si usufructus alium, ejusq heredi constituatur, cùm personalis sit na ra, sua nec ad heredes transeat, tamen de primo herede interpretationem recipit.

LEX CXCV. MODESTIN. LIB. VII. *Differentiarum.*

Expressa nocent, non expressa non nocent.

Modestinus ipse hanc regulam explicat *in l. nunquam. ff. de condit. & demonstr.* Pertinent huc exempla & interpretationes adductæ *in l. non debet. 41. l. semper qui 60. l. qui dubitatione. 81 l. qui tacet. 142. supr. h. tit.* Specialis ejus interpretatio adducta est *in l. 96. & 142. suprà hoc titulo.*

LEX CXCVI. MODESTIN. LIB. VIII. *Regularum.*

Privilegia quædã causæ sunt, quædam personæ: & ideo quædã ad heredem transmittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad heredem non transeunt.

Uberrime hæc lex explicata est *in l. in omnibus. 58. supr. h. tit.*

LEX CXCVII. MODESTIN. LIB. *singulari de ritu nuptiarum.*

Semper

Semper in conjunctionibus non solùm quid liceat, considerandum est, sed & quid honestum sit.

IDEM responsum iisdem verbis ICtu ab eodem recitatur *in l. semper 42. ff. de ritu nupt.* & quod propriè eò spectet, ipsa arguit inscriptio. Vnde constat rectius hic legendum, non Florentino exemplari *in coniunctionibus*. ut Holoander habet. Neutrum enim ad nuptias pertinet sed solùm conjunctio, ut vel ex definitione nuptiarum constat, *§. nuptiæ. instit. de nupt.* de pacto potest, *l. 1. ff. de rit. nupt.* sed usus & interpretati hujus responsi incurrit *in l. non omne. 144. sup. hoc tit.*

LEX CXCVIII. IAVOLENVS LI 13. ex Cassio.

Neque in interdicto, neque in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, si v non est.

ETSI pupilli & minores ex facto dolo cu pavè tutorum & curatorum suorum te nentur, quoties in pupillorum negotiis scilic peragendis administrandis jure agentes, qui ita commiserint: puta litem instituerunt & su

cubu

-ubuerunt, vel dolo rem pupillis suis empturi
-ircumvenerunt venditorem, *l. 1. & 3. l. quando*
-x facto tut. l. 1. pen. & ult. ff. eod. hoc tamen ita tem-
-eratur, ut procedat, nisi merum sit delictum,
-el factum tutelæ administrationi non cohæ-
-ens vel extrinsecus accedens. *l. 4. ff. eodem.* Nec
-nde pupillus vel minor aliquid utilitatis con-
-equatur. *l. 3. 4. ff. quando ex facto tut.* Itaque si
-i quem dejecerunt aut non sibi, sed pupillo
-elictum, non voluntate heredis occupaverint,
-nterdictum quod legatorum vel unde vi nul-
-um erit in pupillum vel curatorem de eo tuto-
-s vel curatoris facto, *d. l. 31. nostra.* quia extrin-
-ecus aliquid tutor vel curator fecit, *dict. leg. 4.*
-Quod etiam obtinet, si ideò vivi fuerint tuto-
-es vel curatores ipsorum pupillorum vel mi-
-orum res ab alio possessas, ut ita litem his ex-
-tarent, jam fines tutelæ longè egrediuntur,
-ierumque factum non jus administrationis
-xercent, imò rem mali exempli edunt, ideo-
-ue minoribus per restitutionem in integrum
-ccurritur, ne si quasi causam repetendi rem
-abeant, propter violentam tutorum vel cura-
-orum invasionem, eam amittant. Sed ejus-
-nodi tutores vel curatores deportatione coër-
-entur. *l. meminerunt. vers. sin autem habitu. C. unde*
-i. Hanc etiam ob causam si calumniæ facien-
-æ causa instituerint actionem, ipsi de calu-
-nnia, non pupilli condemnari debent, *l. non est*
-notum. 6. Cod. de administr. tut. Licèt aliàs etiam

Rr si dolus

si dolus & fraus eorum intervenerit, conde mnatio vel absolutio in causa principali diri gi debeat in ipsum pupillum & minorem, u modo dictum est. Hinc regula illa. *Neque in terdicto neque in cat. &c.* Quæ regula latè Barto lus *in l. si dolus tut. ff. si qus amissa causa testament & in l. unica. §. si procurator. ff. si quis ius dicenti ne obtemp.* Nam & ibi exemplum adducit de tu tore, qui contumax spernit autoritatem præ toris, ita ut pupillum non defendat, & locu faciat contumaciæ. Quæritur, an ille pupil lus debeat condemnari & damnum pati ex fa cto tutoris? Resp. Hoc merum delictum no debere pupillo obesse, sed ipse tutor hanc cor tumaciæ pœnam sustinebit.

LEX CXCIX. IAVOLENVS LIB. V. Epistolarum.

Non potest dolo carere, qui imperi magistratus non paruit.

PERTINET hæc lex ad *l. unic. ff. si quis ius di non obtemp.* Quando magistratus ex offici quid jubet, puta in jure respondere, rem rest tuere, judicio sisti, cautiones præstare, Regul huic locus est. Nam & tunc dolo nemo fac re videri nequit, qui ejus imperio non obtem perat. *l. non videtur. §. qui iussu. supr. h. tit.* ubi ver

jud.

iudicium egreditur, & illicita & improba jubet, quia hæc rata erunt, *l. factum. 160 sup. h. tit.* minimè potest dolo carere, qui in his judici obtemperat, ut in *d. l. non videtur. 167. §. qui iussu.* ex *l. nec ingratis. ff. de iniuriis. l. & probibitum. 5. C. de iure fisci.* demonstratum est.

LEX CC. IAVOLENVS LIB. VII. Epistolarum.

Quotiens nihil sine captione investigari potest: eligendum est, quod nimium habeat iniquitatis.

SUMMARIUM.

1. *In dubio semper spectandum id, quod probabilius & aquius esse videtur.*

HIc rursus exemplaria circa numerum legum conveniunt ad finem usq;. In *hac l. 4.* rursus inculcatur regula de interpretatione ambiguæ rationis. Nempè in dubio maximè spectandum † id, quod probabilius & æquius, videtur,[5] ut in quàm plurimis locis, puta *in l. 12. 34. 67. 81. 85. 90. & 96. sup. h. t.* disputatum est. 1

LEX CCI. IAVOLENVS LIB. X. Epistolarum.

Omnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum eventus capiunt, ſi initium quoq; ſine vitio cœperint.

HÆc repetitur regula *l. quod initio. 29. ſupr h.tit.* Cujus explicatio hic repetenda. Cu addi poſſunt, quæ annotata ſunt *in l. in ambigui § non eſt novum ſupr. eod. tit.*

LEX CCII. IAVOLENVS LIB. II. *Epiſtolarum.*

Omnis definitio in jure civili periculoſa eſt. Parum eſt enim, ut non ſubverti poſſet.

CVm definitiones nihil aliud ſint, quã qua explicant quid res ſint, nec aliter conſtitu queant, quàm ex genere, i.e. cõmuni materia & forma ſpecifica, per quam, id eſt, quid eſt, minimè hic definitioné explicabimus, quę explicat quid res ſit. Sed de regula juris, quæ cũ aliquo vitiata fuerit, perdit officium ſuum, quẽadmodum explicatũ eſt *in l. 1. ſup. h. t.* Nam materia & forma cùm ſint eſſentiales cauſæ rerum nunquam poſſunt ſine rei interitu & diſtructura vitiari, ſeu aliter eſſe poſſunt, cùm non à cauſis eſſentialib. ſed adjunctis & ſubjectis ſumantur. Reliqua *in d. l.* extant.

LEX

LEX CCIII. POMPON. LIB. VIII. *ad Quintum Mutium.*

Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.

HANC legem explicatam & multis exemplis illustratam invenire licet *in l. qui dolo. l. imperitia. & l. creditor. 158. supr. h. tit.* Concordat inprimis *c. damnum de* R.I. *in 6.*

LEX CCIV. POMPON. LIB. XXVIII. *ad Quintum Mutium.*

Minùs est actionem habere, quàm rem.

DE hac lege diximus *in l. is qui actus, 15. supr. h. tit.*

LEX CCV. POMPON. LIB. XXXIX. *ad Quintum Mutium.*

Plerunque fit, ut etiam ea, quæ nobis abire possint, proinde in eo statu sint, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possent. Et ideò quod fisco obligamus, & vindicare

interdum, & alienare, & servitu-tem in prædio imponere possu-mus.

HVc pertinent, quæ annotata sunt *in l. omnes. 139. vel l. non videtur 13. sup. b. tit.*

LEX CCVI. POMPON. LIB. IX. ex variis lectionibus.

Iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem.

REGULA hæc pertinet ad tit. *de condit. indeb* repetita ex *l. Nam hac natura. ff. de condict. indebit.* ejusque est ingens usus. Consentit *c. locupletatur.* ubi Dynus *de R. I. in 6.* Vsus ejus ex-tendebatur *in l. 5. supr. h. tit.* ubi de pupillo, qu locupletior factus ex delicto defuncti, *in l. toties 44. supr. h. tit.* Aliud in eo, qui errore indebi-tum solvit, *l. cuius. 53. supr. h. tit.* Item in eo, qui pretium rei numeravit, quia rem dare non tenetur, *l. bona fides. 57. sup. h. tit* unde singula peti possunt.

LEX CCVII. ULPIANUS LIB. I. ad legem Iuliam & Papiam.

Res judicata pro veritate accipitur.

SUMMARIA.

1. *Res iudicata qua dicitur.*
2. *Sententia nulla per sese nullum effectum sortitur.*
3. *Res iudicata sapè metonimicôs pro ipsa sententia & vice versa ponitur.*

RES judicata est, quæ † pronunciatione judicis finẽ controversiæ accepit, *l. 1. ff. de re iud.* pronunciatio pro sentẽtia συνεκδοχικῶς ponitur, sc. genus pro specie. Pronunciatio generale est vocabulum, quod & indictionem mulctarum & perceptionem cujusque magistratus quamlibet denotat. Cum quibus tanquam materiam communem sententia judicis hoc commune habet, ut verbis & prolatione vocis fiat, *l. illic. §. fin. ff. de off. præsid. l. 4. C. de sent. & interdict. omn. iud. l. iudex. l. quod iußit. ff. de re iud.* Sed sententia hęc ipsa differt ab aliis omnibus pronunciationibus, quod partium controversiæ in judiciis finem faciat, & à judice controversiæ eo animo proferatur, *l. nam postquam. ff. de dono infect. d. l. prolatam. 4. l. 1. 2. 3. ff. quomodo & quando iud.* Hæc pronunciatio judicis appellatione vel

supplicatione modo suspensa, si valuit (nam
2 sententia nulla † nullum sortitur per sese effe-
ctum, *l. 2. quando provoc. non est necesse. l. si expres-
sum. de appel.* ubi Bartol. Ioan. Ferrar. *in pract. si
in lib. de actio. autem definitiva.*) Licèt iniqua fue-
rit *l. præses. l. cum prælatis. ff. de re iud. auth. hodiè. C.
de appell. novi. 119. ut sponso licita larg. §. aliud quo-
que capit. coll. 9.* Producit rem judicatam tan-
quam effectum suum secundùm Bartol. *in d. l.*
Maranta *p. 6. tit. de sententia. numero primo. in au.
speculo.* Azo *in summa Codicis de sententia. Et in-
terloc. omn. iudic.* per *l. eleganter. 23. §. si quis post
ff. de condict. indebit.* Ita enim demum pronun-
ciatio judicis constat, eum non amplius per
appellationem suspendi posse, quia transit in
rem judicatam, *d. l. 1. l. nostra. l. eleganter. l. 4. § con-
demnatum. ff. de re iud.* Vnde fit, ut sæpè res judi-
3 cata † Metanonicôs pro ipsa sententia, & vice
versa ponatur, secundùm Bart. *in d. l. 1.* quia ad-
ducit exemplum *in l. litigator. C. de appell.* ex *c. quo
ad consultationem.* ex *tit. de sententiis & re iud. l. sæpe
ff. eod. l. eod. tit. C. quibus res iud. non nocet.* Hujus au-
tem regulæ fructus est, ne id, quod rei judicatæ
causa solutum tanquam indebitum possit con-
dici. *d. l. eleganter. 23. § si quis post. l. 1. C. de cond. indeb.
l. cum putarem. 36. ff. fam. hercisc.* neq; propter no-
va instrumēta posteà reperta retradatur sentē-
tia, *l. 1. ff. de iureiur. l. 2. ff. de cond. sine caus. l. 1. C. de re
iud. l. post rem. 56. ff. eod. l. 1. & tit. C. sentent. rescind.
non posse.* Neque rescinditur propter calcul
errorem,

rorem, *l. uni. C. de errore calculi. l. 2. C. de re iud.* ni- n causa fisci erratum sit, *leg. 1. ff. quæ sent. sint ap- l.* Quicquid enim sententiam directò impu- at, post rem judicatam nō admittitur, sed ap- llatione & stipulatione intra legitimum tem- s utendum sit, *Cod. sent. rescindi non posse. l. autore diè. l. terminat. C. si ex fals. instrum. l. si cognita C. de nsact.* Cæterùm si deducatur causa judicialis, qua seu propter quam judicatum est, ad non usam, diversum obtinet, & cōditioni sine cau- locus est, *l. 1. C. de re iud. d. l. 2. §. de cond. sine causa l. commodato §. ult. ff. commodati.* Ideoq; si proba- m fuerit ex falsis instrumentis judicatū fuisse, scissio admittitur. *d. l. terminato.* Nam tunc am- us veritas videri nequit. Hinc si quæratur, an stitutio in integrum impediat sententiæ exe- tionem? Dicendum est non impedire, *c. su- tat. ex l. de in integrum restit.* nisi notoria sit fal- as, & nunc ferè probata per *l. si causa cognita. C. transact.* Excipitur autem ab hac regula ma- monialis causa, quando scil. contra matrimo- um judicatum, non etiam si pro eo. Geil. *obs. 2. lib. 2.* Bart. *in l. qui per illum textum C. ad l. Iul. de ult.* Iason. *in l. Arbitro. ff. qui satisdare cogant.* per utori. tenor. c. consanguinei. ext. de sententia & re l.* sunt & aliæ causæ privilegiatæ, puta fisci. *l. un. de sent.* adversus fiscum latis. lib. 10. Ecclesiæ. *o. cum causa. ext. de sent. & re iud.* dotis *Cod. 1. ext. d. l. cum is qui 33. §. si mulier. ff. de cond. in deb.* liber- tis. *d. c. fin. l. generaliter. ff. de fideicom. libert.* inge-

 nuita-

nuitatis *tit. instit. de ingen. l. ingenuum. 25. ff. de st. hominum.* Alimentorum *l. Alimenta, C. de re iud.* I quibus regulis fallit, quoties contrà judicatu est, secũdùm Bart. *in l. si qu*, Geil. *d. obs. 112.* Quai quam non ineptè dici posset præsumtionem ii terim haberi pro veritate, ita tamen ut his cau contraria admittatur probatio, & allegato err re vel alia justa causa, suspendatur & impediat executio. Secundùm Bart. *in d. l. si qu*. quod in c teris casibus nunquam admittitur, sed adeò p veritate habetur, ne amplius quæratur, quid j dicatum sit, per *d. l. 1. ff. de iur. iur. d. l. 4. § 1. ff. de iud. cum similibus.*

LEX CCVIII. PAVLVS LIB. III. A legem Iuliam & Papiam.

Non potest videri desiisse habere, q nunquam habuit.

HVius legis explicatio petenda est ex *l. sup. hoc tit.*

LEX CCIX. VLPIANVS LIB. IV. A legem Iuliam & Papiam.

DE hac lege actum est, *in l. 1. in personam. & quod attinet. sup. hoc tit.*

EX CCX. LICINNIVS RVFINVS *lib.2.Regularum.*

Quæ ab initio inutilis fuit institutio, ex pòst facto convalescere non potest.

VIDE hanc legem explicatam *in l.quod ab initio.29.sup.hoc tit.*

EX CCXI. PAVLVS LIB. LXIX. *ad Edictum.*

Servus Reipublicæ causa abesse non potest.

SUMMARIA.

Sententia in absentem vel defensum lata, nullius momenti est.
Contumax quis dicitur.
Iusta absentiæ causa quæ dicitur.
Tutius est iura servare intacta, quàm post vulneratam causam medicinam quærere.
Servus non habet caput, nec administrare potest.
Servus procurator negotiorum esse potest: iudicii verò procurator non.

N libro 60. ad edictum Paulus tractavit *de re iud.* ut evincitur ex inscriptione. *leg. 25. ff. de re iud.*

1 *iud.* sententia in † absentem vel defensum la nullius est momenti, *l. ea quæ. C. quomodo & quan iud. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis l. diem pr ferre. §. coram. ff. de recept. arbitris.* Quod Bart. ad vulgare perhibet, ut omnes qui forum salte attigerunt, sciant & juris imperitis notum s sed limitatur, nisi contumax sit. *l. properandum.*
2 *de iud.* Contumax autem is censetur † qui jus & legitimę citationi non obsequitur, cùm id f cere & possit, & debeat, *l. contumacias. 53.* V Bart. & Iason. *ff. de re iud. l. 2. l. tres denunciationes. quomodo & quando iudex*: Sed quem justa absę tia causa defendit, quem adversa valetudo, & contumax censeri nequit. *d. l. contumacia. §. fin. quæsitum. 60. ff. de re iud. l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si q*
3 *cave. iud. sist. causa.* Ejusmodi quoque justa † a sentiæ causa est, quæ reipubl. causa suscipitu sin propterea datum, ut verè datum in integ. r stit. *leg. 1. leg. legatis. ff. ex quibus casus maior 25. ann* Cur non multò magis ab initio nullitas propt eam causam inducetur, cùm melius intacta j
4 ra † servare, quàm post vulneratā causam me cinam quærere sit, *l. fin. C. in quibus communis resti in integ. necess. non est.* Quid ergò, si servus no dedendus, in judicio sisti & defendi debeat, q nec sistebat, nec defendebatur, & propter co tumaciam condemnatus est, an audietur dom nus allegans servum reipub. causa abfuisse? M
5 nimè, cùm caput † non habeat, nec ea admin strare possit, quæ jura civitatis habent, *d. l. qu*

attin

tinet. Sicut enim negotiorum † procurator es- 6
se potest, judicii procurator esse non potest, *leg.*
s. um. 33 ff. de procur. Ita quoq; servus negotio-
rum privatorum causa abesse potest, sed non
Reipublicæ causa, quæ ęquè civilis est, ut procu-
ratio judicialis. Plenam hujus legis explicatio-
nem repete ex *l. absentia. l. qui in servitute. 118.*
Maximè verò ex *l. in his 175.*
supra hoc titul.

Laus Deo semper.

F I N I S.

